ciens. Secūdo q opꝫ ipꝫ cognoscere finē ibi. (Et qd q
dem). Quantū ad primū arguit sic phs: quicunqꝫ con
siderat de generatione habꝫ considerare primā mate
riam ꝛ formā ꝛ primū mouens: sed naturalis habꝫ
considerare de generatione: igit ꝛc. patꝫ ꝯsequētia cū
minori ex secunda suppōne: nālis. n. considerās mouē
tia mota hꝫ cōsiderare motus ꝛ gñatiōes reꝝ: maior
autē est manifesta: nā quicūqꝫ cōsiderat de gñatione:
habꝫ cōsiderare id qd generat: ꝛ illud qd generat: ꝛ il
lud qd recipit generationē: dicit ergo phs q naturalis
reducens qōnes in pp̄ter quid. i. in causas suas redu
in materiā ꝛ in formā ꝛ in principiū mouēs: qꝛ consi
derātes de generatiōe considerant quid sit ꝛ quid pri-
mum fecit ꝛ quid substituit. 1. c. li. (Quare ab ipso na-
turali pp̄ter quid in materiā reducenti redditur ꝛ in eo
q quid est: scꝫ forma: ꝛ in primū mouens: idest effici-
ens: de generatione enim maxime hoc modo causas
considerant ipsi nāles qd post aliquid fiat: scꝫ forma
ꝛ quid primum fecit [illegible] ꝛ quid substitu-
it: scilicet materia: ꝛ sic semper ꝛ consequēter: quia non
sufficit cognoscere materiam propinquā nec formam
propinquam nec efficiens propinquum: sed etiam re-
quiritur cognoscere materiam remotā ꝛ formam re-
motam ꝛ efficiens remotum. ¶ Dubium vnum soluit

phus posset.n.quis sic argueret:si oportet naturalē cognoscere primū mouens:⁊ ipsum primū mouēs ē mouens nō motū:ergo aliquod mouēs nō motū ē phice pſiderationis:⁊ qd̄ est cōtra sētam supponē. Respōdet phs ꝙ duplicia sunt mouētia:quoddā.n.ē mouēs motū:⁊ istud mouens ē phicū:q2 habet in se prin^m motus quoddā autē est mouēs nō motum:q2 nō habet in se principiū motus:⁊ istud nō est mouens phicū:quādo igit̄ dictū est naturalē cognoscere primū mouēs illud est intelligendū de mouēte moto qd̄ dicit̄ esse primū.i. primū:vnde aliquid pōt dici mouēs primū dupliciẗ aut primitate imediationis:aut primitate actiōis:illō est primū mouēs primitate imediationis iter quod ⁊ motū nō mediat aliud mouēs:⁊ istud est phice cōsiderationis:primū autē mouēs primitate actiōis ē illud qd̄ prius cōcurrit ad actionē ⁊ motū:⁊ tale nō est phice pſiderationis:cū sit motor simplr imobilis:⁊ i tota latitudine entū primū ens simpliciter. Le.li.(Duplicia autē sunt principia mouētia quoꝝ alterū nō phisicū est:nō enim habet motus principiū in seipso:huiusmodi autē est si aliquid mouet qd̄ nō mouet sicut est ⁊ ꝙ penitus imobile est ⁊ omnium primum.

Notandū primo f̄m cōmentatorē cōmēto.[illegible] ꝙ cū perscrutati fuerim^9 in genere aliquo de istis duab^9 causis oportet primo pscrutari de primis causis istius entis actiuis ⁊ passiuis:deinde postea de aliis causis f̄z ordinē donec puenīat ad causas rei ppinquas.s.a p^o motore icipiēdo ⁊ pueniēdo ad vltimū motorē:silr icipiēdo a pri^a mā ⁊ pueniēdo ad vltimam materiā ppriā illi enti de quo pscrutat̄:⁊ ideo oportet in h̄ libro pscrutari de pria mā ⁊ primo motore. Sicut duplex est pcessus cognitiōis effectus:vz quia:⁊ ppter qd̄:ita duplex est pscrutatio causaꝝ.s.q2 est pcessus a causa ppiqua ad cām remotā:⁊ causa minus remota ad cām remotissimā:pscrutatio autē causaꝝ ppter qd̄ est pcessus a causa remotissima ad cām minus remotā:⁊ a causa minus remota ad cām ppinquissimā ⁊ ppriā effectui:⁊ iste duplex effectus seruat̄ tam in causis actiuis quā in passiuis: verbigratia naturalis i cōsiderādo hominis generationem primo cōsiderat carnē:sanguinem:⁊ ossa:deide elemēta ex quibus hec fiūt:vltimo vero primā materiā:⁊ iste est processus quia est ⁊ resolutori^9:nō autē scientificus:huic pcessui subsequit̄ pcessus ppter qd̄ cōpositiuus ⁊ scientificus in quo primo pſiderat̄ materia prima:deinde materia elementoꝝ:vltimo vero caro:⁊ sanguis:⁊ os:que sunt materia ppinqua hominis. Consimiliter dicat̄ in causis effectiuis:ꝙ primus pcessus est q2:quo ascendēdo primo cognoscit̄ agēs particulare:deide agēs vniuersale qd̄ est celū:aut aliq̄ intelligentiarū:di.pho ꝙ sol ⁊ homo generāt hominē vltimo vero agens vniuersalissimū qd̄ est deus:agēs particulare est ppinquū vniuersale remotū:⁊ vniuersalissimū est remotissimū qd̄ dicit̄ primus motor simpliciter imobilis:⁊ omniū primū:a quo incipit secundus processus:⁊ terminat̄ ad agēs particulare:⁊ tūc habet̄ scientifica notitia tā de effectu quā de cā ppinqua.

Secundo notandū f̄m cōmentatorem cōmento [illegible] ꝙ Aristo. intēdebat ꝙ cōsideratio de quiditate istius motoris non est naturalis:sed solūmodo considerat de hoc motore improbādo ipsuꝫ esse tantū. Sicut primus motor aliquo modo est cōsiderationis phisice.s.improbando ipsum esse:⁊ aliquo modo nō est cōsiderationis phisice.s.quo ad quiditatez eius:ita primus motor aliquo modo est naturalis:⁊ aliquo modo nō est naturalis: est.n.naturalis ꝙ mouet:⁊ est nō naturalis i eo qd̄ nō mouet:⁊ ꝙ primus motor nō sit naturalis arguit cōmentator in secūda figura sic:primus motor non habet principiū motus a quo moueat̄:sed motor naturalis habet in se principiū motus per quod mouet:igit̄ primus motor nō est naturalis.

Tertio notandū f̄m cōmentatorē eodem cōmento ꝙ hoc necesse est ꝙ si omnes motores qui sunt sub eo nō mouēt nisi moueātur ab eo:⁊ ipse mouet absq3 eo ꝙ moueatur. Ista est differētia inter primū motorē:⁊ alios qui sunt sub eo:qm̄ primus motor mouet ⁊ nō mouetur. Alij autem motores mouēt ⁊ mouētur:neq3 est possibile illos mouere nisi moueātur:est tamē differētia inter motores secundarios:qm̄ quidā mouent in genere cause efficiētis ⁊ nō mouent nisi in genere cause finalis vt intelligentie abstracte a materia:nō.n.mouēt motu locali:neq3 alterationis:nec motu aliquo alicuius predicamēti:sed dicūtur moueri in genere cause finalis a primo motore: finis.n.dicitur quodāmodo mouēs:⁊ ita mouet primus motor ceteras intelligētias tanq̄ bonum simpliciter ⁊ vniuersaliter perfectū amatum ⁊ desideratum: alij autem motores.videlicet coniuncti materie:mouent ⁊ mouētur nō solum in genere cause finalis:sꝫ efficientis (Et ꝙ quid est. Postq̄ philosophus probauit naturalem cognoscere materiā formā ⁊ efficiēs:cō- Tex. co. 74.
sequenter probat vltimam partem istius antecedētis: videlicet ꝙ oportet naturalē cognoscere finem. Et arguit dupliciter. ¶ Primo sic forma ⁊ finis sunt vnuꝫ ⁊ idem nō solum specie:sed etiam numero:sed oportet naturalē cognoscere formā:igit̄ oportet nālē cognoscē finē:patet cōsequētia:quia generatio est ppter formaꝫ tanq̄ ppter finē:maior est nota ex prima suppositione:minor autem est pbata nuper. ¶ Secūdo arguitur sic:oportet naturalē cognoscere illud propter qd̄ natura agit:sed natura agit propter finē:ergo oportet naturalem cognoscere fineꝫ:patet cōsequētia cū minori ex dicendis in secūdo capitulo:maior autem est manifesta:ex quo naturalis considerat de natura. Le.li. (Et ꝙ quid est ⁊ forma est phisice cōsiderationis)finis enim ⁊ cuius causa fit generatio est idem cū forma igitur finis est phisice cōsiderationis:ex ista ratione cōcluditur secūda ratio:quare quoniam natura ppter aliquod est.s.propter finem:⁊ hanc causam.s.finalem cognoscere oportet.

Notandum f̄m cōmentatorē cōmento.74.ꝙ hec ratio fundatur super hoc ꝙ natura agit omne ꝙ agit ppter aliqd: sicut est dispositio in arte:⁊ h̄ est maximū fundamētuꝫ istius sciētie. ¶ Ratio cōmētatoris est ista:nālis hꝫ cognoscere naturā:igit̄ hꝫ cognoscere omne illud ppter quod agit natura sed natura agit ppter finem:igit̄ habet cognoscere finē:probatur h^o2 sicut se hꝫ ars ad artificialia:ita nā ad nālia:sed ars agit pp finē:igit̄ natura agit pp finē:⁊ h̄ est maximū fundamētū nālis sciētie quia remoto fine remouētur omnes alie cause:eo ꝙ finis est causa causarū ⁊ precedit omnes alias causas: constat autem ꝙ remoto priori remouentur omnia posteriora [illegible] remotis autē causis naturalibus nulla est scientia naturalis.

Sed dubitatur quia primus motor ⁊ primum ens

omniū sunt vnū ⁊ idem numero sm Aristo. in littera: ⁊ tamen physicus cōsiderat de primo motore: ⁊ non de primo ente omniū sm ꝙ huius: methaphisicus autem cōsiderat de primo ente omniū sm ꝙ huius: ⁊ nō de primo motore sm ꝙ huius: ita stat ꝙ forma ⁊ finis sunt vnū numero: ⁊ tamē sm ꝙ huius sunt diuersarum scientiarū. ¶ Dicendū ꝙ non ppter istam rationē tm̄ dicitur phisicum cōsiderare de fine: quia est vnuȝ cum forma: sed quia forma ⁊ finis sunt vnū ⁊ idem sm se: ⁊ sunt vnus terminus generationis: pp quē fit generatio naturalis: ex quo enim naturalis cōsiderat generationē naturalem: oportet ꝙ consideret terminū istius generationis: quia tam forma quā finis est terminus generationis naturalis: ideo naturalis cōsiderat tam finem quā formā: sed non est simile de primo motore: ⁊ primo ente omniū: quia primus motor sm ꝙ huius mouet ⁊ nō primum ens sm ꝙ huius. Intelligendum ꝙ forma terminat actioneȝ intellectus: ⁊ sm hoc dicitur ꝙ quid est terminat etiaȝ appetitum materie: ⁊ sm hoc dicitur forma: finis autem terminat actioneȝ ⁊ intentionē agentis: inquantū terminat actionē agentis dicit finis: inquantū autem terminat intentionē agentis dicitur cuius causa. Ex hȳs pōt talis ratio formari cōsiderans materiam necessario habet ꝯsiderare formā: quia forma necessitat materiaȝ ⁊ terminat appetitum [illegible] per idē considerans agens necessario habet cognoscere finē: quia finis necessitat agens ⁊ terminat intentionē agentis: ac etiam actionē ipsius: sed naturalis cōsiderat agens: igitur considerat ⁊ cognoscit necessario finem. (Et penitus) Secūda conclusio p quodlibet genus cause potest naturalis aliquid demōstrare: pbatur: per causas precedentes motum potest naturalis effectum demonstrare. s. per efficiens: ⁊ p materiam: ⁊ per causas subsequētes motum potest naturalis effectū demonstrare. s. per formam: ⁊ per finē: igitur ⁊c. patet cōsequētia: ⁊ antecedēs arguitur: ⁊ primo quo ad primam partē: nam causarū precedentiū motū quedā inferunt effectū de necessitate: quedam autem vt frequēter: verbigratia in causis efficiētibus ad solē esse in cancro sequitur de necessitate dies esse magnos: sed nō de necessitate dies esse calidos: bene tamē vt frequēter. Similiter ad solem esse in capricorno sequit de necessitate dies esse paruos: sed nō sequitur de necessitate dies esse frigidos: sed bene vt frequēter. Etiam in causis materialibus aliquādo sequitur effectus de necessitate: ⁊ aliquando vt frequēter: vt ad materiā eē compositam ex cōtrarȳs sequitur necessario corruptio effectus: sed ad materiā esse dispositam ad aliquam formam nō sequitur necessario generatio istius forme: sȝ bene vt frequenter. Ex causis ergo precedētibus motum inferētibus de necessitate effectum potest effectus demonstrari: sed nō ex causis inferētibus tm̄ vt frequenter: vnde dies esse magnos potest demonstrari per solem esse in cancro: sed nō dies esse calidos: quia cū effectus iste posset impediri staret in demōstratione pmissas esse veras: ⁊ conclusionē falsam: ⁊ quia demōstratio est syllogismus faciens scire per Aristo. primo posterio. ⁊c. ideo talis effectus sequens de necessitate poterit sic syllogistice demōstrari. quandocūqȝ sol est in cācro dies sunt magni: sed de mense Junȳ sol est in cancro: ergo de mēse Junȳ dies sunt magni. Itē omne habēs materiam admixtā contrarȳs corrūpetur: omne animal habet materiaȝ admixtā contrarȳs: igitur omne animal corrūpetur. Le. ii. (Et penitus ab ipso naturali est reddēdū propter quid sm omne genus cause vt quia ex hoc. s. causa necesse est esse effectū demōstratur per causam: hoc autem. s. effectus est duplex: ex hoc. s. causa: aut simpliciter est idest de necessitate: aut sicut frequenter: ⁊ tunc non demonstratur effectus: ⁊ si de hoc debet fieri: videlicet ꝙ demōstretur effectus per causaȝ oportet ꝙ illud fiat sicut ex ppositionibus: ita ꝙ syllogistice sequit effectus per causaȝ sicut syllogistica cōclusio ex suis premissis. ¶ Scd̄a pars antecedētis cōsequēter declarat: videlicet ꝙ per causas posteriores sine subsequētes motū que sunt forma ⁊ finis pōt naturalis effectū demonstrare: nam p animam intellectiuā potest demōstrari homo: ⁊ p domū possunt demōstrari lapides ⁊ ligna [illegible] hēre pportionabilia: constat autem animā intellectiuā esse formā hominis: ⁊ domū esse finē lapidum ⁊ ligno. Si enim anima intellectiua est homo est: ⁊ si domus ē ligna ⁊ lapides sunt: aut hēre pportionabilia: nec oportet ponere distinctionē priorem de causa inferēte effectū de necessitate ⁊ vt frequēter: quia generalr quelibet causa posterior īfert effectū de necessitate vt liquet inductiue. Le. iii. (Et qm̄ hoc erat ꝙ quid erat esse) Et quoniā forma erat suus effectus erat: ⁊ quia dignius est sic esse sm finē: ideo necesse ē esse ea que sunt ad finem. Et addit philosophus ꝙ et hic nō simpliciter est arguendū dignius: sȝ ad vniuscuiusqȝ substantiam: natura. n. semp facit ꝙ melius ē nō simpliciter: sȝ vt substātia ⁊ natura vniuscuiusqȝ requirit: nō. n. attribuit natura cuilibet rei pfectiones simpliciter meliores: quia nō dat lapidi animā: nec asino intellectū: sed illis cōmunicat pfectiones sibi debitas.


Notandum primo sm cōmentatorē cōmēto. 74. ꝙ de generibus entiū est ꝙ ex agēte sequitur actū necessario: ⁊ hoc est in reb⁹ eternis: ⁊ ꝙ ex agēte sequit actū in aꝰʳ pte ⁊ h est in reb⁹ generabilib⁹ ⁊ corruptibilib⁹. Intendit cōmentator istā distinctionē ꝙ duplicia sunt agentia. s. eterna ⁊ generabilia ⁊ corruptibilia: ex agente eterno necessario sequit suus effect⁹ cū ad pᵐ motorē esse sequit necessario pᵐ motū esse: ⁊ ad celū circulariter moueri: sequit necessario ignē in cōcauo lune moueri circulariter necessario: ex agente aūt generabili ⁊ corruptibili sequit effectus in aꝰʳ parte: vt ex v̄tute generatiua plāte existēte in semine debite posito in terra sequit frequenter gn̄atio plāte: sȝ nō de necessitate: ⁊ ita dicat de alȳs agētib⁹ nālibus hn̄tibus aliquādo eē: ⁊ aliqn̄ nō esse quādocūqȝ debite applicēt passo: nō tn̄ necessario agunt effect⁹ suos: qȝ pn̄t īpediri: sȝ bn̄ agūt illos ī aꝰʳ pte. (Sed cōtra) Aristo. 1ᵒ. posterio. docet demōstrare nō habere dētes in mādibula superiori p habere cornua ⁊ esse lōge vite: in volatilib⁹ p carere colera: sed causa in demōstratione necessario īfert effectū suū: vt habet hic in lr̄a: ⁊ pᵒ posterio ⁊c. igit ⁊c. Respōdet ꝙ habere cornua ⁊ carere colera nō dicūt cām effectiuā: sȝ mālem: modo ꝯˢʳ. dicit solū de agētib⁹ generabilib⁹ ꝙ illa nō inferāt suos effectus de necessitate: materia aūt in generabilib⁹ ⁊ corruptibilib⁹ aliquādo īfert suū effectuȝ de necessitate ⁊ aliqn̄ vt frequēter: sȝ forma ⁊ finis semper ⁊ de necessitate īferūt suos effect⁹: qȝ sequūtur motū: mā aūt ⁊ efficiens pcedunt motū vt est ostensum supra.

Secundo notandū sm cōmētatorē eodē cōmēto: ꝙ si ista q̄ sequūtur sunt causas ī aꝰʳ pte cū fuerit posita est sequit necessario vt cause corr[illegible] q̄m principia in eis sequūtur vltima ⁊ nō conuertunt: verbigrā q̄m si fuerit ꝯ⁹ necesse ē vt

sunt propositiones: ⁊ nō ꝯuertitur. Istud cōmentū est difficile in seq. q2 ad solē eē in cancro vel in leone sequit ꝙ dies sint calidi: non quidē necessario: sed in maiori parte: ⁊ tamen effectus non infert causam: quia non sequitur dies sunt calidi: ergo sol est in cancro vel in leone. Est etiam difficile in exemplo quia magis videtur contingere oppositum: nam si premisse sunt vere: conclusio est vera: ⁊ non econtra: ⁊ si sit locutio tantū de esse existē: ⁊ non de esse vero non apparet vnde valeat ista consequentia: cōclusio est: igitur premisse sunt: ⁊ non econtra. ¶ Dicendum ꝙ cōmētator loquitur de causis sine quib⁹ nō potest ꝓuenire talis effectus: vnde bene sequit oliua est: igit virtus productiua oliue est: quia licet virtus productiua oliue inferat effectum suum tantū in maiori parte: quia tamē nō producitur oliua nisi ista causa cōcurrat: ideo ab effectu ad istaȝ causam est bonum argumentū: non autem sequitur dies sunt calidi: igit sol est in cancro vel in leone: quia dies esse calidos est effectus potēs prouenire ab alia causa ista non cōcurrente. Exemplū etiam ad propositū accipiendo esse pro esse simpliciter ⁊ non esse vero. vnde quia premisse precedunt conclusioneȝ nō sequitur premisse sunt: igitur cōclusio est: bene autē sequitur conclusio est igitur premisse sunt: quia conclusio habet respectuȝ actualē ad premissas sicut effectus ad causam: est enim cōclusio aliquoꝝ conclusio. s. premissarū que dicunt cause effectiue ꝯclusionis rōne mediū: ⁊ cause materiales ratione extremitatū.

Tertio notandū ꝓm cōmentatorē eodem cōmento ꝙ forma est in rebus naturalibus vt ens sit in dispositione nobiliori ꝓm ꝙ est ens nō nobilius simpliciter: nobilius enim in oliuam esse nō est nobilius simpliciter: ⁊ dixit h vt notificet ꝙ forma nō sequitur naturā materie necessario: vt opinati sunt antiqui naturalium: sed natura inuenit eam ꝓpter hoc ꝙ ens sit in sua natura nobilius. Nobilitas igit rerū naturaliuȝ nō habet attendi penes nobilitatē materie vt crediderūt antiqui: quia tunc animatū ⁊ inanimatum homo ⁊ equus essent eiusdem nobilitatis: cum omniū istoꝝ materie sint eque nobiles: sed habet attendi penes nobilitateȝ forme quam natura inuenit vt vnum ens posset esse nobilius altero. Si. n. nulla esset forma substātialis nullū esset ens altero nobilius essentialiter: siue tota materia esset corpus in actu vt posuerunt antiqui: siue esset ens in pura potētia vt docuit Aristo. qm̄ tunc omnia entia naturalia essent eiusdem rationis: ⁊ eiusdem speciei. Et cū dicitur naturam dedisse formam ꝓpter nobilitatem rei: ⁊ vt res esset nobilior materia sua: illud nō est intelligēdū de nobilitate simpliciter: quia nobilitas oliue non est nobilitas simpliciter: sȝ ꝓm quid: cū hō ⁊ equus: ⁊ multa alia aīata tā cognitiua quā nō cognitiua sint oliua nobiliora.

Quarto notandū ꝓm cōmentatorē eodem cōmento ꝙ forma que sequit formam entis nō est dicta nobilior vt forma mathematica: nō enim dicimus ꝙ linee exeuntes a centro circulari ad periferiā sunt equales vt circulus sit nobilior: sȝ h cōtingit nature circuli: ⁊ ideo nobilius nō inuenitur in formis mathematicis: hoc enim. s. nobilitas nō accidit formis nisi ꝓm ꝙ sunt finis. Ista est differētia inter formas rerum naturaliū ⁊ rerū mathematicalium: mixta enim ⁊ elemēta sunt perfecta ⁊ nobilia per suas formas: ⁊ mixta sunt ꝑfectiora elemētis ⁊ animata inaīatis ꝑ formas suas: arguitur enim hominem esse perfectum: quia habet perfectam formā: ⁊ istum esse perfectiorē ⁊ nobiliorem equo: quia habet formā perfectiorem ⁊ nobiliorem: in mathematicis autem non habemus hunc modum loquēdi: quia nō dicimus circulum esse nobilem: quia habet nobilem formā. s. suam diffinitionem: que dicit forma circuli: vt esse figuram, a cuius centro ad circūferentiam oēs linee ducte sunt eq̄les: nec dicimus circuluȝ esse nobiliorem triangulo: q2 forma circuli est nobilior forma trianguli. s. quia diffinitio circuli est nobilior diffinitione trianguli: sed dicimus circulum esse nobilē: aut nobiliorem: quia ita cōtingit in natura circuli ⁊ in natura trianguli. Et licet circulus ⁊ quelibet alia figura sit nobilis ꝓm naturā suā tamen forma circuli ⁊ cuiuscūq3 alterius rei mathematice: que dicitur diffinitio: nō habet rationem nobilitatis: quia nihil dicitur nobile nisi habeat rationem finis: huiusmodi autem diffinitiones nō habent rationē finis: ideo nō sunt nobiles: propterea mā prima non ꝓprie dicitur nobilis: quia nō habet rationem finis: deus autem est nobilissimus: quia maxime habet rationem finis: alia autem inter media dicūtur magis ⁊ minus nobilia inquantum habent minorē ⁊ maioreȝ rationem finis: ⁊ ꝓm hoc forme mathematice diffinibiles ⁊ non diffinibiles possunt dici nobiles ꝓm ꝙ ꝑ artē vel per naturam possunt habere aliquā rationem finis. Ex predictis potest colligi ꝓm cōmentatorē ꝙ penes aliud habet attendi perfectio rei: ⁊ penes aliud nobilitas illius: nam perfectio rei habet attendi penes distantiam a nō gradu entis: nobilitas autem penes rationeȝ finis: ideo si materia prima ac diffinitiones mathematicales nō sunt ꝓprie alicuius nobilitatis: sunt tamē proprie alicuius perfectionis: ex quo sunt entia determinati ordinis in latitudine rerum.



Dicendum q2 de his. Istud est secūdum capitulū huius tractatus in quo phylosophus postq̄ probauit naturalem debere cognoscere omnia genera causarū reprehendit antiquos nō cōsiderātes de omnib⁹ causis: sed tantum de materia despicientes finem. — Tex. co. 75.

Et diuiditur in tres partes in quarum prima phylosophus ponit intentionem suam recitans opinionem antiquorum. In secunda introducit motiua eorum quibus arguebant naturam agere propter materiam: ⁊ non ꝓpter finem ibi (Habet autē oppositionem) In tertia reprobat dictam opinionem ibi (sed impossibile est) Quātum ad primum Aristo. narrans intentionem suam: ⁊ ordinem intentionis recitat opinionem antiquorum: dicens ꝙ primū est dicere quomodo natura agit propter finem: ⁊ postea quomodo se habet in physicis: vtrum operationes naturales magis proueniant ex necessitate materie: an ex necessitate finis contradicendo antiquis opinātibus ꝙ omnes effectus naturales sunt ex necessitate materie ⁊ non ex necessitate finis: verbigratia ꝙ in plātis flores ⁊ folia sunt superius: ⁊ radices sunt inferius: h dixerunt prouenire ex necessitate materie: ⁊ nō propter aliquem finem. s. quia pars calida vel materia calida ⁊ leuis nata est ascendere: ⁊ grauis descendere: ideo cum calidum ⁊ leue ascēdit ad superiora plantarū fiūt folia ⁊ flores: ⁊ cū frigidū ⁊ graue descēdit ad īferius fiūt radices. dicit ꝫ

phylosophus ꝙ omnes antiqui reducunt effectus naturales in causam materialem: vt quoniam calidū ⁊ frigidum sunt nata misceri corporibus mixtis ⁊ calidum est natum ascendere: ⁊ frigidum descendere: ideo vnusquisqꝫ effectuū naturalium est aptus natus fieri ſm exigentiam calidi ⁊ frigidi: principaliter ergo tangebant causam naturalem: ⁊ si aliam tangebant sciebant eam gaudere non molestantes eam: sed tātum materiam sicut Empedocles qui preter naturam posuit causas efficientes. s. litem ⁊ concordiā. Anaxa. autem dixit intellectum esse causam effectiuā. Le. li. (Dicendū quidem igitur primum quoniā natura earum que sunt propter hoc causaruꝫ. i. natura est de numero causarum que sunt propter finem: postea de necessario quomodo se habet in physicis). i. in operationibus naturalibus: vtrum sit necessariū simpliciter vel ex suppositione: in hanc enim causam scilicet materialem antiqui inducūt omnes effectus naturales: qm̄ calidum huiusmodi aptū natum est ascendere ⁊ frigidū descendere: vnūquodqꝫ igit̄ talium. s. effectuū naturalium hec. i. talia naturalia ex necessitate sunt materie: ⁊ fiunt ⁊ nata sunt fieri. Et nāqꝫ: ⁊ si aliam causam dicant quamtuncunqꝫ tangentes fuerint illam modicam de illa facientes mentionem: hi quidem cōcordiā ⁊ discordiam. s. Empedo. dixit esse causas agentes: ille vero intellectum: videlicet Anaxa. dixit esse causam effectiuam: ⁊ assignat cōmentator causam quare modicū tetigerūt causam effectiuā: q2 tantū in creatione mūdi tetigerūt eā: in alijs autē generatiōib⁹ eā dimiserūt.

Notandum ſm cōmentatorē cōmento. 75. ꝙ ista propositio. s. natura agit propter finem est maximū fundamētum in hac scientia ⁊ in scientia diuina: qm̄ si naturalis non concesserit eam negat principiū finale: ⁊ per consequens negat materiā esse propter formam: ex quo sequitur ipsum negare agens: generās enim nō generat nisi propter aliquid: ⁊ similiter mouens mouet propter aliquid: ⁊ similiter si diuinus non concesserit eam non poterit probare ꝙ deus habeat sollicitudinem circa ea que sunt huiusmodi. ¶ Argumentum cōmētatoris est istud: natura non agit propter finem: ergo materia nō est propter formam: ⁊ consequēter agens nō transmutat materiā: quia agens nō trāsmutat materiam nisi ꝓpter formam: aliter agēs agit a casu: aut frustra: ⁊ patet cōsequentia ex quo nō intendit finem. Item si natura non agit ꝓpter finem: deus nullam haberet sollicitudinem de hijs inferioribus: qd̄ est absurdum: patet cōsequētia: quia omnis sollicitudo est propter aliquem finem.

Dubitatur quia videtur ꝙ antiqui nō omnia reducerent in materiam: quia reducebant in calidū ⁊ frigidum: cōstat autem ꝙ calidum ⁊ frigidum dicūt formam: dicebāt etiaꝫ aquā sursuꝫ duci: ⁊ ibi congelari: igit̄ reducebāt in causam effectiuam. Respōdetur ꝙ sicut non ponebant finem: ita nō ponebant formam: videlicet substantialeꝫ: sed tantū materiā esse vnam ens actu: ideo natura nō agebat nisi propter materiam: ⁊ licet calidum ⁊ frigidum dicant formā: non tamē accipiebant illa vt habētis formam: sed tantū vt materiā: nos autem dicim⁹ ꝙ licet includat formā adhuc est materia secūda: videlicet alterationis ⁊ compositionis: ⁊ cū dicebant aquā congelari superius: licet facerent implicite mentionem de agente: nō autem explicite: dico igitur omne fieri ex necessitate materie qd̄ propter finem fit: siue illud includat formā siue non includat: calidum igit̄ frigidū humidum ⁊ siccū: ac etiam graue: ⁊ etiam leue: ex quibus fit aliquid dicit̄ materia iuxta diffinitionē Aristo. i hoc secūdo: dicēs ꝙ materia est illud ex quo fit aliquid cū insit: cū materia alterationis tantū non dicatur ꝓprie materia: sed bene materia compositionis: ⁊ ita dicebāt in artificialibus ꝙ domus nō fit ex necessitate finis: sꝫ materie: vnde ligna ⁊ lapides dicūtur materia dom⁹: ⁊ quia lapides sunt grauiores lignis: ideo ponuntur inferius ⁊ ligna superius (Habet autēꝫ oppositionē) Tex. co. 76.
Ista est secunda pars huius capituli in qua phylosophus tangit tres ratiōes quib⁹ mouebātur antiq ꝓcedere ꝙ natura nō agit propter finem: sed ꝓpter materiam tantū: quarum prima est ista: pluuia nō est ꝓpter finem: sed ꝓpter materiā: igit̄ ⁊c. patet cōsequētia: quia pluuia est operatio nature. s. celi aut Iouis: aut primi motoris: primā parteꝫ antecedētis sic suadebāt: si pluuia esset ꝓpter finem: maxime videret̄ ꝙ esset ꝓpter augmentū messium: sed hoc non: quia non semꝑ prodest messibus ⁊ frumētis: sed aliquando nocet: sicut igitur non pluit vt pereant messes: sꝫ hoc accidit: ita nō pluit vt augeantur messes: sed qd̄ augeātur illud est a casu. ¶ Scdām partem etiā suadebant. s. ꝙ pluuia est propter necessitatē materie: qm̄ vapores subtiliati ⁊ leuificati per calidum mouētur sursum ad mediā regioneꝫ aeris: vbi per frigiditatē ingrossantur ⁊ cōdensantur vsquequo ex hijs fiunt nubes: in quibus tanta frigiditas ⁊ grauitas generatur ꝙ ex illis generatur pluuia que ratione sue grauitatis petit motuꝫ deorsum. Le. li. (Habet autem oppositioneꝫ opinio antiquoꝝ quid prohibeat naturam nō propter aliquid facere). s. propter finem neqꝫ ꝙ melius est facere sed sicut pluit Iupiter non vt frumentū augmentet: sed ex necessitate materie: sursum. n. ductam aquā congelari oportet: ⁊ congelatam deorsum venire: augeri autēꝫ cum fiat pluuia accidit frumentū: similiter si ꝑditū est frumētuꝫ in area idest in campis vel in aceruo nō huius causa pluit vt perdatur: sed hoc accidit. Sicut igit̄ ꝑditio frumēti est a casu: ita ⁊ augmentatio eiusdem: igit̄ pluuia sicut nō est propter perditionē frumēti: ita nō propter augmētum: sꝫ vtrūqꝫ accidit ex necessitate materie.

Notanduꝫ ꝙ antiqui non percipiētes nisi corporalia attribuebant omnes actiones naturales corporalibus: aut ꝙ materia seipsam mouebat ad formam: aut sicut mouebatur ab alio illud erat tantū corporale: ideo dicebāt ꝙ Iuppiter idest secundus planeta: aut orbis eius pluebat nō quidē propter finem: sed quia sic necesse erat eē ex frigiditate ⁊ grauitate inducta in aqua. sicut necesse erat aquam moueri sursum ex caliditate ⁊ leuitate incorporata: ⁊ ita licet ponerēt agens sine distinctū nō distinctuꝫ a mobili: ex quo illud nō agebat propter finem omnis operatio illius erat ex necessitate materie.

Dubitatur vtrum motus sursum aque sit naturalis, aut violentus: ⁊ videtur ꝙ non naturalis: quia motus eius deorsum est naturalis: igitur non motus sursum: patet consequentia quia cuiuslibet corpori simplici tantū vnus est vnus motus simplex per Aristo. primo celi: non etiam talis motus apparet violentus: quia nullum violentum perpetuum ſm phylosophum in loco allegato: constat autem ꝙ perpetuo mouentur vapores sursum. Respondetur ꝙ motum esse naturalem

contingit quadrupliciter.s.per se primo: et per se non
primo: et per accidēs ab intrinseco: et per accidens ab
extrinseco:mot⁹ naturalis per se primo est ille qui in-
est alicui ratione speciei vt motus deorsum elementis:
grauibus: et motus sursum elementis leuibus. Mo-
tus autem naturalis per se nō primo est ille qui ali-
cui competit ratione generis: et sic motus ad omnez
differentiam positionis est naturalis cuilibet corpo-
ri ratione vacui. Sed motus naturalis per accidens
ab intrinseco est ille qui alicui cōpetit ratione sequele: et
sic motus sursuz aque per foramē nauis dicit natura-
lis aque:nam aqua naturaliter mouet ad situz par-
tium cōnaturalē illis: et in tali motu accidit q mouea
sursum: vnde aliquid potest eē in loco naturali qui est
vltima superficies corporis ambiētis locatum: et in lo
co naturali qui est situs:aut distantia totius ad cētruz
mundi: et tamen nō erit in loco naturali qui est situs:
aut positio aut distātia partium inter se per cōparatio
nem ad cētrum ppriȷ corporis. Motus vero natura-
lis per accidens ab extrinseco est ille qui alicui compe-
tit per virtutē impressam ab agēte extrinseco:sicut mo-
tus vaporis et exalationis sursum [illegible] q vapor su sub-
stātialiter aqua et exalatio substātialit terra:a corpo-
re enim calido per verā alterationem imprimit calidi-
tas ad quā cum humiditate vel [illegible] illi coiuncta se
quit leuitas mouens sursum. Manifestū igitur ē aque
motum sursum per caliditatē et leuitatem inductaz esse
naturalē di. phylosopho tertio Ethicorū q motus na-
turalis est ille qui est a principio intrinseco vel extrin-
seco cōferente vim passo: et q cum dicitur primo celi q
cuilibet corpori simplici inest tm̄ vnus mot⁹ simplex:
illud intelligitur per se primo:quia per se non primo:
aut per accidēs cuilibet corpori simplici omnes mot⁹
possunt correspōdere (Quare quid phibet) Secūda
ratio antiquorum erat ista partes animaliū non sunt p-
pter finem:sed ex necessitate materie:igitur natura non
agit propter finē:sed propter materiam:antecedēs ar-
guebāt:nā q dentes anteriores sint acuti et maxilla-
res obtusi hoc nō videtur esse nisi ex necessitate mate-
rie:nō enim dentes anteriores sunt acuti propter hūc
finem vt diuidāt cibum et maxillares vt cōterant:licet
anteriores sint apti diuidere: et posteriores sint apti
cōterere cibum:sed illud fuit a casu ex necessitate mate
rie.s.quia plus de materia iuit ad dentes posteriores
quam anteriores. Et sicut arguit de dentibus:ita ar-
guitur de omnibus aliȷs partibus animaliuz q ille
non fiūt propter aliquem finē: sed tm̄ ex necessitate ma
terie:q enim aliqua fiunt sursum et aliqua deorsum
hoc est propter materiam grauē existentem in partib⁹
inferioribus: et propter materiā leuem existentē in par
tibus superioribus. Le. li. (Quare quid prohibet sic
et partes animalium se habere in natura vt dentes ex
necessitate oriri anteriores quidē acutos aptos ad di
uidendū maxillares autem latos et viles ad conterē-
dum cibum:qm non propter hoc) i. non propter istū
finem hoc fieri cōtingit: sed sic euenire est necessarium
propter materiā:similiter autem est et in aliȷs partib⁹
animalium [illegible] quibus esse videtur q propter hoc idest
propter finem [illegible] facte sunt.

Dubitatur quia videtur q dentes nō
sint partes animaliuz q[illegible]
partes sunt priores toto primo phy. [illegible] an-
[illegible] sunt posteriores. Respondetur q partes in cōmu-
ni sunt priores toto: et etiam partes [illegible] sunt

priores toto:partium autem quātitatiuarum quedā
precedant totū et quedam nō s. in animalibus que ge-
nerātur vt ex superfluo alimēti vt capilli, vngues: et dē-
tes que quidē partes [illegible] post generationem totius
incipiunt esse et hoc mouebātur antiqui dicere den-
tes anteriores aut posteriores nō esse propter finē.s.
propter diuidere et cōterere cibum:quia tūc animalia
semper haberent dentes anteriores acutos et poste-
riores obtusos qđ est falsum:quia aliquando habēt
anteriores sine posterioribus: et aliquādo posterio-
res sine anterioribus: et aliquando nec anteriores nec
posteriores vt in principio vite et in morte prouenien-
te ex senio (Ubicunqꝫ enim) Tertia ratio antiquorum
erat ista:animalia sūt facta ex necessitate materie et nō
propter finem:igit natura non agit propter finem:sꝫ
tantū propter materiā:antecedēs sic arguebāt: omnia
genita a casu sunt facta ex necessitate materie: et nō pro
pter finem:sed omnia animalia sunt genita a casu: igi-
tur etc. patet ꝯña cum maiori inductiue cum omne qđ
est a casu sit preter intentionem: et tantū ex necessitate
materie: vt patet de manu nata cū sex digitis: aut de ho
mine cum duobus capitibus:minorē autem sic decla-
rabant:di. in creatione mundi diuersa animalia consti
tuta fuisse quedam inordinata que erant partim ho-
mo: et partim bos:aut partim vipera: habētia partes
inordinatas indispositas: et huiusmodi animalia pe-
rierunt:alia vero fuerunt ordinata et bene composi-
ta vt ista que videmus: et talia saluata sunt:tunc argue-
bant sic:animalia inordinata facta sunt a casu:igitur
per idem et animalia ordinata: patet cōsequētia:quia
sicut casualiter partes diuersarum animalium cōuene
runt in vnū:ita casualiter partes eiusdē animalis fece-
runt vnum. Le. li. (Ubicūqꝫ enim acciderūt omnia) or-
dinata animalibus (sicut si ppter hoc fiant) i. ac si fie
rent propter finem non tantū facta sunt propter finez
sed propter materiam:nā hec quidem. s. ordinata sal-
uata sunt quod propter se vanum. i. a casu: et constan-
tia idest composita a parte ex suis partibus:quecūqꝫ
vero nō sic ordinata fuerūt perdita sunt: et perduntur
quotidie (quemadmodum Empedo. dixit bouige-
nas) idest animalia composita ex homine et boue (et
viperas) idest animalia composita ex vipera et homi
ne:aut alio animali: et subdit phylosophus quasi epi-
logando: di. (ratio qdē igitur que vtiqꝫ deficiet) i. du-
bitabit aliquis: vtrū natura agat ppter finem hoc est
scilicet vna istarum trium: et si aliqua alia ratio est illa
(huiusmodi est) i. similis vni istarum triū rationum.
Sed occurrit dubium:si esset vnū animal sic compo-
situm ex homine et boue vt opinabatur Emped. vtruz
tale animal esset homo: aut bos: aut simul homo et
bos. ¶ Dicendū q si pars anterior esset figure huma
ne habēs ppietates et operationes similes operatio
nibus hominū: videlicet ridere ratiocinari et huiusmo
di:tūc esset homo: si autem nō haberet huiusmodi ope
rationes esset brutum:nō tamen bos:sed vnum aliud
innominatū. Accidentia enim magnaz partem confe-
runt ad cognoscendū q quid est ꝭm phylosophum in
phemio de anima: et operatio dat cognoscere formaz
ꝭm eundem. 8. metha. Et si queritur de duobus quo-
rum quodlibet haberet partem anteriorem figure hu-
mane: et partes posteriores diuersaruz figuraruz. s. bo-
uis et vipere: vtrum essent eiusdem speciei: aut diuersa-
rum: dico q essent eiusdem speciei sicut iam diceremus
duos homines esse eiusdem speciei: quorum vnus

esset ordinatus in omnibus suis membris ⁊ alius ali-
qua constellatione necessitans haberet pedem equi:
Tex. aut caudam [illegible]. Sed impossibile est
co.77. **Contra** opinionē antiquoꝝ arguit phylo-
sophus [illegible]. Primo sic
omnia que fiūt a natura fiunt a casu: vel ꝑpter finem:
sed illa que fiunt a natura nō fiunt a casu:igit illa que
fiunt a natura fiunt ꝑpter finem: tꝫ ꝯñtia cum maiori
ex opinione antiquoꝝ:⁊ minor declarat sic: quecūqꝫ
fiūt semp vel frequenter nō fiunt a casu:sed illa q̄ fiunt
a natura fiunt semp vel frequēter:igit illa que fiunt a
natura nō fiunt a casu:tenet ꝯñtia cum minori p expe-
rientiam:⁊ p eos:⁊ 2ª exemplariter declarat:nā plu-
uia multotiens in hyeme nō est a casu:quia hoc con-
tingit frequēter. Similiter ꝙ excellēs calor fit sub leo-
ne non est a casu:quia hoc accidit semp vel frequenter.
Sed ꝙ pluat multotiens sub leōe vel ꝙ sit calor excel-
lēs in hyeme h̄ ē forte a casu:qꝛ accidit ī bᵒʳᵘ pte. L.e.li.
(Sed ipossibile est ista hūc hr̄e modū:hec quidē.n.⁊
quecūqꝫ sunt a nā:aut semp sic fiūt:aut sicut frequēter:
sed eoꝝ q̄ sunt a fortūa ⁊ p se vano).i.a casu nihil fit
semp aut frequenter: nec.n.a fortuna:neqꝫ a casu vi-
det pluere multotiēs hyeme:sꝫ forte sub cane: nec cau-
ma.i.magnus calor fit a casu sub cane:sꝫ si hyeme fie-
ret forte diceretur fieri a casu(Si igit videret casu fie-
ri naturalia:aut pp h̄ eē.s.ꝑpter finē:sꝫ ipossibile est h̄
eē:nec a casu:nec per se vano ꝑpter aliquid).i.ꝑpter
finem vtiqꝫ erit ꝙ fit a natura.

Notandum pᵒ fm cōmētatorē cōmē-
to.77.ꝙ ipossibile est vt
ꝯgregatio illaꝝ vtilitatū in oībus mēbris indiuidui
generati fit casu:mēbra.n.⁊ oīa q̄ generāt a nā generā-
tur in aliā dispōne:aut semp:aut in 2ᵒʳᵘ pte:mōstruo-
sa.n.accidūt raro. Syllogism⁹.n.sic cōponit ꝯuenien-
tia.q̄ est inter mēbra est casu:igit cōueniētia illa nō est
casu. Intēdit cōmētator ꝙ p istā rōnez Arist. solute sūt
due vltie rōnes antiquoꝝ:ita ꝙ lꝫ aīalia mōstruosa:
seu ptes mōstruose aīaliū fiāt a casu:nō tñ aīalia or-
dīata:nec ptes illoꝝ. Primū sic arguit:oīa q̄ eueniūt
raro p̄ter intentionē agētis sūt a casu: mōstra eueniūt
raro p̄ter ītentionē agētis:igit mōstra sunt a casu. Se-
cūdo sic declarat:oīa q̄ eueniūt semp vel frequēter nō
sūt a casu:aīalia ordīata:⁊ ptes illoꝝ eueniūt semp vl'
frequēter:igit aīalia ordīata:⁊ ptes illoꝝ nō sūt a ca-
su:ideo dētes nō fiūt a casu:qꝛ semp vel frequēter den-
tes anteriores sunt acuti:⁊ maxillares obtusi.

Secūdo notādū fm cō[illegible] eodē [illegible] ꝙ Ari.
[illegible] pluuia:quia iā notificauit ꝙ descēsus pluuie in hyeme ē in
2ᵒʳᵘ parte:⁊ apud ascēsum canis est in bᵒʳᵘ parte:⁊ ca-
lor ecōuerso:ex quo seqͥt necessario vt pluuia fit ꝑpter
aliqͥd:⁊ etiā apparet ex h̄ sermone ꝙ messes nō crescūt
a pluuia casu:cū h̄ sit in 2ᵒʳᵘ pte:corruptio aūt tritici in
aceruo est in bᵒʳᵘ parte:⁊ h̄ ꝙ pluuia est de necessitate
materie nō facit vt nō fit ꝑpter aliqͥd:⁊ si cōcesserim⁹
ꝙ nō est ꝑpter messes declarabit.n.ꝙ pluuia ē ꝑpter
aliqͥd:⁊ est equalitas generatiōis in elemētis:⁊ si non
corrūpet mūdus:nō fuit ergo necessariū ꝙ Aristo. rñ-
deret ad primā rōnē antiquoꝝ:qꝛ ex rōne iam fcā cō-
tra illos appare solutio illi⁹:pluuia.n.aut est in maio-
ri parte.s.tpe hyemali:aut in bᵒʳᵘ pte:vꝫ tpe estiuo:aut
equalr vtputa aliqͥs tēporib⁹:si in maiori pte ꝑbatur
vel equaliter illa nō est a casu ex diffōne casus:si autē
in bᵒʳᵘ parte vt sole existēte in ca[illegible] tūc est a casu. Et si
arguit sic:pluuia semp fit ex necessitate materie:igitur
semp fit a casu: vel nō ꝑpter finē:negat ꝯᵃ:⁊ cōcedit ꝙ
[illegible] per-
ditio aūt in aceruo est raro:ideo augmentū nō est a ca-
su:bene autē perditio in aceruo fit a casu. Et cōcesso ꝙ
pluuia nō fit ꝑpter augmentū messiū:non sequit quin
sit ꝑpter finē:quia adhuc habet aliū finem:vꝫ equali-
tatem elementoꝝ:si.n.nūquā pluēt corrūperetur mū-
dus:⁊ rō est ista:quia cū semp eleuent vapores ab aq̄
tandē elementum aque deficeret cum sit finitū:⁊ con-
sequēter deficerent omnia mixta:qm̄ mixta fiūt ex om-
nibus elemētis: deficiētibus autē mixtis deficerēt oīa
elementa:quia elemēta sunt finaliter ꝑpter mixta:con-
stat autē ꝙ frustra ponūtur ea que sunt ad finē: si non
potest esse finis:⁊ ita deficeret totus iste mundus infe-
rior si nō plueret. Et ꝙ etiā corrūperetur mūdus su-
perior [illegible] qm̄ motus celi est ꝑpter generationem
⁊ corruptionē [illegible] mundo in-
feriori deficeret motus celi:sed deficiēte motu celi defice-
ret celum:quia frustra quiesceret celū per tempus ima-
ginabile infinitū: corrupto autē celo desinerent intelli-
gentie:quia nō haberēt locuꝫ manēdi:igit a primo ad
vltimū si nō pluēt corrūpētur mūdus:est ergo pluuia
ꝑpter equalitatem elementoꝝ:vt elemēta semper sint
equalia in potētia:⁊ nullū eoꝝ deficiat.

Contra predicta arguitur:⁊ primo ꝙ plu-
uia sub cane non fit a casu:quia ea
que fiūt a causa determinata nō sunt a casu vt patuit:
sed pluuia fit a causa determiāta:aliter astronomi nō
possent iudicare de tali pluuia futura:igit ⁊c. Secūdo
arguitur ꝙ deficiente pluuia non ꝑpter hoc deficeret
elemētum aque:quia sicut semp eleuātur vapores ab
aqua:ita semper eleuātur exalationes a terra:sed exa-
lationes nō regrediūtur ad terram:neqꝫ ex hoc corrū-
pitur elementū terre:igit per idem staret qᵒ vapores
nūquā resoluēntur in aquā:nec ꝑpter hoc deficeret ele-
mentū aque. ¶ Ad primū dicitur ꝙ ratio cōcludit:vn-
de effectuū hic existētium non solum causa est sol:sꝫ ēt
aliq̄ planete:ideo si sol in hyeme nō generat excessiuū
calorem nō ꝑpter hoc in hyeme ille erit casualis: po-
terit enim habere per se causaꝫ ⁊ determinatā:vꝫ mar-
tem vel alium planetā in signis calidis: ⁊ sicut tēpus
hyemale nō est aptum natum ad generationem exces-
siui caloris:ita tempus quo sol est in cane nō est ap-
tum ad generationem pluuie:est enim canis quedam
stella in ore leonis sub qua sol existens tm̄ estum gene-
rat vt vapores per ipsum resoluti nō possint esse ma-
teria pluuie. Si igit tali tempore erit pluuia hoc cōtin-
git ex aliqua constellatione alterius planete in signis
humidis. Sicut igit cauma tempore hyemali non est
a casu:ita nec pluuia tempore quo sol est in cane: neqꝫ
illud exprimit Arist. sumptū in littera:sꝫ dicit forte per
modum dubitationis:verūtamen ꝙ cōmentator dicit
quodlibet illorum esse a casu nō respondendo dubie:
ideo dicitur ꝙ aliquid esse a casu cōtingit dupliciter:vi-
delicet stricte ⁊ large. Illud dicitur eē a casu stricte qᵒ
est raro:⁊ preter intentionē agentis:⁊ sic nullum illo-
rum est a casu:large vō illud dicit esse a casu:qᵒ est ra-
ro:aut preter intentionē agētis:⁊ sic inuentio debito-
ris dicitur esse a casu:dato ꝙ fiat omni die semper:aut
frequenter [illegible] cauma ve-
ro tēpore hyemali:⁊ pluuia sole existente in cane dicū-
tur fieri a casu ex quo illa fiūt raro quātūcūqꝫ fiunt a
causa per se determinata. ¶ Ad scdm dicit ꝙ sicut cō-

tinuaf elementū aque per resolutionē vaporū in plu-
uias: ita cōtinuaf elementū terre per resolutionē exala
tionū in ventos: licet nō ita sensibiliter: q̄ tñ cū q̄. n. ter
ra generef ex aqua: ⁊ aqua ex terra ex hoc nō possent
illa perpetuari: sed necessario deficerēt: ex quo sunt cor-
pora finita: si cōtinue ex illis fiēt vapores ⁊ exala-
tiones ascendētes sursum absq̄ reuersiōe: dicit. n. phs
primo huius q̄ omne corpus finitū cōsumitur per re
secationē partiū finitarū finicies sumptarū (At vero)
arguit phus ad idem sic: ⁊ est cōfirmatio pcedētis ra-
tionis: omnia q̄ sunt semp vel frequēter sunt ppter fi-
nē: sed omnia q̄ sunt semp vel frequenter sunt a natura:
ergo aliqua q̄ sunt a natura sunt ppter finē: pᵃ cū mi-
nori tenet ex cōcessis ab aduersarijs: aᵒʳ autē est pba-
ta inductiue: q̄m pluuia tēpore hyemali est ppter au-
gmentū messiū: calor aūt tempore estiuo est ppter ma
turationē fructuū ⁊ desiccationē frumentorū. T. c. li. (At
vero natura: sunt hmōi omnia) que fiūt semp aut fre-
quēter quēadmodū ⁊ ipsi antiqui firmabāt hoc dicē-
tes (Est itaq̄ pp aliqd). i. pp finē (i hijs q̄ nāsr ⁊ fiūt)

Notandū pᵒ fm cōmentatorē pᵒ. [illegible]. q̄ cū dimēū fuerit huic p-
positioni quā concedūt. s. q̄ res existentes sunt a na-
tura hoc. s. q̄ res existentes sunt ppter aliquid cōclude
tur in tertia figura q̄ quedā eorū que sunt a nā sunt p-
pter aliquid ⁊ est verū: nō. n. omne q̄d est natura ē pp
aliquid. Ex quo ftia figura non concludit ex premis-
sis datis aliter tñ sequif q̄ aliqua q̄ sunt natura sunt
ppter finē: ⁊ h est verū: nō. n. oīa q̄ sunt a natura sunt
ppter finē: mors. n. ⁊ monstra sunt a natura ⁊ nō sunt
ppter finē: vltimus etiā finis est a natura: ⁊ nō est pro
pter finē: aliter nō esset vltimus: imo eēt pcedere in īfi
nitū in finibus [illegible] determinationē [illegible].

Secundo notandū fm cōmentatorē eo-
dem pᵒ. q̄ Anax. dixit q̄ plu-
uia nō est ppter messes: q̄m messes sunt ab arte non a
natura cui respōdet cōmētator dicēs q̄ natura cōplet
multa q̄ sunt p artē: ⁊ ars multa q̄ sunt per naturā. In
tendit cōmētator q̄ rerū naturaliū vel artificialiū que-
dam sunt a natura inchoatiue ⁊ completiue ab arte vt
domus cultellus ⁊ statua: ligna. n. ⁊ lapides: ⁊ ferrū:
⁊ es ex quibᵒ fit domus cultellus ⁊ statua sunt a natu
ra: forma autē domus cultelli aut statue est ab arte: ⁊
quia vnūquodq̄ denoiatur a forma sua: ideo hec oīa
sunt dicenda artificialia ⁊ nō naturalia: quedā autem
sunt īchoatiue ab arte ⁊ termiatiue ac cōpletiue a naᵃ si-
cut sanitas ⁊ messis: ars enim se nō habet ad ista nisi
tanq̄ applicās actiuū passiuo: ⁊ cōsequēter sicut causa
per accidēs: natura aūt est que inducit formā tanquā
causam per se: sed q̄ vnūquodq̄ magis denoiaf a fi-
ne quā a pricipio: ⁊ a causa p se quā a causa p accñs:
ideo sanitas ⁊ messes debēt dici simplr naturalia: ideo
male dixit Anaxa. q̄ messes sunt ab arte nō a natura:
cū messes nō sint ab arte nisi inchoatiue: completiue
autē sunt a natura: postquā. n. per artē granū frumē-
ti positū est in terra ac dimissū nature sue per agēs na
turale cōtinue alteraf vsquequo inducit forma messis
(Amplius in quibuscūq̄) Tertio arguit philosophus
Tex. co. 75. ad idē sic: in qbuscunq̄ est aliqs finis illud q̄d agitur
sit ppter finem: sed in natura est aliquis finis: igitur in
natura illud q̄d agif fit ppter finem: ⁊ cōña cum bᵒʳᵉ
q̄ in natura [illegible] determinatā ⁊ finem. ⁊
aᵒʳ sic pbatur: omne q̄d agitur fm q̄ aptū natū ē agi
ad cōsecutionē finis fit ppter finē: sed in quibusdam

illud q̄d operaf agit fm q̄d est aptū natū agi ad cōse-
cutionē finis: igit in quibusdā est aliquis finis illud q̄d
agit fit ppter finem: ⁊ cōña cum aᵒʳᵉ ⁊ bᵒʳᵉ declaratur:
nō solum de fine primo: sed etiā de quolibet sequente
q̄d indubie agens attingit: si nō phibeat impedimen-
tū: vapor enī mouef sursū nō tm ad cōsecutionē hu-
ius finis qui est esse in media regione aeris sed etiā ad
cōsecutionē finiū sequentiū qui sunt infrigidari graue
fieri deorsum moueri ⁊ messes augeri: aut ēmēta ade
quari: calor etiā fit in aere non solū ad consecutionem
huius finis qui est terrā calefieri: sed etiā ad cōsecutio-
nem finiū sequētium. s. alimentū resolui: plātas genera
ri: fructus augeri ⁊ maturari: nec nō animalia nutriri: h
tamē bᵒʳ exemplariter sic declaraf. Si natura faceret
domū ipsa eam faceret eo modo quo ars ⁊ econtra. si
ars faceret naturalia ea cō similiter pduceret sicut natu
ra: sz ars facit domū fm q̄ apta nata est agi ad cōsecu-
tionē finis: igit similiter ageret natura si faceret domū
sed tam agit naturalia eo modo quo tūc ageret arti-
ficialia: igit tā agit naturalia fm q̄ apta nata sunt agi
ad cōsecutionem finis. T. c. li. (Amplius in quibuscūq̄
finis aliquis est hmōi causa agit q̄ prius ⁊ q̄ cōsequē
ter: ergo sicut agit aliquid naturaliter sic aptū natum
est agi: ⁊ sicut aptū natum est agi si nō vtiq̄ aliq̄d im-
pediat sic agit vnumquodq̄: agit aūt ppter hoc. i. p-
pter finē: ⁊ aptū natum est hmōi causa agi. s. ppter finē
vt si esset domus de numero eorū que natura fiunt sic
vtiq̄ facta esset sicut nūc ab arte est facta) Si autē ea q̄
natura sunt: non solum nā essent: sed ex arte fierēt simi-
liter vtiq̄ fierent fm q̄ apta nata sunt fieri: ppter h̄ q̄ al
terū est alterū. i. altera operatio est ppter alterū effe-
ctū tāq̄ ppter finē (Oīo aūt ars) Quarto arguit phs Tex. co. 76.
ad idē sic: ars iuuat nām ⁊ imitaf eā: sz ars agit ppter
finē: igit ⁊ nā agit pp finē: pᵃ pᵒ cū [illegible] ad experientiā:
⁊ illā etiā pcesserūt antiq̄: ⁊ aᵒʳ declaraf quo ad primā
ptē: q̄ aliquā sanitatē nō posset nā ex se inducere quā
tñ inducit iuuamēto medicine. Et quo ad secundam si-
militer: q̄ sicut sunt in nā aliq̄ priora: ⁊ aliq̄ posteriora
ita in arte: ⁊ sicut in arte priora sunt ppter posteriora:
ita videf in nā. T. c. li. (Oīo aūt res alia q̄dē pficit q̄ nā
nō pōt opari alia vero imitaf. Si. n. q̄ sunt fm artem
ppter hoc sunt). i. pp finē ⁊ maniᵐ. ⁊ q̄ sunt fm natu-
rā: etiam sunt ppter finē. Similiter. n. se hñt in hijs ad
inuicē q̄ sunt fm artem: ⁊ in hijs que sunt fm naturā
posteriora ad priora.

Notandum fz cōᵗᵒʳᵉᵐ pᵒ. 79. q̄ si nā
ageret aliquid pp aliqd
casu: tūc ars nō pficeret diminutionē nature: neq̄ ars
assimilaret in pluribᵒ finis actionibᵒ nature: q̄. n. ina-
tū ē existē casu nō est inatū existē p intētionē: vbiq̄. q̄m
si sanitas pueniret a nā casu: tūc ars nō cōplēt diminu
tionē nature in hrita q̄ sanitates fierēt in aᵒʳᵉ pte ab ea
⁊ silr si sanitas pueniēs ab exitu sanguinis a naribus
i creticis eēt p accñs: ⁊ cē sanitas pueniēs a flobotomia
quā pcipit ars medicie: q̄ vult se assimilari nature, pue
niret p accñs: q̄ igit ars q̄nq̄ ē loco nature ⁊ ars agit
ppter aliqd: necesse ē vt nā agat ppter aliqd. ¶ Ar-
guit cōmētator sic: si quelz opatio nature est a casu: er-
go ars nō pōt iuuare nām: pbaf pᵃ: q̄ ex opposito
sequif oppoᵐ: sequif. n. ars pōt iuuare nām: pono igif
q̄ vna sanitas proueniat a nā ⁊ ab arte: arguif sic: ista
sanitas nō ē a casu: ista sanitas ē operatio nature: er
go aliqua operatio nature nō est a casu: q̄d est ppositum aūtis: pz ꝯsequētia cum minori ex presupposito

⁊ 2ᵐ sic arguit: si ista sanitas est a casu: igitur est ꝑter intentionē agētis: sed ista sanitas est ab arte: igit est ꝑter intentionē agentis qđ est cōtra illos. Itē accipiāt due sanitates quarū vna sit ab exitu sanguinis de narib⁹ in die cretica. s. qñ natura iuuat morbū: ⁊ alia sit ex flobotomia ordinata per medicū: ⁊ arguit sic: quelʒ istarū sanitatū sit ex remotiōe ꝓhibēte ⁊ in 2ᵃ parte: sed sanitas ꝓueniēs ex flobotomia nō est a casu cum sit ab arte: igit per idē sanitas ꝓueniēs ab exitu sanguinis de narib⁹ nō est a casu: sed illa est tm̄ a nā: ergo aliqua operatio ꝓueniēs tm̄ a natura nō est a casu. Et cōcludit ꝯ ͤ. ꝙ si ars agit ꝓpter finē: necesse est qđ etiā nā agat ꝓpter finē (Maxie aūt) Quinto arguit phūs ad

Secundo notandũ ſm cõmẽtatorem eodem cõmento ꝙ ↄtinens dicit de tribus de fine ↄtingenti:⁊ nõ ↄtingenti ⁊ de forma:⁊ equalitas fallitur in fine nõ ↄtingenti:⁊ est vera de contingenti:⁊ dicere aliquid in loco sicut aqua in vase est verum de fine ↄtingenti:⁊ nõ ↄtingenti:⁊ fallitur in forma. Duas distinctiones intẽdit cõmẽtator quaꝝ pria est ista:duplex est ↄtinẽs:vz intrinsecum ⁊ extrinsecum: ↄtinens intrinsecũ est forma:siue per formam intelligamus formã substãtialẽ:siue ipm totũ:siue supficiẽ conuexam ipsi⁹ totius. Cõtinens vero extrinsecũ est finis corporis continentis sicut est superficies concaua lune. ¶ Scda distinctio ꝙ duplex est finis cõtinẽs s. contingens:⁊ nõ ↄtingẽs:finis ↄtinẽs cõtingẽs est ille qui est immediatus locato sicut est cõcauũ lune respectu ignis finis ↄtinens nõ contingẽs est ille qui est remotus a locato sicut est ↄcauũ lune respectu aeris:vel aque:quando igitur dicit locus est equalis locato ista ꝓpositio ẽ vera de loco qui est finis ↄtingẽs ⁊ nõ de loco qui ẽ finis nõ ↄtingens:cõstat.n. superficiẽ ↄcauã lune:⁊ cõuexam ignis esse equales. Sed superficies concaua lune ⁊ superficies cõuexa aeris nõ sunt equales:sed vna est altera maior:qñ etiam dicit ꝙ aliquid est in loco sicut aqua in vase ista ꝓpositio est vera de omni loco continẽti siue fuerit ↄtingens siue nõ.i. siue fuerit ↄtangens siue nõ ↄtangens:sed nõ est vera de forma:q2 nihil est in sua forma:sicut aqua in vase qualitercũq3 fiat locutio de forma. ¶ Ex ꝑdictis cõmẽtator infert tres cõditiones loci:quaꝝ prima est ↄtinentia:qm̃ locus est continens locatũ:⁊ per hoc differt locus a vacuo:ꝙ ymaginantur antiqui esse spaciũ inter superficies corporis ↄtinẽtis:cũ tale spaciũ:vz inter latera vasis nõ ↄtineat aquam:sed magis cõtineatur tã ab aqua:quã a vase. ¶ Scda cõditio est imediatio qm̃ locus est imediat⁹ locato cũ ipsum tangat: illa.n. sunt imediata que se inuicem tangũt ſm phm. 2°. huius ⁊ per hoc differt locus ꝓprius:siue locus per se primo a loco cõi:cũ talis conditio nõ cõpetat loco cõi:sed bñ ꝓprio. ¶ Tertia ↄditio est diuisio:qm̃ locus est diuisus a locato:cũ locatuz sit in loco:sicut aqua in vase:⁊ per hoc nõ differt locus ꝓprius a loco cõi:q2 hec cõditio tam loco ꝓprio:ꝙ loco cõi cõpetit:differt aũt bene a forma:q2 forma nõ separatur ab eo cuius est forma:siue fuerit forma sbalis siue accidẽtal' siue totũ habens partes quãtitatiuas siue supficies ↄuexa eiusdẽ totius. (Et cũ ↄtinuũ). Scdo arguit phus ad illã ↄclusionẽ sic:si locus eẽt ↄtinẽs locato sequiſ locatũ nõ moueri in loco:sz cũ loco:pz ↄñã: q2 si aliqd moueſ ipm moueſ cũ oi eo ꝙ est ↄtinuuz ei siue fuerit mã siue forma siue accidẽs:cũ moto aliquo moueant oĩa que sunt in eo:sed illud ↄñs est falsuz:q2 nõ oz locũ moueri si locatũ moueſ:siue.n. moueat siue nõ moueat loc⁹ ñ min⁹ moueſ locatũ:vt pz de aq̃ circularit mota ĩ vase descẽte. Te. li. (Et cũ ↄtinuũ quidẽ sit ipz locãs locato nõ cũ illo moueſ:sz cũ illo diuisũ aũt ĩ illo:⁊ siue moueat ↄtinens siue nõ vel minus moueſ ipsum continuũ. Amplius cũ). Tertio arguit phus ad illã ↄclusionem sic:quãdo ↄtentũ nõ est diuisum a continente tũc dicit eẽ in eo sicut pars in toto:⁊ qñ est diuisum a ↄtinente dicit esse in eo sicut ↄtentũ in vase:sed locatũ est in loco sicut ↄtentũ in vase:⁊ nõ sicut ps in toto:igiſ locus nõ est ↄtinuus:sed discõtinuus locato:tenet ↄñã cũ maiori:q2 qñ ↄtentũ nõ est diuisum a continente tũc est sicut visus in oculo que est pars formalis ⁊ sicut manus in corpe que est pars mãl:qñ autez diuiditur a continẽte tũc est sicut aqua in amphora:⁊ vinũ in cypho:minor vero est nota:q2 manus nõ mouetur in corpe:sed cũ corpore:locatũ aũt nõ moueſ cũ loco: sed in loco sicut aqua nõ moueſ cum amphora sed in amphora. Te. li. (Amplius cũ nõ diuisum sit ↄtentum a ↄtinẽte sicut pars in toto dicit vt sicut ĩ oculo visus ⁊ in corpore manus:cũ aũt diuisum est contẽtum a cõtinẽte sicut pars in toto dicitur vt sicut in oculo visus ⁊ in corpore manus:cũ autem diuisum est ↄtentũ a continente tunc sebz vt in cado aqua ⁊ in cypho vinũ:manus quidẽ enim corpore mouetur aqua aũt in cado.i. in vase vel in amphora).

Notãdum ꝙ ex hĩs ↄclusionibus apparent ↄditiones loci diffinibilis:ex prima.n. conclusione habeſ ꝙ locus hic diffinibilis nõ est quilibet indifferenter:sed tm̃ ꝓprius et imediatus locato: ex scda aũt conclusione habetur ꝙ locus hic diffinibilis non est aliquid intrinsecum locato:sed tantum extrinsecum.



Am igitur. Te. cõ.

Ista est scda ps huius capituli in qua phus inuestigat genus loci postꝙ inuestigauit ↄditiones ⁊ ꝓprietates illius ⁊ duo facit qm̃ primo ꝑmittit vnã suppositionem scdo sequiſ de intẽto ibi (horum autem). Suppositio est ista locus necessario videtur esse vnũ istoꝝ quattuor.s. mã vel forma:aut spaciũ separatũ inter latera corpis ↄtinẽtis:aut superficies ipsius ↄtinẽtis pz:q2 de loco nõ fuerũt nisi quattuor opiniones quaꝝ prima dixit locũ esse materiã:scda ꝙ locus est forma. Tertia ꝙ est spaciũ separatũ:quarta ꝙ est termin⁹ corpis cõtinẽtis:ideo inuestigando genus loci non apparet quid possit esse locus nisi vnum istorum quattuor. Te. li. (Iam igitur manifestuz ex hĩs dictis est quid locus:idest que res est locus fere enim q̃ttuor sunt quorum necesse est locum vnum aliquid esse aut enim forma:aut materia est:aut spacium aliqꝺ in medio extremorum:aut extrema si non est spacium nullum preter interpositi corporis magnitudinem): idest si inter latera continentis nullum est spacium preter magnitudinem corporis contenti.

Notanduz ꝙ philosophus dicit locũ esse forte vnum ex quattuor:quia nondum est plene manifestum ꝙ istorum est locus:ideo sub dubitatione loquitur:dicit etiam conditionaliter si non est spacium preter interpositi corporis magnitudinem: quia si esset tale spacium indubie illud esset locus:non est ergo negandum inter latera corporis continentis esse spaciuz:quia inter illa latera

est spacium magnitudinis corporis locati: sed negādū est inter huiusmodi latera esse spacium separatum triū dimensionum preter dimensiones corporis locati sicut opinabantur antiqui. (horum aūt). Ista suppositione premissa phylosophus ponit quattuor cōclusiones quarum prima est ista: locus nō est forma corporis locati. Scđa ꝯclusio locus non est spacium separatum ibi. (Sed ex eo). Tertia conclusio locus non est materia ibi. (Et materia aūt). Quarta conclusio locus est terminus ꝯtinentis ibi. (Erit igitur nihil). Prima cōclusio arguitur sic: si locus esset forma locati corporis hoc esset ꝓpter istam rōnem: forma continet ⁊ locus continet: igitur locus est forma: sed ista ratio nulla est: quia forma ꝯtinet tanꝗ terminus intrinsecus: ⁊ locus tanꝗ terminus extrinsecus: vnde arguitur sic: forma est terminus corporis ꝯtenti ⁊ locati: sed locus ē terminus corporis contenti ⁊ locati: igitur locus non est forma corporis locati: patet ꝯña quia sicut corpus locās nō est corpus locatum: ita nihil corporis locātis est aliqđ corporis locati. Le. li. (Horum aūt ꝙ tria): scilicet formam aut materiā: aut spacium non contingat locū esse manifestum est: ex dictis ⁊ dicendis: sed ꝓpter id ꝙ cōtinet videtur forma esse locus: in eodem enim. i. simul sunt extrema continentis ⁊ contenti: sunt quidem igitur vtraqꝫ termini sed nō eiusdem: sed species quidem rei contente est terminus: locus autem continentis corporis est terminus. ¶ Notandum ſm cōmentatorē commento. 39. ꝙ antiqui dixerunt locum esse formam propter hoc ꝙ locus estimatur continere: ⁊ forma estimatur continere etiam scꝫ superficies corporis locati: quia dicitur in diffinitione corporis: ꝙ est illud ꝙ continet a superficie vna aut superficiebus: cōmentator innuit duplicem formam continentem ipsius locati. s. formā substantialē ⁊ accidentalem: forma substātialis continet materiam: ⁊ forma accidentalis: videlicet superficies conuexa locati ꝯtinet omnes partes quantitatiuas eiusdē ⁊ ex hoc dicitur continere ipsum locatum iuxta diffinitionem corporis que dicit corpus est illud ꝙ continet vna aut pluribus superficiebus: ⁊ qualitercūqꝫ accipiatur patet rōnem antiquorum nō valere. Et forte ꝑ formam quam dixerunt esse locum intellexerunt ipsaꝫ superficiem terminantē corpus locatum ⁊ non aliquam formam substantialem. (Sed ex eo ꝙ). Scđa conclusio locus non est spacium separatum inter latera corporis continentis. Istam conclusionem phūs tripliciter probat ⁊ primo sic. Si locus sit huiusmodi spacium hoc videtur esse propter istam rōnem: illud est locus ꝙ manens idem numero diuersa corpora recipit successiue: sed spacium separatum inter latera corporis continentis est huius: patet ꝯsequentia cum maiori ⁊ minor apparet ex eo quia spacium separatum inter latera vasis successiue recipit aquam vinum ⁊ aerem: ipso semꝑ manente eodem numero: sed ista ratio peccat in materia: quia accipit vnum falsum: vꝫ inter latera corporis continentis esse vnum spacium separatum preter ipsuꝫ locatum: ⁊ dimensiones eius ꝙ non est verum: qꝛ tūc dimensiones se inuicem penetrarent: ideo inter latera corporis continentis omnino nihil est: nisi ipsum corpus contentum faciens latera distare: aut pars vel passio eiusdem. Le. li. (Sed ex eo ꝙ mutatur multotiens manente continente contētū: ⁊ diuisum construe sic: sed ex eo ꝙ contentū: ⁊ diuisum mutātur multotiens manente continente eodem numero: vt ex vase cum exit aqua intrat ibi aer ⁊ extra ipsum medium inter latera cōtinentis esse videtur spacium separatum ⁊ cōsequenter locus tanꝗ aliquid sit preter corpus ꝙ transfertur ad illum locum ⁊ ex illo loco hoc autem non est: videlicet tale spacium sed contingens inadu... sed intrat locum tangendo ipsum corpus corūqꝫ transferuntur ⁊ que se apta nata sunt attingere ⁊ esse imediata preter hic spacium separatum aliter esset penetratio.

Tex. co. [illegible]

Notandum primo ſm cōmentatorē commento. 36. ꝙ videtur ꝙ significatio vulgaris huius prepositionis in quando dicunt aliquid esse in loco est circa vacuum: ꝙ vulgus intelligit in vase: ⁊ si fuerit demonstratum ꝙ nihil est vacuum: tunc locus necessario est continens extraneum. sed quia vulgus nō percipit hoc non posuit hoc nec posuit hanc significationem huic prepositioni in: ⁊ ideo ista opinio est valde apparens. Uulgus enim non percipiens aliqđ sensibile inter latera vasis dicit inter latera illa esse vacuum: ꝙ quidem dicunt recipere aquam ⁊ vinum: ⁊ esse locum illorum: ⁊ quia vulgus non percipit demonstrationem qua demonstratur nullum vacuum esse: semper credit vacuum esse: ⁊ nunquā concedit aquam esse in vase tanquā in loco: sed esse in spacio interposito tanquā in loco: propterea ista opinio est valde apparēs: qꝛ est ꝯformis credulitati vulgi.

Secundo notandum ſm cōmentatorem eodum cōmento ꝙ si essent hdimensiones in quas caderet corpus locatum contingeret vt quilibet locus esset locus cuiuslibet corporis ⁊ sic ignis nō esset proprius superiori: ⁊ terra inferiori ⁊ causa in hoc est quoniam in dimensionibus abstractis a vacuo non sunt differentie quibus diuersificantur: sed natura eorum est consimilis: fines. n. corporum diuersificantur ſm diuersitatem naturarum corporū: vnde in eis inuenitur superius ⁊ inferius: ⁊ ideo corpora mouentur ad sua vltima ꝓpria: vt ꝑficiantur per illa: ⁊ vt tangant illa. Argumentum cōmentatoris est istud si esset locus tale spaciū separatū ⁊ abstractū a qualitatibus sensibilibus illud esset eiusdē rōnis ⁊ vniꝰ in oībus suis ꝑtibus: ⁊ per ꝯñs quilibet locus esset locꝰ naturalis cuiuslibet corpis: quia nō est ratio ꝙ vna pars sit magis locus nālis alicuius ꝙ alia: ⁊ ita locus nālis ignis nō magis erit sursum quā deorsum: ꝙ est ꝯtra experientiā. quia igit correspondent diuersitati naturarum correspondent loca diuersarum naturarum: adeo mouent ad illa: vt tangant illa: ⁊ ꝑficiant per illa: hec aūt nō fierēt si locus esset spacium separatū. (Si aūt aliqđ). Scđo arguit phūs ad istā ꝯclusionem inferendo ꝙ infinita loca ꝯcurrunt ad cuiuscunqꝫ corporis locationem ꝙ ē absurdum: ⁊ ꝙ illud sequatur arguitur: qꝛ nō potest esse talis dimensio nisi penetret locatū: ⁊ diuidat ipsum in infinitas partes: ⁊ ꝯsequenter quelibet habet suū locū ꝓprium in quo locatur per se primo: cū enim aqua ⁊ aer trāsmutantur inuicē in eodem loco sicut tota aqua est in toto loco: ita medietas aque erit i medietate loci: ⁊ tertia ps aque in tertia parte loci: ⁊ sic in infinitum: ⁊ sicut totus locus penetrat totam aquam: ita medietas loci penetrat medietatem aque: ⁊ tertia pars tertiam partē: ideo sicut tota aqua habet locum ꝓprium ⁊ per se: ita quelibet pars aque habet locum proprium ⁊ ꝑ se: sꝫ infinite sunt partes aque: igitur infinita sunt loca ꝓpria ⁊ per se. Le. li. (Si aūt aliquid esset spacium aptū natum per se existens ⁊ manens in eodem loco: idest ⁊ manens continue idem locus infiniti vtiqꝫ essent loci trāsmutāte enim aere ⁊ aqua idem faciēt omnes partes

in toto q2 quidē oīs).i.tota aqua in vase.

Notandum ꝙ cōmentator ꝯmento.37. probat quālibet partem locati esse in loco per se tenendo locum esse spacium separatum querendo vtrum medietas aque existentis ī vase sit in loco per se:aut in loco per accidens:si in loco per se per idem quelibet pars aque est in loco per se:⁊ consequenter infinita sunt loca per se ad locationem aque. Si autem medietas aque est in loco per accidens hoc videtur ex eo quia locus eius est pars loci aque:sed etiam locus aque est pars loci totius mundi igitur tota aqua nō est in loco per se:⁊ ꝯsequenter nihil est in loco ꝑ se nisi totū vniuersum ꝙ est valde absurdum.(Simul aūt).Tertio arguit phūs ad eandē conclusionem inducēdo aliō incōueniēs:vz ꝙ locus habz locū per se ⁊ ꝙ multa sunt loca simul:si.n.locus est tale spaciū separatū:igitur si vas cū aqua localiter transmutat̄ etiā locus localit̄ trāsmutat̄:pz ꝯña q2 sicut manet ꝯtinue idem vas numero ita eadem distātia numero inter latera vasis: pono igit̄ ꝙ vas cū aqua localiter trāsmutetur sequit̄ aggregatū ex vase ⁊ aqua:⁊ ex spacio ꝯtento inter latera vasis recipi in aliꝗs dimensionibus.s.in dimēsionibus que sunt inter latera ꝯtinentis totū aggregatū:igit̄ quelibet pars huius aggregati recipitur ꝑ se in aliqua pte totius dimēsionis locantis totum aggregatū:sed spaciū ꝙ est inter latera vasis ē ps huius aggregati:igit̄ per se recipit̄ in parte totius dimēsionis:sed spaciū receptum inter latera vasis est locus ⁊ dimēsio in qua recipit̄ etiā est locus:igit̄ locus ē per se in loco:⁊ q2 talia duo se inuicē penetrant ideo plura loca sunt simul:ꝙ erat ꝓbandū.Te.ci.(Simul aūt erit locus transmutās localiter vna cū vase,quare erit loci alius locus ⁊ multi loci simul erunt.

Notādum ſm cōmētatorē cōmēto.37. ꝙ nō solū ꝓbat̄ plura loca esse simul ponēdo locū esse spaciū separatū:sed etiā infinita loca esse simul ꝓmissis duabus suppositionibus sequētibus ex illa opinione quaꝝ prima est:si loc⁹ mouetur ſm locū eadē rōne spaciū in quo recipit̄ poterit moueri ſm locū ⁊ recipi in alio spacio:sicut.n. trāslato vase transfertur spaciū inter latera vasis:ita translato corpore in quo recipit̄ vas transfert̄ spaciū ꝯtentū īter latera corporis ꝯtinētis vas. Scđa suppositio si talia spacia sunt loca oportet illa remanere inter latera corporis ꝯtinētis qñ corpus ꝯtinēs trāsfertur de loco ad locū:sicut spacium inter latera vasis manet vase transmutato. Istis suppositiōibus ꝓmissis arguit̄ sic:ī quolibet instanti tpis mēsurantis motum fit trāsmutatio ī nouū locū ⁊ instātia ī tpe sunt infinita ⁊ oīa illa manēt simul sicut spaciū īter latera vasis manet vase trāsmutato:igit̄ infinita loca sūt simul:pria ps antecedētis pz ꝙ nihil mouet̄ ad locū in quo est:scđa est nota ꝙ tēp⁹ non componit̄ ex indiuisibilibus:tertia vero est manifesta ex scđa suppositione.(Non est aūt).Cōtra phm posset aliquis arguere inducēs ꝯsimilia incōuenientia primū ꝙ infinita loca sunt:q2 cū nō solū totū sit in loco sed etiā quelibet pars eius ⁊ infinite sunt ptes toti⁹ existentis in loco:igitur infinita loca sunt. Scđm inconueniens ꝙ locus est in loco ⁊ ꝙ multa loca sunt simul quia qñ transmutat̄ localiter vas in quo est aqua:aut aer:aut partes aeris vel aque loc⁹ aque vel aeris trāsmutatur localiter:⁊ per ꝯñs mouetur ad locū:igit̄ loc⁹ est in loco ⁊ cū locus et locatū sint simul sequit̄ ꝙ multa loca sint simul. Ad primū respondet phūs negando ꝯsequentiam:quia partibus nō respōdet distinctus locus a loco totius imo idē numero est loc⁹ toti⁹ ⁊ partis:licet nō eodē modo:est.n.locus per se totius:⁊ loc⁹ per accidens partiū:neqꝫ partes mouent̄ ad alia loca quā totum imo ad eundē locum numero ad quem mouetur totū mouentur partes:⁊ sicut totum mouetur per se ⁊ partes per accidens:ita totū mouetur per se ad locum:⁊ partes per accidens ad eundē locū. Te.ci.(Nō est aūt alius locus partis in quo mouetur cum totum vas transmutatur:sed idē). Ad ſm respondet phūs ꝙ quādo vas transmutat̄ cum aqua nō mouetur ad locum qui est est pars loci totius vniuersi:vt crediderūt antiqui:sed ad locū per se qui nō est pars alicuius loci ⁊ iste est locus per accidens aque ⁊ cuiuslibet pūs eius ⁊ per ꝯsequens est locus ꝑ accidēs loci ī quo est aqua scz superficiei ꝯcaue vasis:nec est inconueniēs ꝙ locus sit in loco per accidēs:nunꝗ tñ sequit̄ ꝙ duo loca sint simul q2 locus in quo est aqua per se ⁊ locus in quo ē vas per se nō sunt simul imo distant per totā profunditatem vasis. Te.ci.(In quo enim est cū mutatur aer ⁊ aqua aut partes). Construe sic cū enim mutat̄ vas in quo est aer aut aqua aut partes aque mouētur omnia ista simul cum loco aeris vel aque ad eundē locum: sz nō in quo sunt loco.i.nō sunt per motū in loco qui est pars loci qui est locus totius celi:idest mundi. ¶ Notandum ꝙ antiqui ponebant mundū esse in loco adequato sibi ſm tres dimensiones sic ꝙ totus mundus erat in toto loco mundi ⁊ quelibet pars mundi erat in loco qui est pars loci mundi:ideo quia vas est pars mundi volebant ꝙ locus vasis esset pars loci totius mundi. Ponendo autē opinōem Arist. ꝙ locus est vltimum corpus ꝯtinētis nō debet cōcedi ꝙ locus ī quo est vas sit pars spacij in quo est totus mundus aut celum:cū totus iste mundus nō sit in aliquo spacio quid sit per se locus eius nec vltimū totius aque in quo est terra est pars concaui celi in quo est totus mundus inferior. ¶ Contra ꝓdicta arguit̄ ⁊ primo ꝙ locus ē spacium separatum:quia in ꝓdicamētis capitulo de ꝗtitate ponit phylosophus quinqꝫ species quantitatis continue:videlicet lineam superficiem corpus tempus ⁊ locum volens particulas loci copulari ad eundem terminum ad quem particule corporis:ꝙ non esset nisi loc⁹ poneretur spacium separatum penetrans corpus scđz tres dimensiones. Secundo arguitur ꝙ non est idem locus totius ⁊ partis:quia alia est superficies tangens totum locatum ⁊ alia tangens partem:aggregatū enīz est superficie aeris:⁊ superficie aque est locus tot⁹ elementi terre:⁊ vna illarum superficierum est tantum locus partis. Ad primum dicitur ꝙ Arist. illud dixit scđz famositatem:tunc enim famosum erat locum esse spacium separatum ⁊ in materia predicamentorum nō debuit Arist. tractare materiam loci:ideo sufficiebat sibi loqui de loco scđm opinionem communem. Ad scđm dicitur ꝙ superficies tangens partem locati non est locus:sed pars loci:de locatione aūt terre dicitur ꝙ habz tria loca per se:videlicet aggregatum ex illis duabus superficiebus ⁊ quālibet illarum superficierum:aggregatum enim est locus totalis:⁊ quelibet illarum est locus partialis:ex quo enim nulla illaruz superficierū est pars alicuius superficiei ⁊ continet ideo est locus:⁊ q2 non continet totam terram propterea est locus partialis.(Et materia autem). Tertia conclusio locus non est materia alicuius corporis. Istā ꝯclusionē phs dupliciter probat ⁊ primo sic:si locus esset materia hoc ꝯtingeret Tex. co.

per istam rõnem illud q recipit diuersa successiue ē materia: sed locus recipit diuersa successiue: igitur locus est materia: minor ē euidēs: qꝛ vas recipit successiue aquā et aerē. et maior declaratur tā in transmutatiõe substātiali quā accidētali: qꝛ eadē materia numero successiue recipit formā substantialē aque: et formā substātialem aeris: idē etiā subiectū numero successiue recipit albedinem et nigredinē mollicie: et duricie: cū idem fit nūc album: et postea nigrū: et iam durum: ante vero molle. sꝫ illa ratio nõ valet: qꝛ peccat in materia: si maior ppositio intelligit vniuersaliter: vꝫ oē illud qḋ recipit diuersa est materia. Si aūt quelibet pmissaꝝ intelligit ꝑticulariter illa ratio peccat in forma: qꝛ ex mere indefinitis vel ꝑticularibus nihil sequitur et per ꝯñs est falsa ꝯña differt. n. multū receptio materie a receptione loci: qm̄ materia nõ recipit diuersa corpora actu: locus aūt recipit diuersa corpora actu. s. aquā et aerē: materia etiam sic recipit diuersa successiue: q illud q nunc est aqua prius erat aer: et ecõtra: locus vero sic recipit: q vbi nunc est aqua prius erat aer: et ecõtra. Le. li. (Et materia autem videt vtiqꝫ eē locus si i quiescēti quod est materia aliquis ꝯsiderat et nõ separato sed cõtinuo rei que transmutat de forma in formā. Sicut enim si alterat aliqḋ est hoc nūc idē vtiqꝫ albū. nūc aūt nigrū: et nūc qḋē durꝫ nūc aūt molle vñ aūt dicimus aliquid esse materiā: sic etiā locus p talē quēdā videt esse fantasma: verūtamē illud quidē nõ est verꝫ qm̄ q nunc est aqua prius erat aer locus aūt vbi nunc est aqua ibi erat aer). ¶ Notādum q phus dicit locū assimilari materie quiescenti nõ separate: sꝫ ꝯtinue rei transmutabili: qꝛ locus vt sic est imobilis: et idē vas quiescēs recipit successiue aerem et aquā: ita materia quiescēs per solū motū alterationis recipit diuersas formas ꝓpterea magis põt ꝓbari locum esse materiā accipiendo eā quiescētē q locatū motā. Et qñ phus di. illud q nūc est aqua prius erat aer intelligit in predicatione cāli. s. illud q nūc est aqua fit ex illo q prius erat aer: seu illud q nūc ē sb forma aque:

Tex. co. 6. prius erat sub forma aeris. (Sed materia). Scḋo arguit phus ad eandē ꝯclusionē sic materia non separatur a re cuius est materia neqꝫ ꝯtinet illā: locus vero separatur a re cuius est locus: et ꝯtinet illam vt ex determinatis est manifestū: igit locus nõ est materia. Le. li. (Sed materia quidē sicut dictū est in prioribus neqꝫ diuisa ē a re neqꝫ ꝯtinet locus aūt vtraqꝫ) vꝫ diuidit a re et ꝯtinet illam. (Si igit nihil). Quarta ꝯclusio locus est terminus corporis ꝯtinentis ꝓbat locus est materia vel forma aut spaciū separatū distinctū a dimēsionibꝰ locati: aut terminus corporis ꝯtinētis: sed non est forma: nec materia nec spaciū separatū et distinctū a dimēsionibus locati: igitur locus est terminus corporis ꝯtinētis: pꝫ ꝯña cū prima parte antecedentis ex suppositiõe premissa: scḋa aūt ps antecedētis est ꝓbata in tribꝰ cõclusionibus ꝑcedētibus. Et qꝛ oē ꝯtinens dicit per respectū ad ꝯtentū subiūgit phus ꝯtentū in loco q ē illḋ q est mobile fm loci mutationē: sicut. n. locus vt sic est imobilis locati ita locatū vt sic est mobile fm locum. Le. li. (Si igitur nihil horum trium locus ē neqꝫ spēs neqꝫ materia neqꝫ spaciū aliqḋ q semp est alterꝫ ꝑter illḋ q est rei distāns illud q semp est aliud a magnitudie rei ꝯtente in loco habēns partes distantes: necesse est locū esse reliquū quattuor: vꝫ terminū ꝯtinētis: dico autē ꝯtentum corpus quod mouet fm loci mutationem).

Notandum primo q locus accipit octo modis primo pro corpore locante et sic accipit locum phus in capitulo sequenti cum dicit aerem eē locum aque: et aquā eē locū aeris: et celum esse locū ignis: scḋo p superficie vltima corporis locantis eo modo quo supra phs accepit locum dicēs. Tu es in celo tanq̄ in loco quia tu es i aere tu es in aere: quia tu es in hac parte aeris: et tu es i hac parte aeris tanq̄ in loco: qꝛ tu es in hoc vltimo aeris. Tertio accipitur locus p origine loci eo modo quo dicit cõmentator in hoc quarto q centrū est locus celi: et in primo ce. et mundi q mediū mūdi est locus celi: et sic loquitur de loco auctor sex principioꝝ dicens q locꝰ simplex est origo et ꝯstitutio loci cõpositi. Quarto accipit locꝰ p vbi fluēte a loco ꝯposito quē locū ꝯpositū auctor sex principioꝝ vocat superficiem ambientē locatum: et sic loquitur de loco cõmentator in hoc quarto dicens q sursum et deorsum sunt partes subiectiue loci qui est vbi. Quinto accipitur locus p vbi fluente a loco simplici quem auctor sex principioꝝ vocat centrū mundi et sic loquit de loco. Simplicius sup predicamenta di. q locus fm ꝓprium caracterē est de predicamēto vbi quomodo etiā loquit Boetius dicens q locus per oē corporis spaciū diffunditur. Sexto accipitur locus p virtute ꝯseruatiua locati de quo loquit Porphyrius dicens q locus est principiū generationis: et phs supra de eodem loco dixit q est illud ad q corpora naturalia mouētur. Septimo accipitur locus pro spacio attractiuo seu ꝯseruatiuo multoꝝ eo mõ quo dicimus plateā esse locum emptionis: seu venditionis: seu q talis vicus est locus mercatoꝝ de quo loco intelligit Porphyrius cū dicit patriā eē locū. Octauo accipitur locus pro magnitudine subiecta alicui rei nõ occupanti spaciū circa quē maxime apparet oppositio ipsius: et sic loquitur phus primo ce. et mū. et octauo physicoꝝ di. q celū vel suprema spera est locꝰ dei: et licet multis aliis modis potest accipi locus tñ phus nõ loquitur hic nisi de loco qui est superficies corporis ꝯtinentis locatum cū inuestigat genus loci di. locus est terminus ꝯsequētis: oīs enim locus sic sumptus est terminus ꝯtinentis: et non ecõtra: nam vltima superficies conuexa celi est terminus ꝯtinētis et tñ nõ est locus.

Secundo notandum fm Burleū q sic loquendo de loco vt accipit phus hic locus dupliciter accipitur vno modo pro eo q hoc nomen locus significat: alio mõ pro eo q hoc nomen locus denominat: primo modo locus est aggregatum per accidens ex superficie ambiente locatum et ipsa ꝯtinentia que est respectus locantis ad locatum. Scḋo mõ ē tñ superficies ambiēs locatū: qm̄ nihil denominat locus nisi talis superficies: põt igit fm eū locꝰ dupliciter supponere: vꝫ simplr et ꝑsonalr: suppõe simplici supponit p illo aggregato. sꝫ suppositiõe ꝑsonali nõ supponit nisi p superficie ambiēte: et qñ dicit q accipiēdo locū p tali aggregato ipm nõ ē p se in aliquo ꝑdicamēto sicut nec ipm aggregatū cum sit ens p accidēs accipiēdo aūt p superficie sic ē de ꝑdicamēto q̄titatis et c. Sꝫ istud ē difficile qm̄ tūc pꝫ equale et simile nõ esse de ꝑdicamēto relatõis p se fm doctrinā Arist. i ꝑdicamētis: et ꝓbat ꝯña qm̄ pꝫ si accipit p eo q significat [illegible] ē aggregatū ex sbā et ꝯtinuatẽ cū tale aggregatū nõ sit in predicamēto p se sequit parte in nullo eē predicamēto p se: si aūt accipit p eo q denominat [illegible] q denominat sit in predicamēto substantie p se sequit [illegible] esse in ꝑdicamēto substantie p se: ꝯñs [illegible] arguit de equali q si accipit p eo q hoc nomē equale significat [illegible] nõ est i

aliquo predicamento sicut nec aggregatum ex quātitate: ꝛ qualitate: si aūt accipiť ꝑ eo ꝙ hoc nomē denominat sic est in predicamēto quātitatis: idē videť de simili ꝙ accipiendo ꝑ toto aggregato ipsum nō est ī aliquo predicamēto: sed accipiēdo ꝑ eo ꝙ hoc nomē simile d̄nominat sic est in predicamēto qualitatis: quia sicut eq̄litas est propria passio quātitatis: ita similitudo q̄litatis ſm phꝫ ī predicamētis. ¶ Dicendū igiť ꝙ sicut nihil est pater nisi substantia: ꝛ nihil est simile vel equale nisi quantū vel quale: ꝛ tñ pater equale ꝛ simile sunt ꝑ se predicamēti relationis: ꝛ nullius alterius: ita licet nihil sit locus nisi sup̄ficies tñ locus nō est per se alicuiꝰ ꝑdicamēti nisi relationis. Sicut. n. pater importat duo videlicet substātiā ꝛ p̄nitatē: subam quidē per modū s̄biecti ꝛ materie: p̄nitatem vero per modū actus ꝛ forme: sic etiam equale importat q̄titatem per modū subiecti ꝛ equalitatē ꝑ modū forme. Simile etiā īportat q̄litatem per modū materie ꝛ similitudinē ꝑ modū forme ita locus duo importat vnū. s. in recto ꝑ modū subiecti ꝛ materie vꝫ superficiē: aliud vero in obliquo per modū actus ꝛ forme. s. ꝯtinētiam: ꝛ q2 a forma fit d̄nominatio cū ipsa ꝯtrahat mām ad determinatā speciem vt colligitur a pħo scđo phycoꝝ: ꝛ scđo d̄ anima: iō locus est per se d̄ ꝑdicamēto relationis sicut ꝛ ipsa ꝯtinētia: ꝛ hoc innuit pħus cū dicit locum esse terminū ꝯtinentis: vbi patet tam terminū q̄ ꝯtinens esse per se ꝛ essentialiter de predicamento relationis.

Contra predicta arguitur ꝑbando locum nō esse superficiē quadrupliciter ꝛ primo sic: illud ꝙ diffinitur ꝑ sup̄ficiē nō est superficies: sꝫ locus diffinitur ꝑ superficiē: igiť nō est sup̄ficies: ptꝫ cōsequentia cum maiori: q2 idem nō diffinit seipsū: minor vero patet ex diffinitiōe loci data a pħo quo ad suū genus ꝛ differentiam [illegible] locus est terminus cōtinētis. s. corporis: constat aūt tr̄m corporis eē superficiē. Scđo vbi causať effectiue ex circūscriptiōe [illegible] sꝫ vbi nō causať effectiue ex circūscriptiōe superficiei: igiť locꝰ nō est superficies: pꝫ ꝯña cū maiori per auctoritatē auctoris sex principiorum ꝛ minor colligitur a cōmentatore in hoc quarto di. ꝙ quātitas nō est de potētijs actiuis. Tertio locus est terminus motus localis: sed sup̄ficies ꝯtinētis nō est terminus motus localis: igiť ista superficies nō est locus: prima pars antecedētis arguiť naꝫ terminus motus alterationis est qualitas ꝛ terminus motus augmētatiōis est quātitas: igiť per idē terminꝰ motus localis est locus. Scđa pars antecedētis etiaꝫ declarať nā terminus motꝰ oꝫ eē aliqđ intrinsecū mobili vt patet inductiue in motu alteratiōis augmētationis ꝛ diminutionis: sed sup̄ficies ꝯtinētis nō est intrinseca mobili localiter: sed magis extrinseca vt patuit: igitur ꝛc̄. Quarto corpora nālia mouentur nāliter ad sua loca [illegible] quā hn̄t cū suis locis: sed corpora naturalia nō hn̄t ꝯuenientiā magis cū vna sup̄ficie q̄ cū alia: igiť ꝛc̄. maior est Arist. supra in hoc quarto: ꝛ minor est euidens ex quo oēs sup̄ficies sunt eiusdem rōnis. Et ꝯfirmať: loca naturalia corpoꝝ simplicium distinguunt spēm ſm pħm tractatu de infinito: ꝛ cōmētator idē asserit primo celi: sꝫ nulla superficies ab alia [illegible] predicamētis: igiť ꝛc̄. Ad primū dicit ꝙ eo mō arguēdi possit ꝑbari hoīem nō eē aīal: q2 illud ꝙ diffinit ꝑ aīal nō est aīal: sed hō diffinit ꝑ aīal igiť hō nō est aīal [illegible] ꝙ diffinit [illegible] ꝑ hoc habet ꝙ [illegible]niat seipm q2 semꝑ est alius ꝯceptus diffiniti ꝛ aliꝰ diffinientis: tñ nō est verū ꝙ locus diffiniať ꝑ sup̄ficiē: licet enim diffiniať ꝑ illud ꝙ est sup̄ficies nō tñ diffinit per sup̄ficiē cū in diffinitiōe loci nō ꝯponať ꝯceptus superficiei: sed ꝯceptus termini ꝯtinentis: sicut hō licꝫ diffiniať per illud ꝙ est homo nō tñ diffiniť ꝑ hoīem quia diffinitionē hoīs nō ingrediť ꝯceptus hoīs: sed ꝯceptꝰ animal rōnal. Ad scđꝫ negeť ꝙ vbi nō causeť ex circūscriptione superficiei: ꝛ q̄n dicit ꝙ quātitas nō est de virtutibus actiuis: dico ꝙ cōmentator nō intelligit q̄titatē nō esse de virtutibus actiuis ꝑ abiectionē ꝯtrarij ꝛ per modū alteratiōis: tñ per motū localē ꝛ spūalem potest esse de virtutibus actiuis. Ad tertiū dicitur ꝙ motus alterationis ꝛ augmētatiōis hꝫ terminū vnū ꝛ ille est intrinsecus mobili: motus aūt localis hꝫ duplicem terminum vnū intrinsecū sibi qui dicitur vbi ꝛ aliū extrinsecū qui dicitur locus: ꝛ q2 vbi etiā vocať locus ideo mobile q̄n localiter mouetur [illegible] duplicē locū. vnū [illegible] secum ꝛ aliū extrinsecū qui est sup̄ficies corporis locātis. Ad quartū negeť minor ꝙ corpa nālia nō hn̄t maiorem ꝯuenientiā cū vna sup̄ficie q̄ cū alia: lꝫ. n. essentialiter nō magis ꝯueniāt cū vna sup̄ficie quā cū alia tñ accidētaliter magis ꝯueniūt inquantū vna sup̄ficies hꝫ virtutē ꝑseruatiuā vnius corpis nālis: ꝛ nō alterius: ꝑꝑ quaꝫ cām ignis habet ꝯuenientiā cū superficie celi: ꝛ nō cum superficie aque: terra aūt hꝫ ꝯuenientiā cū sup̄ficie aque ꝛ nō cū superficie celi cū in sup̄ficie cōcaua celi inueniať virtus preseruatiua ignis: ꝛ nō terre: ecōtra aūt in sup̄ficie aque inueniť virtus preseruatiua terre ꝛ non ignis. Et ad ꝯfirmationē dicit ꝙ licet nulle due superficies distinguātur specie: tñ aliqua loca distinguunť specie: licet omnis locus sit sup̄ficies: q̄uis. n. nihil esset album: vel nigrū nisi homo adhuc albū ꝛ nigrū essent diuersaruꝫ specierū: lꝫ nulli hoīes essent diuersaꝝ spēꝝ: ita locꝰ sursum: ꝛ locus deorsum sunt diuersaꝝ spēꝝ: lꝫ oēs sup̄ficies sint eiusdē speciei: dicit. n. pħus. 7. physico. ꝙ linea recta: ꝛ linea curua sūt diuersarum spēꝝ: non obstante ꝙ oēs linee sint eiusdē speciei: ꝛ hoc iō: q2 rectitudo ꝛ curuitas sunt diuersaꝝ spēꝝ: ita in ꝑposito cū locꝰ vltra superficiem dicat respectū: ꝛ locus naturalis vltra superficiem ꝛ respectū dicat virtutē preseruatiuā locati: ꝛ aliqui respectus sunt diuersarū rōnum ac etiam virtutes preseruatiue differant specie: ideo loca sunt diuersarum specierum.



Videtur aūt. Ista est tertia pars huius capituli in qua pħus inuestigat [illegible] ponendi in diffinitiōe loci ꝛ ꝯñr totā diffinitionē illius postq̄ inuestigauit genus loci cū [illegible] ꝛ ꝓprietatibꝰ ponēs tres cōclusiōes quaꝝ prīa est [illegible] graue atq3 difficile ē cognoscē locū. Scđa ꝯ locꝰ sꝫ ꝙ [illegible] ē imobil [illegible]. Tertia ꝯclusio locꝰ est terminꝰ ꝯtinētis imobil: primū ibi (q̄re terminꝰ). Prīa ꝯclusio tripl̄r arguiť ꝛ prio sic locꝰ vr̄ eē mā vel forma [illegible] cognoscē [illegible] forma [illegible] cognoscē locū [illegible] cū mio [illegible] nō cognoscať mā vel forma. nisi ꝑ discursuꝫ maior āt ē declarata supꝰ ex eo. n. ꝙ locꝰ ꝯtinet: ꝛ forma ꝯtinet: locꝰ vr̄ eē forꝰ: ꝛ q2 locꝰ recipit successiue diuersa corpa sicut mā [illegible] formas [illegible] locꝰ eē mā [illegible] magnū aliqđ ꝛ difficile [illegible] lo

cus ⁊ ꝓpter hoc nō apparet materia ⁊ forma. (Et ꝓpter hoc). Scḋo arguitur sic: locus videtur esse spaciū separatū inter latera corporis continentis [illegible] est cognoscere tale spaciū: igitur difficile est cognoscere locum: pꝫ ꝯsequentia cū minori: q2 difficile est cognoscere aliqḋ esse spaciū mediū inter latera corporis cōtinentis preter ipsum locatū cum suis ptibus dimensionibus: ⁊ alijs suis accidētibus: maior aūt est declarata superius qm̄ in quiescente ⁊ cōtinente vt puta in vase videnẗ corpa transferri videlicet aer ⁊ aqua: ⁊ q2 vas quiescit corporibus transmutatis estimamus medium quiescere qḋ est inter latera vasis ⁊ ipsum esse qḋdam spacium inter latera vasis recipiens successiue huiusmodi corpora transmutata. Le. li. (Et ꝓpter hoc quidem qḋ in quiescēte ⁊ ꝯtinēte trāsmutatio eius qḋ fertur ꝯtingere enim videẗ spaciū mediū aliquid aliud a motis magnitudinibus [illegible] preter magnitudines motas. (Proficit aūt). Tertio arguiẗ sic: locus videẗ eē vacuum: sed difficile est cognoscere vacuū: igiẗ difficile est cognoscere locū: pꝫ ꝯsequentia cū minori: q2 inpossibile est vacuū esse vt videbiẗ: maior aūt declaraẗ nā ꝓpter hoc qḋ aer est inuisibiĺ estimat vulgus aerē existentem in cypho esse vacuū: dicimus .n. cyphum eē vacuum si nō sit in eo aqua: nec vinū: nec aliqḋ corpus sensibile a nobis. Le. li. (Proficit aūt aliquid) .i. iuuat ad credēdum locū eē vacuū: ⁊ aer incorporeus eē videẗ: vt .n.
Tex. 44 nō solū terminus vasis eē locus sed qḋdā mediū tāq̄ vacuū. (Est autem sicut). Scḋa cōclusio locus sꝫ qḋ huius est imobilis: pbaẗ imobilitas est differentia loci [illegible] locus est per se imobilis: pꝫ ꝯña q2 sicut genus pdicaẗ per se de sua specie: ita differētia de eadē sm̄ phꝫ primo posterio. ⁊ antecedēs arguiẗ illud est differētia loci per qḋ locus differt ab alijs cū quibus maxie conuenire videẗ: sed per imobilitatē locus differt ab hijs cū quibus maxie cōuenire videẗ: igiẗ imobilitas ē differētia loci: patet ꝯña cū maiori quia illud p qḋ species differt ab alia specie eiusdē generis [illegible] cū qua maxime ꝯuenit est differentia eius: vt inductiue manifestū est: minor aūt declaraẗ nā locus maxime cōuenit cum vase vt pꝫ: cum tā locus q̄ vas recipiat successiue diuersa corpora in actu: ⁊ vtrūq; sit separatū ⁊ imediatū suo ꝯtēto: ⁊ qḋ p imobilitatē differat a vase est manifestum: quia nō apparet aliud per qḋ possint differre nisi quia vas vt sic est locus mobilis: ⁊ locus vt sic est vas immobile qḋ quidem exemplariter manifestatur nam cum mouetur aliquid in continente moto vt puta nauis in flumine: magis vtitur ꝯtinuitate moto tāq̄ vase quā tanq̄ loco qḋ non contingit propter aliā causam nisi quia mobilitas est de rōe vasis ⁊ imobilitas dicitur de ratione loci. Le. li. (Est aūt sicut vas locus transmutabilis sicut locus vas imobile vnde cū quidem in eo qḋ moueaẗ ⁊ muteẗ qḋ intus vt in flumine nauis tanq̄ vase vtitur magis q̄ loco continenti vult aūt imobilis locus eē). Ex ista conclusione phus infert correlarie qḋ totus fluuius magis habet rationem loci quam pars eius: cum toti fluuio magis competat ratio imobilitatis quam parti: dicimus enim eundeꝫ fluuium continue manere partem autem recedere: ⁊ non manere: manet enim totus fluuius continue in eodem [illegible] pars semper variatur [illegible]. Le. li. (Unde ois) [illegible] totus fluuius magis locus est q̄ pars eius qua [illegible] totus.

Notandum sm̄ cōmentatorem commento. 44. qḋ vas est mobile ⁊ continens essentialiter: locus vero est continens ⁊ immobilis per accidens: ⁊ significat qḋ locus est immobilis essentialiẗ hoc ē qḋ locus est illud ad qḋ mouetur res ⁊ quiescit in eo: ⁊ si aliquid moueret ad motum rem tunc motus eius esset ociosus ⁊c̄. Prima propositio commēti est ista vas est mobile per se: probatur finis vasis est vt porteneẗ res in eo de loco ad locum: sed nō possunt res portari de loco ad locum sine motu: igitur mobilitas est de ratione vasis. Scḋa propositio commenti est ista: locus est mobilis per accidens patet quia locus est superficies corporis locantis: sed moto aliquo corpore mouetur per accidens quelibet superficies eius: igitur ⁊c̄. Unde concauū ignis moueẗ qḋ est locus aeris: ⁊ concauū lune mouetur qḋ est locus ignis: sed hoc est per accidens ratione alterius. Tertia ꝓpositio locus est imobilis per se: patet quia nihil est mobile per se nisi corpus vt habetur sexto physicorum: sed locus non est corpus: igitur non est mobiĺ per se ⁊ hoc est signum qḋ corpora naturalia moueneẗ ad sua loca ⁊ quiescunt in illis qḋ non esset verum si locus eēt mobilis per se. Quarta propositio si locus esset mobilis motus corporis ad ipsum eēt ociosus ad hunc intellectum: si aliquid moueretur ad rem motam eadem specie motus ⁊ eadem velocitate motus eius eēt ociosus: quia nunquā posset attingere rem motam. Et notanter dico eadem specie motus: quia ignis mouetur ad concauum lune motum: ⁊ tamen motus eius non ē ociosus cum attingat illud concauū: ⁊ hoc ideo quia illi motus sunt diuersarum rōnum cum vnus sit rectꝰ alius circularis: dixi etiam eadem velocitate quia stat qḋ a. ⁊ b. moueāntur motu recto ⁊ qḋ a. moueatur ad b. ⁊ tamen motus eius non sit ociosus: quia a. contigit b. dato qḋ a. moueatur sursum velocitate vt .8. ⁊ b. moueatur sursum velocitate vt .to.

Contra predicta arguitur ⁊ primo contra litterā probando qḋ totus fluuius minus habet rationem loci quā pars eius: quoniam Arist. dixit supra qḋ tu es in aere quia tu es in ista parte aeris: igitur ista pars aeris magis habet rationē loci quā totus aer: ⁊ per consequens ista pars fluuij in qua est nauis magis habet rōnem loci: qḋ totus fluuiꝰ quoniam nauis locatur in toto fluuio ratione partis. Scḋo arguiẗ ꝯtra cōmentū: probando qḋ locus nō est mobilis p accidens quia dato illo sequiẗ qḋ ad vbi nō est per se motus ꝯtra phm̄. 5. huius ⁊ ꝓbatur ꝯsequētia ideo .n. ad relationē nō est p se motus sm̄ Arist. ibidem q2 pōt noviter aduenire alicui absq; mutatiōe [illegible] in eo: sed vbi pōt nouiter aduenire alicui absq; mutatiōne facta in eo si locus est p accidēs mobilis: igiẗ ⁊c̄. ꝓbaẗ minor si .n. locus moueẗ ad motū corporis igitur possibile est te quiescēte qḋ tu sis ꝯtinue in alio ⁊ i alio loco: sicut in alia ⁊ in alia superficie: sed vbi causatur i locato ex descriptiōe loci per auctorem. 6. principiorum igitur variato loco semper variatur vbi absq; mutatione facta in re. Ad primū diciẗ qḋ fluuius vt locat nauim potest dupliciter ꝯsiderari vno mō vt hꝫ rōnem ꝯtinētis alio mō vt hꝫ rōnem differētie loci. Sed si ꝯsideraẗ vt hꝫ rōnem ꝯtinētis sic pars fluuij magis est locꝰ nauis quā totus fluuius. Si vero ꝯsideraẗ vt hꝫ rōnem differētie: que est imobilitas sic totus fluuius magis habet rationem loci q̄ pars: quia magis competit sibi immobilitas quā parti [illegible] philosophi. Ad secundum [illegible] qḋ in loco [illegible] considerare [illegible]

loco est superficies continentis: formale autē est ordo ad totum vniuersum seu distantia a pol. ⁊ a centro mūdi: locus igitur est mobilis quo ad suū materiale p accidens: quo aūt ad formale nō est mobilis per se nec p accidens: dicit .n. nauis ligata ad stipitem in fluuio continue esse in eodem loco: licet ꝯtinue sit in alia ⁊ in alia aqua fluuij ex eo quia continue eūdē ordinē habet ad totum fluuiū: ciuitas etiam cōtinue est in eodē loco: licet cōtinue variet aerem ⁊ supficiem: ⁊ hoc ideo qz habet semp eandē distantiā a centro: ⁊ a polis mundi: ita sursum ⁊ deorsum que dicūtur loca mūdi licet possint moueri ſm suū materiale ꝙ est superficies: nō tn̄ scdm suū formale ꝙ est ordo ad totū vniuersum seu distantia a polis: ⁊ a centro: sicut igitur totū vniuersum scdm suā substantiā non mutat locum neqꝫ situm per se vel per accidens: non etiam poli neqꝫ centrum mundi possunt aliquo modo moueri: ideo talis ordo vel distantia nō pōt moueri per se vel per accidēs: ⁊ p cōsequēs locus ſm suū formale nō pōt aliquo modo moueri.

Contra Egidiū arguit Burleus sicut nō stat per potentiā dei neqꝫ p intellectū aliquid esse absqꝫ suo formali: sed p potētiam dei aut per intellectū stat aliquid esse in eodem loco in quo prius: variato ordine vniuersi: ⁊ distantia a centro ⁊ a polis mundi: igitur distantia ⁊ ordo nō sunt formalia in loco: patet ꝯn̄a cum maiori quia nō stat p dei potentiam neqꝫ per intellectū ꝯsiderantē hoīem esse absqꝫ anima neqꝫ album esse absqꝫ albedine: minor vero declarat: quia si p potentiā dei: aut per intellectū ꝯsiderantē stat totum mūdū moueri motu recto .s. a corpore quiescēte in aere quo posito a continue est in eodē loco ex quo quiescit quiete apposita motui locali: ⁊ tn̄ habet continue aliū ordinē ad totū mundū ⁊ aliā distantiā a centro: ⁊ a polis: item talis ordo vel distantia vel est in locante vel in locato: si in locāte: igit mouet ad motū locantis: celū enim locans ignem: vel cōcauū eius mouetur circulariter ⁊ ꝯtinue hꝫ eundem ordinē ad totū vniuersum ⁊ eandē distantiā a centro mūdi: igit huiusmōi ordo ⁊ distantia videt moueri simul cū celo. Si autē illud formale est in locato: quero igit si illud formale remanet in locato aut nō: si remanet igit mouet per accidens: si nō remanet aut igit incipit esse in alio subiecto: aut corrūpitur: si incipit esse in alio subiecto: igitur accidens migrat de subiecto in subiectū: ꝙ est possibile si aūt corrūpitur tō nō semp manet idē ordo numero ad totū vniuersum: neqꝫ eadem distantia numero a cētro ⁊ polis ꝙ est cōtra Egidiū. Ideo rn̄dit Burleus ꝙ locus nō est mobilis per se cū nō sit corpus: sed est mobilis per accidens ad modū locātis: neqꝫ est ponēdū tale formale in loco cū ipsa superficies sit locus formalis. Ad rōnem dicit ꝙ nunqꝫ acquiritur vbi absqꝫ mutatione illius cui aduenit: ⁊ licet vbi causet a loco non tamen oportet ꝙ variato loco varietur vbi: qz nouum vbi nō causatur a nouo loco nisi locus nouus habeat alium ordinem aut sitū ad totū celum spericū: ⁊ ad polos immobiles: causat .n. vbi a loco nō absolute: sꝫ ſm ꝙ locus est in tanta distātia vel tanta ad orbem ⁊ ad polos: ita ꝙ vbi primo causatū in aliquo corpore cōseruatur postea in eodē corpore quiescēte ab illo loco successiue: ⁊ sic habetur ꝙ nō sequit est nouus loc⁹ igit est nouū vbi: sed bene sequit est alius locus in alio ordine vel distantia maiori aut minori ad orbē terrarū ⁊ ad polos igitur est nouum vbi. ¶ Contra Burleū arguitur ex fundamento suo ꝯ rōnum contra Egidium ⁊ primo sic si deus moueret totū mundū motu recto preter a corpus quiescens in aere ipsum a continue est in eodem loco in quo primo erat ſm eū: ⁊ tamē variaretur cōtinue supficies locans ⁊ distātia ad orbē ⁊ ad polos: ⁊ ad centrū: igitur vbi nō variatur ad variationem oīum istoꝝ vt ipse asserit. Scdo si deus annichilaret totū mundū preter vnū vas plenum aqua quiescēs: huiusmodi aqua haberet idē vbi ꝙ primo hēbat ⁊ tn̄ nulla esset distantia a centro: nec a polis: posset ēt totū annichilare preter vnum pedale aeris: ⁊ vnā muscam motā in illo aere: que indubie ꝯtinue haberet nouum vbi absqꝫ distantia nominata. Tertio qn̄ variat superficies locans corpus quiescens vtrū ordo seu distantia existens in supficie corrūpat aut maneat ī alia superficie: si corrūpitur ⁊ cōtinue nou⁹ ordo generatur ⁊ noua distātia igit ꝯtinue generat nouū vbi p eum: et tamen corpus locatū nō mouet igitur alicui pōt aduenire nouū vbi absqꝫ facta mutatione in eo. Si vero ille ordo aut distantia incipit esse in alia superficie: igitur accidens migrat de subiecto in subiectū ꝙ est ꝯtra eum. Quarto sicut qn̄ se hꝫ ad tēpus: ita vbi ad locū: sꝫ sp ad variationem tpis variatur quādo: igit semp ad variationem loci variatur vbi: generaliter .n. si variat vestimentū aut vestitum variatur habitus: ⁊ si variatur agens aut patiens variatur motus: ⁊ si variat tēpus aut tēporale variatur qn̄: igitur per idem si variatur locus aut locatum variat vbi: ⁊ ita est intētio auctoris sex principioꝝ. ¶ Dicendū igitur ꝙ licet sursum ⁊ deorsum includant ordinē ad totū vniuersum: aut distātiā a centro vel a polis: nō tamē locus in cōmuni aliqd illorum includit vt dicit Egidius: qz vt dictū est: de⁹ posset annichilare totū mundū preter vnā amphorā plenam vino in cuius superficie tanqꝫ in loco esset illud vinum nullo existente ordine ad vniuersū: neqꝫ distantia a centro vel a polis: nihil est igit de rōne formali loci nisi superficies ⁊ ꝯtinētia vna cum immobilitate ⁊ immediatione vt exprimit Arist. in diffinitiōe loci. Et ad rōnem dicit ꝙ sicut duplex est locus ſm auctorem sex principioꝝ .s. simplex qui est centrū mundi: ⁊ cōposit⁹ qui est superficies locans: ita est duplex vbi vnū fluēs a loco simplici ⁊ iste est situs totius mundi coextēsus mundo ſm omnē dimēsionē: aliud est vbi fluens a loco composito: ⁊ istud est subiectiue in re locata: non habens extensionē in ea: sed est indiuisibiliter in re locata. Sicut igitur nō ad quālibet qualitatē est per se motus: sed ad aliquā sic: ⁊ ad aliqꝫ nō: ſm phūm .7. physicoꝝ ita nō ad quodlibet vbi est per se motus. sed tn̄ ad vbi ꝙ est situs fluens a centro ⁊ a polis mundi: qz tale non potest nouiter aduenire alicui absqꝫ mutatione noua facta in eo ad vbi vero fluens a superficie ambiente locatū nō est per se motus cum possit aduenire alicui absqꝫ mutatione facta in eo sicut relatio. ¶ Contra predicta arguitur ⁊ primo ꝙ ad nullum vbi sit per se motus: quia si a corpore quiescente in aere deus moueret totum mundum motu recto vna cū elemēto aeris ꝯtinue .a. haberet aliud ⁊ aliud vbi tam simplex quā cōpositū absqꝫ mutatione sui: quia ꝯtinue .a. esset ꝓpinquius centro habens aliam ⁊ aliam supficiē ambientem. Scdo arguitur ꝙ nō sit talis situs coextensus mūdo quia tunc dimensiones eiusdem rōnis se inuicē penetrarent ⁊ haberet opinio antiquoꝝ de loco ꝙ est spacium separatū: que omnia sunt ꝯtra Arist. ī hoc quarto. Tertio arguit ꝙ talis situs non fluat a centro mundi: quia tunc talis situs maneret perpetuo sicut centrum

Contra Auicenam argait comentator quadrupliciter et primo sic. non reperitur motus nisi in tribus predicamentis. videlicet in qtitate qualitate et vbi fm Aristo. quinto phisicorum: igitur non reperitur motus in situ. ¶ Secundo. locus est prior situ et accipitur in diffinitione eius: igitur non est possibile quod sit motus fm situm et non secundu locum ¶ Tertio quia manifestum est quod motus sphere e motus localis quod apparet in partibus mutantibus locum. ¶ Quarto quia Aristo. sexto huius dicit quod celu mutat locum secundum forma et non fm subiectum: non quidem secundum subiectuz: quia manet semper equaliter distans a centro fm formam describendo diuersa conuexa formalia in elemento terre. videlicet conuexu terre: vt incipit ab. a. puncto: et conuexum terre vt incipit a. b. puncto: et sic vltra. constat autem quod conuexum terre vt incipit ab. a. puncto non est conuexum terre vt incipit a. b. puncto nec econtra. ¶ Repugnat igitur extremaliter commentator et Auicena cum dicat commentator celum moueri localiter et non situaliter: Auicena autem quod sit naturaliter et non localiter: mihi autem videtur quod mouetur vtroque modo: partes enim celi non tantum mutant locum: sed etiam situm: et dato per imaginationem quod totus mundus esset continuus motus: tamen circulariter non posset dici talem motum ee localem eo modo quo loquitur Commentator de motu locali: sed esset motus situalis tantum: quoniaz partes mundi et si non mutarent locum tame mutarent situm procedendo ab oriente in occidens: et a meridie in septentrionem. ¶ Ad primum argumentum commentatoris negatur consequentia: quia sicut reperitur duplex positio vna de predicamento quantitatis et alia faciens distinctum predicamentum ab aliis secundum philosophum in predicamentis: ita reperitur duplex situs vnus de predicamento vbi et alius de predicamento positionis: ad situm de predicameto positionis no est per se motus: sed bene ad situm de predicamento vbi. ¶ Ad secundum dicitur quod duplex est locus secundum auctorem sex principiorum. videlicet locus simplex qui est centrum mudi: et qui dicitur locus quo et locus compositus qui est superficies locans et dicitur locus qui: licet igitur locus simplex sit prior situ no tamen locus compositus: quia in casu priori de continuatione mundi necessario esset situs absque loco neque in diffinitione situs ponitur locus compositus sed locus simplex. ¶ Ad tertium concedo quod motus celi est localis et quod partes celi mutant locum: et ex hoc oportet concedere eundem locum esse etiam situalem: quia partes mutant situm. ¶ Ad quartum concedo quod totum celum mutat locum secundum formam et non secundum subiectum: et ex hoc habetur quod celum secundum totum non mutat situm: sed bene secundum partem: ideo secundum partem mouetur situaliter. ¶ Ex predictis patet quod due rationes Egidii quas facit contra Auicenam non concludunt: quarum prima est quia motus cum sit successiuus non reperitur in eo quod est indiuisibile secundum philosophum quinto et septimo phisicorum: sed situs consistit in indiuisibili cum non sit nisi ordo partiu in loco qui ordo ex qualibet mutatione tollitur: igitur motus non est in situ: ¶ Ista ratio soluta e: quia licet situs de quo loquitur Egidius consistat in indiuisibili cum sit de predicamento positionis: tamen situs de quo loquitur Auicena est forma respectiua diuisibilis secundum omnem dimesionez iuxta diuisionem mundi et cuiuslibet partis eius. ¶ Secunda ratio Egidii est ista: cum ratio situs sumatur a loco non potest alicui competere situs: nisi illi aliquo modo competat locus per se et per consequens cum mutatio facta secundum situm insequatur mutationem factam secundum locum non poterit aliquid moueri secundum situm quin moueatur secunduz locu. ¶ Hec ratio iterum soluta est: quia ratio situs no sumitur a loco composito: sed a loco simplici et secundum hoc conceditur quod omnis motus situalis est motus localis non quidem locatione accepta a loco composito: sed locatione accepta a loco simplici: sed quia iste modus loquendi non est in vsu: nullus motus dicitur localis: nisi qui est ad locum vel circa locuz superficialem. ¶ Et propter hoc) Secunda conclusio omnia que sunt in mundo sunt in celo: probatur omnia elementa et omnia mixta cum suis accidentibus et formis sunt in celo tanquam locata in loco: et omnes sphere celestes sunt in celo tanquam partes in toto et omnes substantie immateriales seu intelligentie separate sunt in celo vt forme in materia ipsum etiam celum est in seipso non quidem per se primo sed fm aliud. vz fm partes eo modo quo dicebatur supra quod amphora vini est in amphora vini: et no plura istis sunt in mundo igitur omnia q sunt in mudo sut in celo. Lege litteram (Et propter hoc quod nihil est extra celuz omnia in celo sunt: celuz enim quod omne fortassis est) costruc sic celum enim fortassis est illud in quo est omne supra contentum a mundo. Tex. co. 45.

Notandum ꝙ Aristoteles dicit for- tasse: q: nondum certum est esse aliquod corpus ꝙ sit alterius nature ab istis inferioribus: ideo illud relinquit sub dubio. ¶ Sed dubitatur: quia ista conclusio videtur repugnare prioribus dictis: nam dictum est ꝙ vltima sphera est in loco per accidens: igitur vltima sphera est in vltimo continentis per accidens: patet cõsequẽtia a diffinito ad partem diffinitionis: tunc sic: vltima sphera est in vltimo continentis per accidens: igitur extra vltimã spheram est aliquod vltimum in quo ipsa est p accidẽs: sed illud vltimum est in mũdo ⁊ nõ in celo: igitur nõ omnia que sunt in mũdo sunt in celo. ¶ Item dictũ est ꝙ vltima sphera mouetur localiter: igitur hz aliquod vbi: sed vbi causatur ex circũscriptione loci sm auctorẽ sex principiorum: igitur vltima sphera circũscribitur loco: sed ille loc⁹ est in mũdo ⁊ nõ in celo: igitur ⁊c. ¶ Ad primum dicitur ꝙ sicut illa consequẽtia nõ valet: celum est in loco per partes: igitur est in vltimo continentis per partes: ita nõ sequitur: vltima sphera est in loco per accidẽs: igit est in vltimo cõtinentis per accidens: hec enim propositio: celum est in loco p partes: signat sm cõmunem modum loquẽdi ꝙ celũ hz partes que sunt in loco per se: ⁊ hec: celum est in vltimo continẽtis per partes: signat ꝙ celum continetur ab aliquo vltimo in quo sunt partes p se: ita i proposito h propõ: vltia sphera ẽ i loco p accñs: signat sm cõez modũ loquẽdi ꝙ vltia sphera hz centrũ ꝙ est in loco p se: vz elemẽtũ terre: hec autẽ: vltima sphera est in vltimo continentis per accidẽs: signat ꝙ vltima sphera cõtinetur ab aliquo vltimo in quo ipsa est ratione alterius. ¶ Et ad argumentũ dicitur ꝙ nõ bene arguitur a diffinito ad partem diffinitionis cum talibus determinatõibus: vnde nõ sequitur: tu habes faciem albam sm dentes: igitur tu habes faciem albam sed bene sequitur ꝙ dẽtes sũt albi: ita bene sequitur: vltima sphera est in loco per accidens: igitur centrum mũdi est in vltimo continentis: sicut etiã sequitur celum est in loco per partes: igitur partes celi sunt in vltimo cõtinentis. Semper tamẽ habeatur distinctio cõmentatoris de eẽ in loco p accñs: quoniam ly per accidens potest dicere rõnẽ ꝯtinẽtis eo mõ quo dicim⁹ ptẽ vel passionem esse in loco per accidẽs ratiõe totius aut ratione contenti: eo modo quo dicimus hominem esse in aqua per accidens si habet pedes in aq̃: ita in ꝓposito non concedatur ꝙ vltima sphera sit in loco per accidens si ly per accidens exprimit rationem continẽtis: sed concedatur illa si exprimit rationẽ contenti. ¶ Ad secundum cõceditur ꝙ vltima sphera est in aliquo vbi ⁊ ꝙ vbi causatur ex circũscriptione loci: ex quibus nõ sequitur vltimam spheram circũscribi loco: q: dictũ est duplex esse vbi vnum: videlicet proueniens a loco simplici: ⁊ aliud proueniens a loco cõposito: vltima sphera est in vbi proueniente a loco simplici: ⁊ non a loco composito: quare ⁊c. (*Est autem locus*). Tertia cõ-


Tex. cõ. 44. clusio: celum est locus elementorum sm vltimam superficiem concauam: probatur: celum est locus elementorum: ⁊ non sm se totum: neq3 sm aliquam eius partem: igitur sm vltimam superficiem concauam: scilicet que est superficies ꝯcaua orbis lune: maior patet: q: celum continet elementa: ⁊ nõ eo modo quo totum continet partem: igitur eo modo quo locus continet locatũ: minor declaratur: quoniam locus est equalis locato sm longitudinem ⁊ latitudinem: sed celum sm se totum ⁊ sm quãlibet eius partem est maius tota sphera elementorum tam sm longitudinem ꝙ sm latitudinem: igitur celum non est locus elementorum sm se totum neq3 sm partem. Lege litteram. (*Est autem locus*) elementorum (*non celum*) sm seipsum (*sed celi quoddam vltimum tangens mobilis corporis terminus quiescens est sm se locus elementorum.*)

Notandum ꝙ concauum orbis lune est terminus intrinsecus totius celi ⁊ sm hoc est terminus corporis mobilis nõ quiescens sed motus: quia concauum orbis lune necessario mouetur motu circulari quo mouetur celũ: est etiam terminus extrinsecus cuiuslibet corporis mobilis moti ad ipsum infra spheram elementorum ⁊ sm hoc est terminus quiescens: quia non mouetur aliquo motu elementorum: sed necessario caret omni tali motu sicut ⁊ centrum mundi vt ipsa elementa ad hec loca possint moueri. (*Et propter hoc*). Quarta conclusio. mũdus non procedit in infinitum in locis ⁊ locatis: probatur terra est in aqua tanq̃ in loco: ⁊ aqua est in aere tanq̃ in loco: ⁊ aer est in igne tanq̃ in loco: ⁊ ignis est in celo tanq̃ i loco: celũ autem non amplius est in loco: ex quo extra celum nihil est: igitur ⁊c. Lege literam. (*Et propter hoc quidem terra in aqua: hec vero in aere: hic autem in ethere: ether in igne: hic vero in celo: celum autem nõ amplius in alio*)

Notandum ꝙ philosophus loquitur de loco per se: ⁊ nõ de loco per partes: neq3 de loco per accidens: quia totum celum est in loco per partes ⁊ vltima sphera est in loco per accidens ratione centri nullum tamen illorum est in loco per se. ¶ Sed arguitur cõtra illud ꝙ dictũ est: vz ꝙ vltima sphera est in loco p accñs rõe cẽtri: q: omne ꝙ ẽ i loco p alterũ ẽ in loco illi⁹: sz vltia sphera nõ est in loco cẽtri: igit non est in loco per centrũ: maior patet: nam quia anima est in loco per corpus: ideo est in loco corporis: sed minor declaratur: nam locus centri videlicet terre est superficies aque: constat autem supremam spheram non esse in superficie aque. ¶ Secũdo: si centrum moueretur circulariter cum celo non minus vltima sphera esset in loco sicut localiter moueretur: sed in casu illo vltima sphera non esset in loco per centrum: igitur iam non est in loco per centrum: patet consequentia cum maiori: ⁊ minor declaratur: q: vltima sphera non est in loco: nisi quia vltima sphera mouetur circa centrum quiescens per Commentatorem. ¶ Tertio: illud ꝙ est per accidẽs potest nõ esse: vt colligitur a philosopho primo posteriorum ⁊ octauo huius: sed vltima sphera non potest non esse in loco: sicut non potest non moueri localiter sm philosophũ octauo huius: igitur vltima sphera non est in loco per accidens. ¶ Quarto: primum in vnoquoq3 genere est maxime tale sm philosophum secundo metaphysice sed vltima sphera est primum locatum: igitur est maxime locatum: ⁊ per consequens non est in loco per accidens. ¶ Ad primum responsum est supra negando illam: omne ꝙ est in loco per alterum est in loco illius: quia ly p potest dicere habitudinem continentis: ⁊ sic illa propositio est vera: ad quem sensum conceditur quod anima est in loco per corpus: ⁊ potest dicere habitudinẽ cõtenti: ⁊ sic nõ est vera: quoniam homo habens pedes in aquam est in loco per alterum: videlicet in superficie aque: ⁊ tamen non dicitur esse in illa superficie. ¶ Ad secundum dicitur quod mundus habet duplex centrum: videlicet mathematicum: ⁊ hoc est simpliciter indiuisibile ⁊ naturale ꝙ est elementum terre: dato igitur ꝙ centrum naturale moue

retur circulariter:non ꝓpter hoc moueretur centrū ma
thematicum:ideo adhuc motus vltime ſphere eſſet mo
tus localis ⁊ ipſa vltima ſphera diceretur eſſe in loco
per centrum:non quidem naturale:ſed mathematicū.
Et ſi arguitur ſic. vltima ſphera tunc eſſet in loco p cen
trum:igitur tunc centruꝫ eſſet in loco:negatur conſequē
tia:quia in caſu illo vltima ſphera non eſſet in loco ſu
perficiali per centrum:ſed tantum in loco ſituali:philo
ſophus tamē diceret ꝙ centruꝫ naturale non poſſet ali
quo motu moueri:dicit enim ipſe in libro de motibus
animalium ꝙ omnes dij non poſſent mouere terram.
¶ Ad tertiuꝫ dicitur ꝙ duplex eſt per accidens: vꝫ vt
diſtinguitur contra neceſſariuꝫ:⁊ tale poteſt non eſſe:⁊
vt diſtinguitur contra per ſe aut primo:⁊ tale non po-
teſt non eſſe:animal enim per accidens eſt coloratum
⁊ tamen non poteſt non eſſe coloratū. ¶ Ad quartū
negatur vltima conſequentia:ſed ſolum ſequitur ꝙ vl
tima ſphera non per accidens eſt in loco:qđ eſt cōcedē
dum:ſicut enim per ſe mouetur localiter:ita per ſe eſt in
loco cum ſibi naturaliter determinet tam centrum ma-
thematicum ꝙ naturale:quorum quodlibet dicitur lo-
cus eius: vbi tamen totus mundus eſſet continuus aut
terra circulariter moueretur non eſſet terra locus celi
neqꝫ vltime ſphere:ſed ſolum centrum indiuiſibile ma
thematicum:ꝙ enim terra iam dicatur locus elemento
rum ⁊ corporum celeſtium hoc eſt propter ſuam imo
bilitatem ꝙ recipit a cētro indiuiſibili mūdi: quare ⁊c.

Tex. co. 47.



Anifeſtū autem). Iſta eſt ſecun-
da pars huius capitu-
li:in qua philoſophus
aſſignat cauſam ꝓpter
quam corpora natura-
lia mouentur ad loca
ſua ⁊ quieſcunt in illis:
poſtꝙ declarauit diuer
ſitateꝫ modorum ſēn-
dii in loco. Et facit duo:
nam primo ſoluit rationes antiquorum probantium
locum non eſſe. Secundo ſubiungit aliquas concluſio
nes aſſignantes cauſas motuum ⁊ quietum naturali-
um ibi. (Et fertur). Primo igitur philoſophus ſoluit
rationē vltimā que fuit iſta:ſi omne corpus eſt in loco
⁊ in omni loco eſt corpus:igitur locus augetur ad au-
mentum loci:ſed conſequens falſum:quia dato illo ſe
quuntur duo inconuenientia:primum ꝙ eſt poſſibilis
penetratio corporum:quoniam omne qđ augetur eſt
corpus:igitur locus eſt corpus ſi locus augetur:⁊ per
conſequens penetrat locatum cum locus ſit equalis
locato. Secundum inconueniens eſt ꝙ ad augmenta-
tionem alicuius locati ſequitur augmentatio totiꝰ vni
uerſi:quia tunc augetur locus:⁊ conſequenter illud qđ
continet locum etiam augetur: ⁊ ſic conſequenter vſqꝫ
ad vltimam ſpheram. ¶ Ad iſtam rationem reſpon-
det philoſophus negando conſequentiam:ſtat eniꝫ lo
catum augeri abſqꝫ augmento loci:vbi dicit Commē-
tator ꝙ corpus locans aliquando non poteſt condē-
ſari neqꝫ rarefieri:ſicut eſt celuꝫ ⁊ tunc non oportet lo-
cum augeri ſi augetur locatum:aliquando vero corpus
locans eſt rarefactibile ⁊ condenſibile vt aer vel aqua
⁊ tunc locus poteſt augeri:ideo accidit loco ꝙ augea-
tur per augmentum locati:cum aliquando augeatur ⁊
aliquando non:⁊ ſi augetur non hoc eſt in eo ꝙ cor-
pus:quia non augetur niſi per accidens ad augmētuꝫ
corporis locantis eo modo quo accidētia augētur ad
augmentationem ſuorum ſubiectorum. Et loquitur cō
mentator large de augmentatione vt ſe extēdit ad au-
gmentationeꝫ ꝓprie dictam que eſt per intus ſumptio-
nem alimenti conuerſi in naturam aliti:⁊ ad augmen-
tationem improprie dictam que eſt rarefactio per elon
gationem partium abſqꝫ acquiſitione partis de nouo.
Lege litteram. (Manifeſtuꝫ auteꝫ ex hijs) eſt que dcā
ſunt:quoniaꝫ ⁊ dubitanōes omnes ſoluūtur antiquo
rum ſic vtiqꝫ dicto loco ꝙ eſt terminus continuitatis:
neqꝫ eniꝫ ſimul augmentari neceſſe eſt locuꝫ ad augmē
tū locati. (Neqꝫ puncti). Scđo ſoluit philoſophus ſe
cundam rationem que fuit iſta:ſi locus eſt receptaculū
alicuius corporis per ideꝫ locus eſt receptaculū ſuper
ficiei linee ⁊ puncti:quia ſicut diuerſa corpora ſuccedūt
in eodeꝫ loco:ita diuerſe ſuperficies linee ⁊ puncta: ⁊ p
conſequens puncti eſt locus ſi alicuius corporis ē lo
cus. ¶ Reſpondet philoſophus negando conſequē-
tiam loquendo de loco per ſe:puncta enim ſunt in lo-
co per accidens:ſed nō ſunt in loco per ſe:hꝫ tamen ra-
tio inquit Cōmentator procedit contra ponentes lo-
cum eſſe ſpatium ſeparatuꝫ:quia ſicut ponunt totū ſpa
tium penetrare totum locatuꝫ:ita habent ponere ſuper
ficies loci penetrare ſupficies locati: ⁊ linee lociꝰ lineas
locati:⁊ puncta loci puncta locati:⁊ conſequenter ſicut
quelibet pars locati habet ſuū propriū locuꝫ: ita que-
libet ſuperficies ⁊ linea hꝫ ſuum propriū locū:⁊ conſe
quenter pūcta locati habent ſua ꝓpria loca: vꝫ puncta
loci:igiť pūcti neceſſe eſt locuꝫ eſſe. Lege litteraꝫ. (Neqꝫ
pūcti eſſe locum per ſe eſt neceſſariū. Neqꝫ ſcđo). Ter
tio ſoluit philoſophus primaꝫ rationē que fuit iſta: ſi
locus eſt opꝫ ꝙ ſit corpus ⁊ eſt equalis locato:igiť lo
cus ⁊ locatuꝫ ſeinuiceꝫ penetrant:⁊ per cōſequens duo
corpora ſeinuiceꝫ penetrant, ⁊ ſunt ſimul. Negat philo
ſophus illā conſequentiā:locus eſt:igiť locus eſt cor-
pus:qꝛ locus nō eſt ſpatiuꝫ ſepatuꝫ neqꝫ mediū aliqđ
inter latera corpis cōtinentis:ſed eſt ſuperficies cōtinē
tis intra quā nihil eſt niſi corpus locatū cū ſuis parti-
bus dimēſionibus ⁊ alijs accidentibus. Le. li. (Neqꝫ
duo corpora in eodeꝫ loco). i. ſunt ſimul (neqꝫ ſpatiuꝫ
aliqđ neceſſe eſt) eſſe corporeuꝫ loci medium: corpus
autem quodcūqꝫ (locatum eſt illud mediuꝫ): ſed non
ſpatiuꝫ corpis aliud aſſignatur. (Et eſt locus). Quar
to ſoluit philoſophus quartaꝫ rationem que fuit Ze-
nonis. oē ens eſt in loco:ſi igitur locus eſt ens opꝫ qđ
ſit in loco ⁊ erit ꝓcedere in infinitū. ¶ Reſpondet phi-
loſophus negando antecedēs:licet eniꝫ oē ens ſit in
aliquo:nō tamen oē ens eſt in loco:ideo cōceditur qđ
locus eſt in aliquo non tanꝙ locatum in loco: ſed tā-
quam forma in ſubiecto ⁊ tanꝙ terminus alicuius fi-
niti in illo finito:non igitur omne ens eſt in loco: ſed
bene omne corpus eſt in loco: vt oſtenſum eſt. Lege
litteram. (Et ē locus alicubi). ideſt in aliquo (non ſi-
cut in loco autem:ſed ſicut terminus infinito: non eniꝫ
omne quod eſt in loco eſt):ſed mobile corpus.

Notandum quod duas ali
as ratio
nes fecit Ariſtoteles quas non ſoluit: videlicet omne
quod eſt ipſum eſt elementum vel ex elementis:ſed lo
cus non eſt elementum nec ex elementis: igitur locus
non eſt. ¶ Iſtam rationem non expreſſe ſoluit: quia
iam ſoluta eſt. Dictum eſt enim quod locus non eſt
corpus:ſed terminus corporis:ideo non eſt elemētuꝫ

nec ex elementis: alia ratio fuit: quia omne ꝙ est causa vel causatum: sed locus non est causa nec causatum: igitur locus non est: ista ratio partim soluta est: ⁊ magis soluetur in conclusionibus sequentibus vbi ostendetur locum habere rationem cause finalis. (Et fertur igi-
Tex. cō. 48. tur). His rationibus solutis philosophus assignans causas motuum ⁊ quietum naturalium: ponit quattuor conclusiones: quarum prima est ista: corpora grauia ⁊ leuia naturaliter feruntur ad loca sua. Secunda conclusio. corpora grauia ⁊ leuia naturaliter quiescunt in locis suis ibi. (Et manet igitur). Tertia conclusio. corpora grauia ⁊ leuia respectu suorum locorum habent habitudinem partis ad totum ibi. (Si igitur idem). Quarta conclusio. corpora grauia ⁊ leuia aliquando tangunt sua loca: ⁊ aliquando copulantur illis ibi. (Unde ⁊ hijs). Prima conclusio arguitur sic. corpora grauia ⁊ leuia naturaliter feruntur ad ea que illorum sunt saluatiua ⁊ non corruptiua: sed loca grauium ⁊ leuium sunt illorum saluatiua ⁊ non corruptiua igitur corpora grauia ⁊ leuia naturaliter feruntur ad loca sua: patet consequentia cum maiori: cum vnumquodque inclinetur ad salutem suam: propterea enim mouetur ferrum ad magnetem: quia reperit in eo virtutem preseruatiuam: minor vero arguitur sic. loca grauium ⁊ leuium sunt eiusdem nature cum illis: igitur sunt illorum saluatiua ⁊ non corruptiua: patet consequentia: ⁊ antecedens probatur: omne ꝙ sequitur aliud ⁊ tangit ipsum non per violentiam est eiusdem nature cum eo: sed corpora naturalia grauia ⁊ leuia secuntur sua loca ⁊ tangunt illa non per violentiam: igitur sunt eiusdem nature cum illis: propterea talia loca ⁊ loca sunt impassibilia inuicem: que autem seinuicem tangunt ⁊ non sunt eiusdem nature sunt actiua ⁊ passiua inuicem. Lege litteram (Et fertur igitur in suiipsius locum vnumquodque rationabiliter: cui enim consequenter inest per motum: ⁊ ꝙ tangitur ab illo non vi). idest per violentiam proximum est illi per conuenientiam ⁊ naturam (⁊ simul apta nata impassibilia sunt: que vero tanguntur) a seinuicem extra proximitatem conuenientie illa (⁊ actiua ⁊ passiua sunt ad inuicem).

Notandum primo sm Commentatorem commento. 47. ꝙ causa in hoc ꝙ corpus mouetur ad loca propria est ꝙ vltimum corporis continentis conuenit cum vltimo rei mote: ⁊ hoc non inuenitur in vacuo: in vacuo enim non est natura neque vnigena neque diuersa. ¶ Imaginatur Commentator ꝙ quemadmodum in ferro ⁊ in magnete reperitur virtus eiusdem rationis que est completa in magnete ⁊ incompleta in ferro: propter quam causam ferrum mouetur ad magnetem tanquam imperfectum ad suam perfectionem: ita in vltimo corporis continentis ⁊ in vltimo corporis contenti est virtus eiusdem rationis completa in vltimo continentis ⁊ incompleta in vltimo contenti: ⁊ quia imperfectum ⁊ incompletum naturaliter mouetur ad suum complementum ⁊ ad suam perfectionem: ideo corpora mouentur ad loca naturalia: ⁊ quia in vacuo non est virtus eiusdem neque diuerse rationis cum locato naturali: ideo ad vacuum non mouentur corpora naturalia nec ipsorum corporum naturalium vacuum potest esse locus. Et sicut virtus magnetis conueniens cum ferro non est aliqua qualitas sensibilis: sed qualitas occulta ⁊ immanifesta: ita virtus existens in loco conseruatiua locati non est aliqua qualitas prima: sed qualitas occulta influxa a celo: si enim in elementis non esset aliqua virtus preseruatiua locati ꝙ qualitas prima non esset ratio propter quam aer moueretur ad concauum ignis quin per idem recederet ab illo: quia sicut in concauo ignis est vna qualitas simbola conseruatiua aeris: videlicet caliditas: ita est vna disimbola corruptiua aeris: scilicet siccitas: deinde ignis preseruatur in concauo lune non per aliquam qualitatem sensibilem: sed insensibilem ⁊ spiritualem influxam a celo: igitur per idem quodlibet aliud elementum preseruatur in suo loco per virtutem occultam spiritualiter prouenientem a celo.

Secundo notandum sm Commentatorem eodem commento ꝙ cum res vnigene fuerint continue non agunt in seinuicem: ⁊ cum fuerint contingentes agunt adinuicem in se. ¶ Commentator respondet ad vnum dubium possibile fieri contra philosophum: dicit enim philosophus ꝙ locus naturalis ⁊ locatum naturale sunt apta nata impassibilia esse ꝙ non apparet verum cum elementa seinuicem naturaliter locent: ⁊ tamen quodlibet illorum ab alio pati potest: vt habetur secundo de gene. ¶ Respondet Commentator ꝙ cum res vnigene fuerint continue non agunt in seinuicem: ⁊ cum fuerint contingentes agunt ad seinuicem: ita ꝙ locus ⁊ locatum cum fuerint continua non agent neque patientur inuicem: cum autem erunt discontinua agent ⁊ patientur inuicem. ¶ Ubi aduertendum ꝙ est duplex continuatio: videlicet sm qualitatem ⁊ sm quantitatem: continuatio sm qualitatem est illa qua corpora immediata sunt consimilia in omnibus qualitatibus primis: continuatio sm quantitatem est illa qua vltima sunt vnum: ex quo sequitur ꝙ continua sm quantitatem possunt esse discontinua sm qualitatem vt si esset vna aqua cuius vna medietas sit calida ⁊ reliqua frigida: possunt etiam discontinua sm quantitatem esse continua sm qualitatem vt lapis ⁊ terra: vult ergo dicere Commentator ꝙ si locus ⁊ locatum fuerint continua sm qualitatem non inuicem agunt si autem fuerint discontinua sm qualitatem bene inuicem agunt: non quidem sm qualitatem manifestam vel occultam in qua conueniunt: sed sm qualitatem in qua non conueniunt.

Contra conclusionem arguitur. superficies aque est locus naturalis terre: ⁊ tamen terra non mouetur ad illam superficiem: igitur corpora grauia non mouentur naturaliter ad sua loca: patet consequentia cum maiori per philosophum in littera: ⁊ minor declaratur: quoniam si vna portio terre poneretur in centro mundi remoto omni impedimento ipsa non moueretur ad superficiem aque. Si etiam totum elementum aque poneretur in concauo lune: indubie terra non moueretur ad aquam: igitur ⁊c. ¶ Item si poneretur in centro mundi vna portio ignis ⁊ tolleretur totum elementum terre: illa non moueretur ad concauum lune: ⁊ tamen concauum lune est locus naturalis ignis: igitur ⁊c. patet consequentia cum minori: ⁊ maior arguitur: quia si illa portio ignis moueretur sursum: ⁊ non est ratio quare magis ad vnum punctum celi quam ad alium cum equaliter distat a celo vt supponitur: igitur talis portio divideretur in infinitum vt ad infinita puncta celi infinite partes mouerentur: quod est impossibile: quia tunc talis ignis esset diuisus in infinitum ⁊ non esset vltra diuisibilis contra doctrinam Aristotelis tertio huius. ¶ Pro solutione h[...] ponende sunt due [...] quarum prima accipitur ex parte locorum: ⁊ est ista ꝙ duplex est locus [...] per se ⁊ per accidens locus [...] per se est ille ad quem locatum moueretur vbicunque poneretur locus ille recte sicut ferrum ad magnetem: ⁊ huiusmodi est concauum celi respectu ignis ⁊ centrum mundi respectu terre: locus

naturalis per accidens est ille ad quē locatum mouetur solum in determinato situ mundi: ⁊ huius est superficies concaua aque respectu terre ⁊ superficies concaua aeris respectu aque: ⁊ superficies concaua ignis respectu aeris: non enim mouetur terra ad aquam vbicunqꝫ ponitur: sed tantum in determinato situ: non etiam moueretur aer ad concauum ignis: si poneretur ignis in situ aque: sed tantū ad determinatum situ͞ mūdi penes distātiā a cētro: ⁊ hoc determinauit cōmentator supra commento. 42. dicens q̄ graue querit hunc finem s͞m quod est medium totius non s͞m quod est finis aque: aliter terra moueretur ad aquam vbicunqꝫ fuerit sicut ferrum ad magnetem. ¶ Secunda distinctio est ex parte elementorum: videlicet q̄ elementorum quedaꝫ sunt in loco magis per centruꝫ q̄ per circunferentiaꝫ: ⁊ quedam econtra magis per circunferentiam q̄ per centrū: illa dicuntur esse in loco magis per centrum q̄ per circunferentiaꝫ que recedunt a circunferentia ⁊ mouentur ad centrum vt elementa grauia: illa autem sunt magis in loco per circunferentiam que recedunt a cētro ⁊ mouentur ad circunferentiā vt elementa leuia. ¶ Istis duabus distinctionibus premissis sit hec prima propositio. omnia elementa sunt in loco naturali per centrum: probatur: omnia elemēta naturaliter inclinātur vt medium eorum sit medium mundi ⁊ ipsorum naturalis locatio cognoscitur per respectum ad centruꝫ: igitur ⁊c. ¶ Secunda propositio. omnia elementa sunt in loco naturali per circunferentiam: patet: quia s͞m philosophum ⁊ Commentatorem superficies aque est locus naturalis terre: ⁊ superficies aeris est locus naturalis aque: ⁊ superficies ignis est locus naturalis aeris ⁊ superficies celi est locus naturalis ignis. ¶ Tertia propositio. terra ⁊ aqua sunt in loco magis per centruꝫ q̄ per circunferentiam: patet: quia mouentur a circunferētiis ad centrum: terra enim recedit ab omni circunferentia ad centrum mathematicum indiuisibile: aqua auteꝫ recedit a superficie aeris ⁊ a superficie ignis ad centruꝫ naturale quod est terra: ⁊ dato q̄ vna portio aque poneretur in centro ipsa moueretur sursum nec principaliter propter superficiem concauam aeris: sed principaliter propter superficiem conuexam terre in qua est magis virtus cōseruatiua aque. ¶ Quarta propositio. aer ⁊ ignis sunt magis in loco per circunferentiam q̄ per centrum: patet: quia ambo mouentur a centro ad circūferētiā ignis quidē ad superficiē cōcauā celi ⁊ aer ad supficiē cōcauā ignis: ⁊ dato q̄ ponerē aliq̄ portio aeris in cōcauo lune deducto īpedimēto ipsa mouerē deorsum recedendo a concauo lune: non tamē propter hoc moueretur ad centrum mundi mathematicū vel naturale: quia non moueretur nisi ad superficiem concauā ignis. ¶ Ad primum dicitur q̄ omne elementum habet duo loca naturalia vnū primariū: ⁊ vnū secūdariū: locus primarius elementorum grauium est centrū ⁊ secundarius est circunferentia: locus vero primarius elementorum leuium est circunferentia: ⁊ secundarius est centrum: propterea portio terre existens in centro mundi non mouetur ad superficiem aque: quoniam centrum mundi est locus primarius terre: ⁊ non superficies aque: ⁊ propter eandem causaꝫ non moueretur terra ad concauum aque si aqua poneretur in celo: ⁊ non tantum propter istam causam: sed etiam propter aliam dictam in prima distinctione: quoniam concauū aque non est locus per se naturalis elementi terre: sed tantum per accidens inquantum est in determinato situ vniuersi ⁊ habet virtutē conseruatiuaꝫ terre. ¶ Ad secundum dicitur q̄ concauum lune nō habet vniformiter ⁊ equaliter virtutem conseruatiuam ignis ī quolibet puncto illius cum magis preseruetur ignis sub equinoctiali q̄ sub polis: ideo in casu illo moueretur illa portio ignis tantum ad illam partem celi in qua magis esset virtus preseruatiua illius: ⁊ dato q̄ in quolibet puncto concaui celi esset equaliter virtus conseruatiua illius: quia opus nature est opus intelligentie s͞m Commentatorem duodecimo metaphysice: ideo ab intelligentia celi determinaretur motus eius ad vnam tantum partem celi: neqꝫ in casu isto ignis esset in loco suo naturali: licet centrum mundi sit locus omniuꝫ elementorum: quia non dicitur centrum mundi locus elementorum qualitercunqꝫ locatorum: sed tantum in determinato situ ⁊ ordine vniuersi. (Et manet igitur). Secunda conclusio. corpora grauia ⁊ leuia naturaliter quiescunt in locis suis: ista conclusio dupliciter arguitur: ⁊ primo sic: sicut se habet locatum ad locum suum: sicut pars ad totum: sed pars naturaliter quiescit in toto: igitur locatum quiescit in loco suo quodcunqꝫ fuerit illud graue aut leue: patet consequentia cum minori ad experientiam: videmus enim partem aque naturaliter quiescere in aqua ⁊ partem ignis naturaliter quiescere in igne: cum talis pars mouetur ad totum: ⁊ cum fuerit continua illi nō amplius mouetur: sed quiescit: maior autem declaratur eodem fundamento: sicut enim pars q̄ primo continuatur toti non amplius mouetur sed quiescit in illo: ita locatum q̄ primo vnitur vel continuatur suo loco: non amplius mouetur sed quiescit in illo vt patet inductiue de quolibꝫ mixto vel elemento moto ad locum suum. Lege litteraꝫ. (Et manet igitur natura), idest naturaliter. (In proprio loco vnūquodqꝫ rationabiliter: ⁊ namqꝫ hec pars vniuersi), scilicet elementum est (in toto loco sicut diuisibilis pars ad totum est vt cum aque aliquis moueat partem aut aeris), idest cum aliquis seperat partem aque ab aqua aut partem aeris ab aere: ⁊ demittat illaꝫ sue nature: patet illam moueri ad suuꝫ totuꝫ ⁊ in illo quiescere. (Sic autem). Secundo arguitur sic: sicut se habꝫ materia ad formam: ita locatum ad locum: sed materia naturaliter quiescit sub forma: igitur locatum naturaliter quiescit in loco: patet consequentia cum minori: quia vnūquodqꝫ naturaliter quiescit sub sua perfectione: forma autem est perfectio materie: maior autem declaratur: quoniam sicut materia continetur ⁊ forma continet: ita locatum continetur ⁊ locus continet: ⁊ sicut materia perficitur per formam: ita locatum per locum mediantibus qualitatibus consimilibus conseruantibus ipsam locatuꝫ: verbi gratia: aer est locus aq̄ perficiens illam in humiditate ⁊ in alia qualitate spirituali ⁊ continens eam: ideo aqua est sicut materia aeris: ⁊ aer est sicut forma aque. Lege litteram. (Sic autem ⁊ aer se habet ad aquam) sicut materia ad formā (vt materia enim) est aqua (hic autem): scilicet aer est sicut (species), idest forma: aqua quidem materia aeris: aer autem sicut quidam actus ipsius. (Aqua enim). Et quia posset aliquis dicere quod sicut aqua ē in potentia vt fit aer: ita aer est in potentia vt fit aqua: propterea non magis est aqua materia aeris: ⁊ aer forma quam econuerso. ¶ Istud excludit philosophus dicens q̄ licet vtrūqꝫ sit in potentia respectu alterius: nō tamē eodē modo: q̄uo aūt vtrūqꝫ sit in potētia respectu alterius manifestatur in libro de gene. vbi etiam vide

Tex. co. 49.

bilite ꝙ semper elementum continens est formalius cō
tento:tamen quia tempus exigit vt aliquid dicatur ad
presens:ideo ꝙ hic incerte proponitur ibi certius ma-
nifestabitur:considerantur igitur aqua ⁊ aer in fieri ⁊
in facto esse: in fieri quodlibet eorum est materia alte-
rius:⁊ q̄libet eorum est potentia respectu alterius: sꝫ
in facto esse aqua semper est vt mā ⁊ aer vt forma: pri
mo quia aqua cōtinet ⁊ aer continet:secundo qꝛ aqua
perficitur ⁊ aer perficit:tertio quia aqua mouetur ad
aerem ⁊ nō aer ad aquā:quarto qꝛ aer est perfectior
aqua vt colligitur a pho secūdo de gene. modo quā-
docunqꝫ duo inuicem comparantur:quoꝝ vnum est
altero perfectius ꝙ est magis perfectuꝫ se habet vt for
ma ⁊ ꝙ est minus perfectum se habꝫ vt materia:inquit
Cōmentator secūdo de anima:⁊ ex hijs patet ꝙ alio
modo est in potētia aer respectu aque ⁊ alio modo aꝗ
respectu aeris ⁊ ꝙ multo magis est potētia aque respe
ctu aeris q̄ aer respectu aque:ideo absolute loquendo
debꝫ dici ꝙ aqua se habet vt materia respectu aeris: ⁊
aer vt forma respectu aque. Lege litterā. (Aqua enim
potentia est aer:aer vō potentia est aqua: alio modo
determinādum autē de hijs posterius est).s. in libro
de gene. sed propter tempus expostulans est necesse q
dem dicere:incerte autēꝫ nūc dictum tunc erit certius.

Notanduꝫ ſm Cōmentatorem com-
mento. 49. ꝙ aqua creata
est in potentia primitus ⁊ prima intentione vt fit aer:
aer vō est quasi in potentia ꝑpter formam materie:⁊
causa in hoc est:quia aer est quasi perfectio aq̄ ⁊ ignis
aeris ⁊ continens est nobilius contento ſm hoc etiaꝫ
manifestum est ꝙ alterum est quasi priuatio:⁊ alteruꝫ
quasi forma:⁊ alterum quasi generatio:⁊ alteruꝫ qua
si corruptio. ¶ Prima propositio cōmenti est ista. aq̄
prima intentione creata est vt sit materia aeris:pꝫ quia
imperfectiora prius fiunt vt sint materia perfectorum
elementa enim fiunt vt sint materia mixti ⁊ embrio pri
us fit vt sit materia animalis: sed aqua est imperfecti-
or aere cuꝫ contineatur ab illo ⁊ recipiat perfectionem
ab illo:igitur aqua prima intentione fit vt sit materia
aeris:⁊ consimiliter dicatur de aere respectu ignis:ꝙ pri
ma intentione factus est aer vt sit materia ignis:⁊ hoc
ꝑpter nobilitatem ignis cum generaliter continēs na-
turale sit nobilius ⁊ perfectius suo cōtento:⁊ nō acci-
pitur hic materia pro materia compositionis:sed pro
materia alterationis:quia dum generatur aer ex aqua
corrumpitur aqua:⁊ similiter dum generatur ignis ex
aere corrūpitur aer. ¶ Secunda propositio. aer ē po
tentia aqua ꝑpter formam materie:probatur:materia
aeris est vna numero omniuꝫ generabilium ⁊ corru-
ptibilium:sicut ⁊ quelibet alia materia cui est annexa
priuatio ⁊ potentia ad formaꝫ vt declaratum est p̄lo
huius:igitur materia aeris est in potentia ad formam
aque:⁊ per consequens aer est in potentia vt ex eo fiat
aqua:hec enim propositio aer est potētia aque ꝑpter
formaꝫ materie intelligit sic:aer est in potētia vt ex eo
fiat aqua ꝑpter ratione formalē materie repte sub for
ma aeris:rō enim formalis materie aeris ⁊ omnium
aliorū elemētoꝝ est vt sit in potētia ad omnē formā.
¶ Tertia ꝑpositio. quodlibꝫ elemētū ꝯtinens est q̄si
perfectio elemēti ꝯtēti qꝛ quodlibet elemētuꝫ cōtinēs se hꝫ
vt forma ⁊ quodlibꝫ elementū contētū se hꝫ vt mate-
ria vt probatum est. Et notāter dicit quasi:qꝛ aer nō est
simpliciter pfectio aque nec ignis est simpliciter pfectio
aeris cū illud ꝙ est simpliciter ⁊ absolute pfectio alicu
ius sit intrinsecū illi:aer aūt est extrinsecus aque ⁊ ignis
aeri:aliter nō est locus eius. ¶ Quarta ꝑpositio:q̄d
libet elementum cōtinens se hꝫ vt habitus ⁊ genera-
tio:⁊ q̄libet elementū contentum se habꝫ vt priuatio ⁊
corruptio: probatur. quādocūqꝫ aliqua duo cōtrarian
tur cōtrariū maioris pfectionis se hꝫ vt habitus ⁊ cōtra
rium minoris pfectionis vt priuatio p Aristo. secūdo
de anima di. ꝙ nigruꝫ est priuatio albi:sed omnia ele
menta inuicē contrariantur ⁊ semper elementum conti
nens est pfectius cōtento:igitur quodlibet elementum
continēs se hꝫ vt habitus:⁊ quodlibet cōtentū se habꝫ
vt priuatio. ¶ Item corruptio est rōne materie ⁊ ge-
neratio rōne forme:igitur illud ꝙ tenet locum materie
se habet vt corruptio:⁊ ꝙ tenet locuꝫ forme se hꝫ vt ge-
neratio:sed q̄libet elementum contentum tenet locū ma
terie:⁊ q̄libet elementū continēs tenet locū forme vt
probatū est:igitur q̄libet elementū continēs se habet
vt generatio:⁊ q̄libet cōtentū se habet vt corruptio.

Contra cōclusionē arguitur elementa non
quiescere in locis suis:quoniā ele-
mentū ignis semper mouetur circulariter in cōcauo lu-
ne ⁊ elementū aeris cōtinue mouetur in cōcauo ignis
motu delationis ex impetu vētorum:elementū aque etiā
continue mouetur in cōcauo aeris aut motu descensus
ex parte fluuioꝝ aut motu fluxus ⁊ refluxus ex parte ma
ris:terra aūt videtur moueri sursum cōtinue ⁊ versus
nostrū hemisperiuꝫ aut versus oppositū: quoniā luce
solis ⁊ alijs influentijs frigefactiuis celi apparet vna pars
terre fieri grauior ⁊ alia leuior:igitur cōtinue pars gra
uior pellit leuiorē vsquequo mediuꝫ grauitatis totius
terre fuerit medium mundi. ¶ Item arguitur de parte
elementi ponendo quod. a. sit vna portio terre discon
tinua posita in superficie aque infra quam sit terra to-
taliter perforata vsqꝫ ad aliud hemisperiū:⁊ patet q̄d
recedet. a. portio terre a superficie aque ad centrum ter
re non obstante quod superficies aque sit locus natu
ralis suus:⁊ cum prima medietas. a. incipiet tangere
centrum mundi ipsa incipiet moueri sursum versus ali
ud hemisperiū recedendo a centro mundi:⁊ tamen cē
trum mūdi est locus naturalis illi⁹ prime medietatis:
cum idem sit locus totius ⁊ partis per Aristotelem ter
tio huius. ¶ Ad primum dicitur ꝙ philosophus lo-
quitur de quiete opposita motui ad illum locum:mo-
do ignis in concauo lune mouetur circulariter ⁊ non
motu recto:ideo cum mouetur ad concauū illud mo
tu recto: sequitur ꝙ ibidem quiescit quiete opposita
motui recto:⁊ ita quiescit aer in concauo lune non ob-
stante quod moueatur motu delationis:⁊ sic etiam ma
re quiescit quiete opposita motui ad suum locum non
obstante quod moueatur motu fluxus ⁊ refluxus:flu
mina aūt mouent deorsū recedēdo a loco minus na-
li ad locum magis naturalem:videlicet ad centruꝫ:nō
quidem ad centrum indiuisibile mathematicum: sed
ad centrum diuisibile naturale quod est terra pura: in
cuius conuexo naturalissime quiescit aqua. ¶ Sed
totum elementum terre nunq̄ mouetur aliquo motu:
licet continue partes fiant magis ⁊ minus graues.
Imaginandum est enim centrum grauitatis terre diui
dere partes terre modo cōsimili in grauitate sicut duo
pondera equalis sunt equilibra:constat autēꝫ quod si q̄d
libet istorum ponderum ponderat vt duo:⁊ aer infe-
rius resisteret vt tria:non propter hoc vnum alterum
eleuare si ei adderet pōdus vt vnū imo neqꝫ eleua-
ret si adderet pōdus vt duo vel vt tria si enim adde-

ptur vnum vel duo sic ꝙ fieret pondus vt tria vel vt quattuor ⁊ cuȝ resistentia sit vt quinq;: quia aer resistit vt vnū ⁊ pondus alterius brachii vt duo: sequitur ꝙ fieret motus a proportione minoris inequalitatis. Si autem illud pondus fieret vt .5. adhuc non descenderet: quia tunc fieret motus a proportione equalitatis: ita contingit de duabus partibus terre eque grauibus ꝙ si vna fiat grauior ⁊ alia leuior: non propter hoc pars grauior pellit leuiorem sursum: quia non solum vna pars alteri resistit: sed etiaȝ aer vel aqua circundans. ¶ Ad secundum dicitur ꝙ .a. non quiescit in superficie aque: sed mouetur ad centrum mundi: quia est magis in loco per centrum q̄ per circunferentiam: ⁊ non incōuenit corpus naturale recedere a loco minus naturali ad locum magis naturalem: concedo etiam aliquam partem .a. naturaliter moueri sursum recedendo a centro: non quideȝ per se: sed per accidens ad motuȝ totius: pars enim continua toti non appetit vt medium eius sit medium mundi: sed vt medium totius sit medium mundi: ideō per accidens mouetur sursum quando totum .a. mouetur deorsum. ¶ Sed contra sequitur ꝙ motus deorsum vna pars est motus sursum ꝙ est impossibile: ⁊ probatur consequentia: quia totius .a. vna pars mouetur sursum ⁊ alia deorsum: igitur in vna parte .a. est motus sursum ⁊ in alia motus deorsū: sed totum .a. non mouetur nisi motu deorsuȝ: igitur totius motus deorsuȝ vna pars est motus sursū. ¶ Respondetur negando consequentiaȝ: si eniȝ alicuius corporis vna quarta esset nigra ⁊ totum residuum albuȝ diceretur totum esse albuȝ ⁊ illius albedinis nullā partem diceremus esse nigram: licet illius corporis aliqua pars esset nigra: ita in proposito .a. in casu isto nō mouetur nisi deorsum: neq; motus ille habet aliquam partem que sit motus sursum: licet aliqua pars .a. moueatur motu deorsum. (Si igitur idem). Tertia conclusio

Tex. co. 47 corpora grauia ⁊ leuia respectu suorum locorum habent habitudineȝ partis ad totum: probatur: materia est vt pars ⁊ forma vt totum: sed quodlibet elementū contentum habet rationem materie: ⁊ quodlibet elementum continens habet rationem forme: igitur qōlibet elementum contentum dicit rationem partis: ⁊ qōlibet continens dicit rationem totius: patet consequentia cum minori ex dictis: ⁊ maior declaratur: nam per materiam compositum dicitur esse in potentia tantum ⁊ per formam dicitur esse in actu: sed pars est in potentia ⁊ totum in actu: igitur materia se habet vt pars ⁊ forma vt totum: verbi gratia: aqua componitur ex materia ⁊ forma: ⁊ dicitur esse in potentia ratione materie ⁊ in actu respectu forme: sed aqua non dicitur esse aliquod totum: nisi vt est in actu: ideo materia aque habet rōnē ptis ⁊ forma eiusdem habet rationem totius. Lege litterā. (Si igitur idem materia ⁊ actus). idest si idem est ex materia ⁊ forma: aqua enim vtraq;: quia componitur ex materia ⁊ forma: (Sed hoc quideȝ potentia). scilicet materia: illud vō actu: videlicet forma habebit sicut pars quodāmodo ad totum vnūqōq; elementum contentum: ⁊ bene dicitur quodammodo quia elementum contentum non est pars elementi cōtinentis: sed est sicut pars.

Notandum ſm commentatorem ex cōmento .47. ꝙ cum aqua fuerit composita ex materia ⁊ forma vtrunq; dicitur aqua: quoniam materia dicitur aqua in potentia: ⁊ forma dicitur aqua in actu: manifestum est ꝙ materia est tanq̄ pars ⁊ forma tanq̄ totum: quoniam hoc nomen res dicitur de parte in potentia: ⁊ de toto in actu ⁊ cum ista sit dispositio continentis de contento: manifestum est ꝙ continens ita se habet de contento: sicut pars de toto: ⁊ est etiaȝ alia causa in similitudine que est inter illa. ¶ Prima propositio commenti est ista: non solum aqua est aqua sed etiam ma aque est aq̄: ⁊ forma aque est aq̄ probat aqua est d'nalis denoīatiue aq̄ per materiam ⁊ formam: quia quocunq; illorum substracto aqua non esset aqua: sed nihil dat ꝙ non habȝ igitur tam materia q̄ forma aque est aqua: sed non eodem modo: quia materia est aqua in potentia ⁊ forma est aqua in actu: iste tamen propositiones sunt intelligende in predicatione causali: videlicet materia est potentia ex qua fit aqua ⁊ forma est actus ex quo fit aqua. ¶ Secunda propositio. materia est tanq̄ pars ⁊ forma tanq̄ totum: patet: quia materia cum sit in potentia non facit aliquid esse totuȝ: sed forma cū sit actꝰ facit aliquid esse totum: nunq̄ enim est aliqua materia que non sit pars alicuius: sed bene est aliqua forma que non est pars alicuius: videlicet ipsum totum habens partes quantitatiuas. ¶ Ex hīs propositionibus probat Cōmentator cōtinens habere rationem totius ⁊ contentum rationem partis: primo quia contentum dicit materiam ⁊ continens formam: secundo quia sicut materia naturaliter ponitur in toto: ita contentum naturaliter locatur in continente: videlicet terra in aqua ⁊ aqua in aere ⁊ aer in igne: ⁊ ignis in celo.

Contra istam secūdā similitudinem quam facit cōmentator arguitur elementa nō situari nāliter in suis locis: quoniaȝ terra primo nō locatur nāliter in centro mundi cum medium eius magnitudinis non sit medium mundi: nec mediuȝ grauitatis cuȝ continue maior sit grauitas ex vna parte centri q̄ ex alia: non etiam locatur nāliter in superficie aque: cuȝ ipsa superficies aque non circundet totam terram neq; sit locus infimus ꝙ tamen oporteret si terra nāliter locaretur in illa superficie. ¶ Secūdo arguitur ꝙ ignis non locatur nāliter in concauo lune: quoniā ibi sunt dispositiōes illi contrarie: scilicet virtus lune que est generatiua frigiditatis ⁊ corruptiua caliditatis: videtur enim lunā dominari aque ⁊ illā augere: sub polis etiā est maxima frigiditas propter elongationē solis vbi corrumpitur ignis: ⁊ per consequens non vndiq; sub concauo orbis lune ignis nāliter locatur. ¶ Iteȝ philosophus ⁊ Commentator volunt ꝙ locus ⁊ locatum sint vnigenea: ita ꝙ conueniāt in aliqua qualitate: modo non apparet in qua qualitate conueniāt cum in celo nō sit aliqua qualitas prima. ¶ Ad primū dicitur ꝙ terra nāliter locatur in centro mūdi: neq; oportet ꝙ medium magnitudinis terre sit medium mundi: sȝ sufficit ꝙ medium grauitatis eius sit medium mundi: nec est verum ꝙ continue sit maior grauitas ab vna parte centri q̄ ab alia: quia si in vna parte supra centrum inducitur leuitas in alia etiam supra centrum potest induci proportionaliter grauitas: non tamen est inconueniens terram non naturaliter locari naturaliter cēt: quia stat ꝙ per tempus medium grauitatis terre non sit medium mundi. Et tunc stat terram violenter locari: postq̄ erat naturaliter locata absq; motu locali eius vt dato ꝙ per alterationem vna pars fieret grauior ⁊ alia leuior: ⁊ econtra stat terram naturaliter locari postq̄ erat violenter locata absq; motu locali: dato ꝙ per aliā alterationem ille partes fierent eque graues

¶ Item concedo ꝙ terra nãliter locatur in superficie aque. nec oportet illam superficiem ambire totã aquã terram ex quo terra est magis in loco per centrum q̃ per circunferentiam: ⁊ quia locus dicitur equiuoce de loco mensurante qui est centrum mundi: de loco ambiente qui est superficies continens: ideo conceditur ꝙ tam centrum mundi q̃ superficies aque est locus infimus: licet enĩ superficies concaua aq̃ habeat locũ inferiorem qui dicitur locus mensurans: non tamen habꝫ locum inferiorem qui dicatur locus ambiens. ¶ Ad secundum dicitur ꝙ aqua naturaliter locatur in aere ⁊ aer in igne non obstante ꝙ ibi sint dispositiones contrarie locãtis: ita licet in concauo lune sint dispositiones contrarie: igitur adhuc naturaliter locatur in concauo illo propter alias dispositiones preseruatiuas repertas in concauo cum quibus habet naturalitatem ⁊ conuenientiam ignis: virtus tamen lune non contrariatur igni: sed magis conuenit cum non generet aquã licet augmentet ⁊ tumefaciat. ꝙ contingit per virtutem calefactiuam. Et licet ignis ⁊ concauum lune non conueniant in aliqua qualitate prima: tamen conueniunt in qualitate insensibili ⁊ occulta: sicut terra ⁊ centrum mundi dicuntur non conuenire in aliqua qualitate prima: sed bene in qualitate occulta influxa a celo. (Unde ⁊ hijs). Quarta conclusio corpora grauia ⁊ leuia aliquando tangunt sua locata ⁊ aliquando copulantur illis: ista conclusio sequitur ex precedentibus: quoniam aliquando elementa contenta non transmutantur in elementa continentia ⁊ aliquando transmutantur in illa: igitur aliquando tangunt sua loca ⁊ aliquã do copulantur illis: patet consequentia: quia illa dicũtur seinuicem tangere proprie: quorum vltima sunt simul ⁊ non sunt vnum: illa autem inuicem copulantur ex quorum vno fit reliquũ: quando igitur ex aqua nõ fit aer neqꝫ ex aere ignis locus ⁊ locatum seinuicem tãgunt: quando vero ex aqua fit aer ⁊ ex aere ignis: tunc locus ⁊ locatum inuicem copulantur. Lege literam. (Unde ⁊ hijs tactus inest): videlicet elementis se locãtibus ⁊ non transmutantibus. (Copulatio autem cuꝫ vtraqꝫ actu vnum fiant). scilicet ꝙ locatum conuertatur in locum vel econtra: ⁊ non loquitur hic philosophus de loco formali: naꝫ qui est superficies: sed de loco materiali qui est corpus continens: deinde epilogat circa determinata de loco dicens. (Et de loco quidem ⁊ quoniam est: ⁊ quid est dictum est.

Circa ea que dicta sunt de virtute pseruatiua elementi in loco suo influxa a celo contingit dubitare: si enim celuꝫ conseruaret terram in loco naturali per influentiam multiplicatam ab eo in spheram terre: sequitur ꝙ terra naturaliter deberet ascendere: consequens falsum: ⁊ cõsequentia tenet: quia agens corporeum agens per contactum fortius agit prope se q̃ distanter a se: ergo influentia conseruatiua terre est fortior prope celuꝫ q̃ in loco terre: sed terra naturaliter inclinatur esse vbi melius potest preseruari: igitur ⁊c. ¶ Secundo sequitur ꝙ ignis non conseruatur naturaliter in concauo lune: ꝙ est contra dicta: ⁊ probatur consequentia: quia influentia cõseruatiua aque multiplicatur a celo ad totã spheram aque: sed nulluꝫ agens corporeum agit in distãs nisi prius agat in propinquum: igitur virtus conseruatiua aque multiplicatur per totaꝫ spheram ignis: igitur ipsa est corruptiua ignis in propria sphera: sicut ẽ generatiua aque. ¶ In hac difficultate sũt due opiniones: quarum prima est Burlei di. ꝙ virtus preseruatiua terre est fortior versus centrum mundi q̃ in aliquo alio loco: ⁊ cum dicitur omne agens naturale agit fortius in propinquum q̃ in remotum: verum est ceteris paribus: modo virtus preseruatiua elementi est fortior vbi magis elongatur a contrario: ⁊ quia partes centrales terre sunt puriores ⁊ maxime elongate a cõtrario terre: ideo ibi est fortior ⁊ vigorosior influentia preseruatiua terre. Et ista est causa dicit ipse quare virtus preseruatiua aeris magis influit igni q̃ aque: quia ignis est magis elongatus a contrario aeris q̃ aqua ⁊ consequenter quia ignis magis contrariatur aque q̃ aer: ideo influentia preseruatiua aque fortius recipitur in aere q̃ in igne: quia vero terra maxime distat a cõtrario aque ꝙ est ignis: ideo ibi magis recipitur influentia preseruatiua aque q̃ in aere: dicit enim philosophus secundo celi ꝙ aqua mouetur naturaliter infra terram si non impeditur: ⁊ illud est manifestum ad sensum ꝙ esse non posset nisi in terra esset virtus conseruatiua aque: non tamen ex hoc debet concludi terram esse locum aque: quia de ratione loci est continere ⁊ non contineri: terra autem non continet aquam: sed continetur ab ea.

Sed dubitatur quia data ista positione: sequitur ꝙ aqua est simpliciter grauis sicut terra cõtra Burleum ⁊ Cõmentatorem tertio huius di. cõmento. 49. ꝙ terra est simpliter grauis ⁊ aqua est grauis ⁊ leuis in respectu ita ꝙ dicitur grauis respectu elementorum leuium ⁊ leuis respectu terre: quia si poneretur in centro mundi ascenderet ad superficiem aque: ⁊ probatur consequentia: quia centruꝫ mundi maxime elongatur a contrario aque: videlicet ab elemẽto ignis: igitur ibi est maxime virtus preseruatiua aque: ⁊ per cõsequẽs inclinatur ad centruꝫ mundi sicut terra: q̃d non esset nisi esset simpliciter grauis. ¶ Item sequitur ꝙ aer ẽ simpliciter leuis sicut ignis: iterum contra eũ ⁊ commentatorem eodem commento di. ꝙ ignis est simpliciter leuis ⁊ ꝙ aer est grauis ⁊ leuis in respectu: leuis quidẽ respectu terre ⁊ aque ⁊ grauis respectu ignis: quoniam si poneretur in cõcauo lune descẽderet ad concauum ignis: ⁊ pbatur cõsequẽtia: quia concauum lune maxime distat a cõtrario aeris ꝙ est terra: igitur ibi maxime est virtus preseruatiua aeris: igitur ad concauum lune maxime inclinatur aer: quare ad illuꝫ mouetur naturaliter sicut ignis: quare ⁊c. ¶ Scḋa opinio est Marsilij de inguen. scḋo de ge. di. ꝙ qꝛ caliditas est maxime actiuitatis ⁊ minime resistẽtie: ideo multiplicatur virtus preseruatiua ⁊ productiua caliditatis. vsqꝫ ad elementum aque exclusiue: ⁊ qꝛ frigiditas est minoris actiuitatis q̃ caliditas ⁊ maioris resistentie: ideo influentia frigiditatis multiplicatur per totam spheram elementorum vsqꝫ ad centrum mundi. ¶ Et sicut humiditas est actiuior quam siccitas ⁊ minus resistens: ita virtus humiditatis est actiuior ⁊ ad minorem distantiam multiplicatur: videlicet per tria elementa vsqꝫ ad terram exclusiue: virtus autem productiua ⁊ conseruatiua siccitatis ad maximam distantiam multiplicatur: sicut ⁊ ipsa siccitas est maxime resistẽtie: videlicꝫ per totam spheram elementarem vsqꝫ ad centruꝫ mundi. Et ponit Marsilius quod quelibet istarum influentiarum quanto est propinquior celo tanto est fortior ⁊ vigorosior: non tamen propter hoc debet moueri terra ad concauum lune: quia ⁊ si ibi est maxime

virtus preseruatiua sui tamen in concauo lune est virtus preseruatiua sui contrarij maioris actiuitatis q̄ sit virtus terre: ⁊ consequenter virtus preseruatiua aque non debet corrumpere elementum ignis: quia virtus preseruatiua ignis est fortior q̄ virtus preseruatiua aque. ¶ Sed ista opinio est dubia: quia si in centro mundi esset ignis ⁊ vna portio terre poneretur in cōcauo lune non minus moueretur ad centrum mundi non obstante ꝙ virtus corruptiua esset maior q̄ virtus conseruatiua: ita in proposito si virtus preseruatiua terre est maxima in concauo lune ad illud debꝫ moueri terra quātūcunqꝫ influentia sui contrarij sit actiuior: non enim cognoscit terra: ideo mouetur ad locum sue maxime virtutis: non habēdo respectum ad suum contrarium. ¶ Item sequitur ꝙ media regio aeris nō semper deberet esse frigida: consequens falsum: ⁊ probatur consequentia: quia ibi est influentia productiua caliditatis que est maioris actiuitatis ſm eum quam influentia productiua ⁊ conseruatiua frigiditatis.

¶ Ideo tenendo positionē cōmētatoris ꝙ grauitas aque ⁊ grauitas terre non sunt eiusdem rationis: cum vna earum sit grauitas simpliciter ⁊ alia in respectu: ⁊ consequenter ꝙ leuitas aeris ⁊ leuitas ignis non sunt eiusdem rationis cum leuitas ignis sit leuitas simpliciter ⁊ leuitas aeris in respectu: ⁊ consequenter ꝙ aqua existens in centro mundi indiuisibili moueretur sursum ad superficiem aque: ⁊ aer in concauo lune positus remoto impedimento descenderet ad superficiem concauam ignis: oportet dicere sustinendo vltima locantium ⁊ locatorum esse vnigena per virtutem insensibilem vt dictum est supra de intentione cōmentatoris ꝙ virtus preseruatiua elemēti non diffunditur per plura elementa adequate: sed tantum per vnum vna cum suo loco indiuisibili ad quem mouetur. Imaginādum est enim ꝙ sicut caliditas non obstante ꝙ sit eiusdem rationis in omnibus suis partibus adhuc producit membra ⁊ virtutes diuersarum specierum: quia agit vt instrumentum anime: ita a suprema superficie celi multiplicatur vna influentia generalis vsqꝫ ad centrum mundi continuatiua mundi inferioris cū mūdo superiori: non quidem cōtinuatione ſm quantitatē sed ſm qualitatem vt ex hoc totus mundus dicatur vnum continuum: de qua continuitate loquitur phūs primo metheororum dicens: necesse est hunc mundū inferiorem continuari superioribus lationibus vt omnis virtus eius gubernetur inde. Hec quidem virtus non obstante ꝙ sit eiusdem rationis: per totum tamen quia regulatur ab intelligentia celi producit diuersas virtutes particulares: tam in mundo superiori q̄ in mundo inferiori. diuersarū rationum producit ergo primo in mundo inferiori virtutem preseruatiuam elementi ignis incipientem inclusiue a concauo orbis lune ⁊ terminatam exclusiue ad concauū aeris sic ꝙ gradus summus est in concauo lune, ⁊ gradus remissus est in concauo ignis. ¶ Secundo producit huiusmodi influentia generalis virtutē preseruatiuam aeris: iterum vniformiter difformiter incipientem inclusiue a cōcauo ignis ⁊ terminatā exclusiue ad cōuexū aq̄ sic ꝙ grad⁹ sūm⁹ ē ī ɔcauo ignis ⁊ grad⁹ remissus ē ī ɔcauo aeris. ¶ Tertio qꝛ aqua mouet ad duplicē locū: videlicet ad locum ambientem qui est superficies concaua aeris: ⁊ ad locum mensurantem qui est conuexum terre: ideo ab huiusmodi influentia multiplicatur virtus preseruatiua aque incipiens inclusiue a concauo aeris ⁊ terminata inclusiue ad conuexum terre pure: propterea mouetur aqua infra terram: non quidem infra terram puram: sed infra terram permixtam: ⁊ quoniam aqua est magis in loco per centrum q̄ per circūferentiam: ideo non multiplicatur ista virtus vniformiter difformiter incipiendo a gradu intensiori: sed a gradu remissiori sic ꝙ in concauo aeris est gradus remissus huius virtutis ⁊ in conuexo terre est gradus summus.

¶ Quarto quia elementum terre iterum habet duo loca ad que mouetur: videlicet centrum mundi ⁊ concauum aque: ⁊ est magis in loco per centrum q̄ per circūferentiam: ideo virtus preseruatiua sui incipit inclusiue a concauo aque ⁊ terminatur inclusiue ad centrū mundi sic ꝙ gradus remissus est in concauo aque ⁊ gradus summus est in centro mundi in quo non potest esse virtus preseruatiua alterius elementi. nec est verum ꝙ dicit Burleus ꝙ semper de ratione loci sit continere: qꝛ ⁊ si illud sit de ratione loci ambientis: non tamen de ratione loci mensurantis: immo de ratione loci mensurantis est ꝙ contineantur sicut de ratione loci ambientis est ꝙ contineat. ¶ Ad primum dicitur ꝙ omne agens actione proprie dicta que consequitur verum motum ceteris paribus fortius agit in partē propinquam q̄ in partem remotam: sed agēs actione spirituali potest agere fortius in partem remotam q̄ in propinquam ⁊ maxime quādo talis actio regulatur a virtute cognitiua ⁊ intellectiua: intelligentia enim mouēs primum mobile excellentiores virtutes agit in orbe solari q̄ in orbe Martis Iouis aut Saturni neqꝫ inconuenit influentiam generalem celi remissiorem esse prope centrum q̄ in circumferentia: ⁊ tamen agere maiorem ⁊ intensiorem virtutem in centro q̄ in circumferentia: nam caliditas animalis est maior in corde q̄ in cerebro: ⁊ tamen plures ⁊ notabiliores virtutes atqꝫ operationes facit in cerebro q̄ in corde. ¶ Ad secundum responsum est: quoniam in elemento ignis non est virtus preseruatiua aque: ⁊ dato ꝙ esset: non propter hoc corrumperet ignem: quia talem virtutem nō pono esse causam effectiuam: sed tantum finalem: ita ꝙ talis virtus nihil habet generare neqꝫ corrumpere sed tantum preseruare neqꝫ talis virtus est causa finalis primaria elementi: sed magis secundaria sicut enim terra naturaliter inclinatur esse in superficie aque ⁊ in centro mundi: naturalius tamen in centro mundi q̄ in superficie aque: ita naturaliter mouetur ad centrū mūdi propter situm deorsum: ⁊ propter virtutem preseruatiuam: naturalius tamen mouetur propter situm q̄ propter virtutem: vt colligitur a Commentatore commento. 42. huius quarti dicens quod terra non querit finem aque propter se: sed propter medium mundi. Si enim nulla esset virtus preseruatiua terre; non minus terra moueretur ad centrū mundi: posito enim quod tota virtus terre esset in concauo lune: ⁊ in centro nulla: ⁊ quod vna portio terre poneretur in concauo lune: certum est ꝙ recederet ab illa virtute ⁊ moueretur ad centrum: ⁊ hoc est signum quod naturalius inclinatur ad situm q̄ ad virtutem preseruatiuam eius. Idem dicatur de igne quod principaliter appetit situm sursū ⁊ minus principaliter virtutem preseruatiuā sui: si namqꝫ tota virtus preseruatiua ignis poneretur in centro: non propter hoc ignis moueretur ad centrum: sed si esset in centro recederet ab illa virtute ⁊ moueretur ad concauum lune vbi esset tantum situs ad quem inclinatur ⁊ cetera.

Tex. co. 50.



Odē autem modo. Iste est secundus tractatus quarti physicorum: in quo phūs determinat de vacuo. postq̄ determinauit de loco: ⁊ diuiditur in quatuor capitula: quorum primū narrat modos ⁊ rationes tā negātium q̄ affirmantiuz vacuum esse. Secundū capitulū ponit significatiões ⁊ descriptiones vacui: quibus soluit rationes ꝓbantiuz vacuum esse ibi. (Ad quale autē). Tertiū capitulū ꝓbat nullum vacuū esse sepatuz a corpibus ibi. (Quoniā autē nō est). Quartū capitulū demōstrat nullū vacuū esse inhibitū corporibus ibi. (Sūt autē quidaz). In primo capitulo phūs ponit tres cōclusiones: quarū prima est ista: ad phūm nālem ptinet cōsiderare de vacuo. Secūda cōclusio. negātes vacuū esse diminute ꝓbant illud nō esse ibi. (Incipere aūt). Tertia cōclusio. affirmātes vacuū esse maiorē euidētiā ostēdunt q̄ negātes illud ibi. (Sed affirmātes). Primā cōclusionē phūs dupliciter ꝓbat: ⁊ primo sic ad phm nālez pertinet cōsiderare de loco: igit̄ ad eundē ptinet cōsiderare de vacuo: pz cōsequētia: qꝛ oppositoꝝ eadē est disciplina: sicut enī visus est albi ⁊ nigri luminis ⁊ tenebre p Aristotelem secūdo de aīa: ita quelibet sciā cōsiderās vnū oppositorum cōsiderat reliquū: sed locus ⁊ vacuū sunt opposita: ergo sciētia nālis cōsiderās de loco etiā hz cōsiderare de vacuo: ⁊ qm̄ vt patuit tractatu primo huiꝰ quarti physicus cōsiderat de loco si est ⁊ quid est: ⁊ qualiter ē: ideo physicus hz etiā cōsimilis cōsiderare de vacuo: videlicet si est: ⁊ qd est: ⁊ quale est. Lege li. (Eodē aūt modo accipiendū est phicū ꝯsiderare de vacuo: ⁊ si est aut nō: ⁊ quomodo est ⁊ qd est sicut ⁊ de loco.

Notandum fm cōmētatoꝛē cōmē to. 50. q̄ Aristo. incepit ab interrogatione p quid sit: ⁊ post induxit īterrogationē p vtrū: qꝛ opꝫ ꝑscrutari primo qd significet h nomen vacuū: qm̄ quid est interrogat ad sciēdū significationem noīs: ⁊ ista interrogatio p̄cedit interrogatioēs per vtrū sⁱ interrogationibꝰ simplicibus. Interrogatio aūt quid sit que interrogatur de diffinitione est post īterrogationē p vtrū. ℂ Intelligēdū h q̄ textus antiq̄ translationis quā exponit cōmētatoꝛ est iste: opꝫ nālē cōsiderare de vacuo ⁊ ꝑscrutari de ipō qd sit: ⁊ vtruz sit an nō: ⁊ quō: vbi phūs p̄mittit qōnē quid est vacuum qōni si est vacuū: in noua aūt trāslatiōe repit̄ cōtrariū vꝫ q̄ qō si est p̄cedit qōnez quid est vacuū. Jō dubitatur cōtra antiquā trāslationē cū qō si est p̄cedat qōnē quid est iuxta determinationē phi secūdo posterioꝝ: quare igit̄ dicit phūs q̄ opꝫ prio ꝑscrutari qd est vacuum: deinde si est vacuū. ℂ Rñdet cōmētatoꝛ q̄ cū q̄tuoꝛ sint qōnes due simplices: vꝫ si est: ⁊ qd est: ⁊ due cōposite. s. qꝛ est ⁊ pp quid est: vt hētur secūdo posterioꝝ: q̄libet qō simplex est duplex: vꝫ si est noīs: ⁊ si ē rei: qd est noīs: ⁊ qd est rei: verbi grā in processu demōstratiuo: prio querit̄ vtrū h nomē deus aliqd significet aut nihil: ⁊ ꝓbato q̄ aliqd significat: scđo querit̄ qd est illud q̄ h nomē deus significat: quo habito: vꝫ q̄ est illud quo melius cogitari nō pōt: tertio querit̄ vtrū deus sit ⁊ demōstrato q̄ deꝰ est: qꝛ nō cōtingit p̄cedere in inuestigatione causa ⁊ cāto: quarto queritur quid est deus inuestigando diffinitionem exprimentem quid rei ipsius dei. Ecce quomodo cōparando nomē ad seipsum aut rē ad seipsaz semp qō si est p̄cedit qōnē quid est: prius enī querit̄ si nomē significat q̄ qd nomē significat: ⁊ prius querit̄ si res est q̄ qd est res: cōparādo aūt nomen ad rem qō qd noīs p̄cedit qōnē si est rei: prius enī q̄ritur qd nomē significat q̄ sit res. ℂ Dicit ergo cōmentatoꝛ q̄ phūs debuit p̄mittere qōnē quid est vacuū qōni si est vacuū loquēdo de qōne interrogāte qd p nomen ipo: talis qō tamē querēs si vacuū est p̄cedit qōnē interrogātē qd ē vacuū. i. diffinitionē exprimētē qd rei. (Et nāq̄). Scđo arguit phūs sic q̄cūq̄ aliq̄ habent cōsimilē fidē ⁊ credulitatē cōsiderās de vno habꝫ cōsiderare de alio: sed locus plenū ⁊ vacuū hñt similē fidē ⁊ credulitatē: igitur cōsiderās de vno istoꝝ hꝫ cōsiderare de oībus aliīs: sꝫ physicus cōsiderat de loco ⁊ pleno vt patuit prioꝛi tractatu: igitur ⁊ hꝫ cōsiderare de vacuo: prima ꝯsequētia tenet cum maioꝛ ex se: minoꝛ aūt est famosa: dixerūt eniz antiq̄ locū plenū ⁊ vacuum esse vnū ⁊ idē in re ⁊ differre tm̄ rōne: locus eniz cū hꝫ in se corpus: cuius erat receptiuꝰ dr̄ plenū: cū vo priuat̄ tali corpe dicit̄ vacuū. Lege litterā. (Et nāq̄ similē habēt credulitatēq̄ ⁊ fidez locus ⁊ vacuū p ea q̄ opinātur antiqui: vt enī locū quēdaz ⁊ vas vacuū ponunt dicētes: videt̄ aūt esse plenū quidē cū habꝫ molem corpoꝛalē: cuius susceptiuū est: cū vo priuatuz est dicūt illō eē vacuū tāq̄ idē q̄dē sit vacuū ⁊ plenū ⁊ locus: esse aūt diffinitiuū ipsis nō idez: ita q̄ illa tria sunt idem realiter: ⁊ differunt ratione ⁊ diffinitiōe).

Notandum fm cōmētatoꝛē cōmē to. 60. q̄ p̄ antiquis. s. antiqs̄ ponētibus vacuū esse q̄ locus ⁊ plenū ⁊ vacuum sunt idē fm subiectū ⁊ diuersa fm diffinitionem vbi dicit Burleus q̄ cū phūs ⁊ Cōmentatoꝛ dicūt aliqua esse idē numero vel idē fm subiectū ⁊ diuersa fm diffinitionē accipiūt actū exercitum p actu significato. i. accipiūt illud verbū est pro illo verbo significat aut p̄dicatur: vnde h est falsa de virtute sermonis īquit ille: aliqua sunt idē numero vel fm subm ⁊ habēt diuersa esse vel diffinitiones: sed intellectus illius ꝓpositionis est iste: aliqua predicātur de eodez subiecto fm numeꝝ: ⁊ tamen habēt diuersas diffinitiōes exprimentes quid nominis. ℂ Sed mihi videt̄ q̄ illa ꝓpositio est vera fm q̄ verba sonāt: vnde albuz ⁊ musicū sunt idem numero: ⁊ idē fm subiectū: qꝛ idem numero est album ⁊ musicum: ⁊ idē est subm in actu cui insūt albedo ⁊ musica: differunt tamē fm esse diffinitiuuz: qꝛ alia est ratio albi: ⁊ alia est rō musici. Etiā homo ⁊ animal differunt ratione ⁊ diffinitione: qꝛ alia est ratio hoīs ac diffinitio ⁊ alia animalis: ⁊ tamen sunt idē numero quia vnum ⁊ idem numero est homo ⁊ aīal: sunt etiā idem fm subiectū: qꝛ in eodez subiecto recipit̄ humanitas ⁊ animalitas: indiuiduus eniz predicamēti substātie cum se habeāt per modū materie iuxta doctrinam Aristotelis primo ce. dicens q̄ qui dicit hoc celum dicit materiam recipiūt subiectiue omnia genera ⁊ species predicamenti substātie: ꝓpterea dicit phūs in predicamentis capitulo de substātia: q̄ prime substātie sunt maxime substātie: ⁊ q̄ sunt magis substātie q̄ genera ⁊ species eiusdē predicamēti: qꝛ cuicunq̄ substat genus aut species eidē substat indiuiduū ⁊ nō econtra.

Contra predicta arguitur: ⁊ primo q̄ ad ad phm nālē pertinet cōsiderare de

vacuo: qz ad phycum non pertinet cõsiderare nisi de motu & mobili: & de passionibus istorum vt colligitur a phoseum [illegible] sed vacuũ nõ est motus neqz mobile nec passio motus vel mobilis: igitur &c. ¶ Itez phycus nõ cõsiderat nisi ea de quibus põt esse sciẽtia cuz ipossibile sit vacuum esse & de non ente nõ est scia per Aristotelem primo posteriorum. ¶ Scdo arguitur q locus & vacuũ nõ dicũt eandẽ rẽ supposito q possit esse vacuum: qz vacuũ si esset necessario eẽt equale simpliciter corpori locabili in ipso: locus aũt nõ equatur locato nisi fz duas dimẽsiones p Aristo. in hoc quarto. ¶ Ad primum dicitur q sicut visus cognoscit lumẽ per se & tenebram p accidẽs ex doctrina Aristo. secundo de aia: ita phycus psiderat de motu & mobili: & de oibus passionibus istorum p se: sed de priuationibus eorũdem vt de infinito & vacuo cõsiderat p accidẽs. Et si de vacuo non habetur sciẽtia p ppositiones cathegoricas affirmatiuas: tamẽ de illo bene habetur sciẽtia p ppositiões negatiuas & priuatiuas vt q nihil est vacuũ: & q ipossibile est vacuum esse. Etiã si nõ habetur sciẽtia de illa p ppositiones ponẽtes in esse affirmatiuas: tamẽ bene habetur scia de illo p ppositiões affirmatiuas nõ ponẽtes in esse vt si vacuũ esset corpora mixta mouerẽtur i ipo & nõ corpa simplicia: & si vacuũ esset alidd posset moueri velotius in pleno q̃ in vacuo. ¶ Ad secundũ dicitur q duplex est eqlitas fm cõmẽtatorẽ cõmẽto. 43. videlicet cõtinẽtie & cõmẽsurationis: equalitas continẽtie est illa fm q̃ aliqua duo equaliter cõtinẽt fm quẽ modum diceremus circulũ equari quadrato si vtrũqz eqliter cõtineret: & isto modo locus est equalis locato: qz tãtum cõtinet locus quãtum est locatũ precise: & si superficies cõuexa locati separaretur a locato ipsa tãtuz precise cõtineret quãtum cõtinet iam locus: equalitas cõmẽsurationis est illa fm quã aliqua duo sunt simpliciter eadem mensura mensurabilia sic q sunt eadem mensura mensurabilia secundum omnem dimensionem: & sic sunt equalia locus & superficies conuexa locati: quando ergo philosophus dicit locuz eẽ equalem locato dicit cõmẽtator q loquitur de equalitate cõtinentie: & nõ cõmensurationis: ex quo eni ipsuz locatuz habet tres dimẽsiones: locus aũt solũ duas inter ea non potest esse equalitas cõmẽsurationis. Intelligẽduz tamen q sicut vnũ & idem numero successiue est videns & cecũ aut luminosuz & tenebrosuz: ita si posset eẽ vacuum idem numero esset locus & vacuũ: ponẽdo enim vacuũ spatiuz separatũ ad modũ antiquorum diceremus illud spatiuz esse locũ quãdo aliquid cõtineret & eẽ vacuum quãdo nihil cõtineret: & sic tãz locus q̃ vacuum esset equale locato equalitate cõmensurationis: quia nullum alterum excederet fm aliquã dimẽsionẽ: sicut iam non se excedunt forma & materia in eodẽ composito neqz albedo & dulcedo in lacte: ponẽdo aũt possibilitatem vacui & tenẽdo opinionẽ Aristotelis de loco q locus ẽ supficies vltia corporis pntinẽtis: deberemus dicere vacuũ esse supficiez priuatã corpe vt si per ymaginationem nihil esset intra concauum lune diceremus illud concauũ esse vacuum: & illud esse equale locato actu vel potẽtia nõ equalitate cõmensurationis sed cõ-

Tx. co. 51. tinentie. (Incipere autez). Secũda conclusio. negantes vacuũ eẽ dimimute, pbãt illud nõ esse: circa quã conclusionem phus facit quatuor: primo continuat se ad dicẽda: secũdo facit rationẽ Anaxago. & suorum sequacium pbantiũ vacuum nõ eẽ ibi. (Aliq̃ quidẽ). Tertio. recitat opinionẽ contra quã procedit Anaxa. ibi. (Homines autẽ). Quarto manifestat Anaxago. cum suis sequacibus diminute processisse in pbando vacuuz nõ esse ibi (Igitur h nõ oportet). Quantuz ad primum dicit phus q in tractãdo de vacuo: oportet primo considerare opinionez dicẽtiũ vacuum esse. secũdo opinionez dicentiũ vacuum nõ esse: tertio autẽ cõmunes opiniones tam dicentiũ q̃ nõ dicentiũ vacuum esse fm quas dabuntur [illegible] & descriptiones vacui ex quibus demonstrabitur veritas questionis vtrum vacuum est vel non est. Lege litteram. (Incipere autem [illegible] considerationem accipiẽtes ea que dicũt affirmãtes esse vacuum: & iterũ que dicũt affirmãtes nõ esse vacuũ: & tertio cõmunes opiniones describentes vacuum de ipsis). idest ab ipsis affirmãtibus & negãtibus vacuum.

Notandum fm Cõmentatorẽ cõmento. 51. q principiuz perscrutatiõis naturalis est preponere sermones dyalecticos sermonibus demonstratiuis & sermones eorum qui ponunt vacuum & qui destruũt ipsum sunt tales & maxime sermones eorum qui ponũt ipsm. Phus primo posteriorum ponit differẽtiã inter dyalecticum & demonstratiuum di. q dyalecticus accipit vtrã q partem contradictionis: demõstratiuus autẽ tantuz vnã: vz veram & necessariam: & consequẽter ponit differentiã inter syllogismũ dyalecticum & demonstratiuũ dicens: q syllogismus dyalecticus pcedit ex probabilibus tantũ syllogismus autẽ demonstratiuus procedit solũ ex necessariis: & per se notis: adeo sermones antiquorum fuerunt sermones dyalecticiqz nõ processerunt nisi ex pbabilibus: & qz ex magis probabilibus processerunt affirmantes vacuum esse quã di. illud non esse vt videbitur: ideo melius determinauerunt de vacuo: omnes tamen reprobandi sunt: quorum opiniones sunt primõ recitande & preponende sermonibus demonstratiuis de vacuo cum precedat syllogismus probabilis syllogismum demonstratiuũ fm ordinem Aristotelis datum in logyca determinãtes prius de syllogismo pbabili q̃ demonstratiuo: vltimus eniz liber logyce est liber posteriorum in quo determinatur de syllogismo demonstratiuo. (Aliq quidez igitur). Secundo phus recitat rationẽ Anaxago. & suorum sequaciũ probantium vacuum nõ esse: arguebant enim sic: si vacuũ est illud est corpus in quo est aer: patz cõsequẽtia: quia cõmuniter nihil dicimus esse vacuũ nisi illud in quo est aer: dicimus eni scyphuz esse vacuuz & phyalaz esse vacuam quando nihil est illo nisi aer: sed illud cõsequẽs est falsum: cuius falsitatem pbabant hoc modo: vacuum est illud in quo nihil est: sed aer est aliquid: igitur illud nõ est vacuum in quo est aer: patet consequentia cum maiori: dicebant per diffinitionẽ vacui: & minorem declarabant duplici signo: quorum primum erat istud. accipiantur duo vtres inflati: quorum vnus fortiter ligetur & alter debiliter & ambo cõprimantur: in isto casu per tactum sentimus ex vtre debiliter ligato exire aerem & ex vtre fortiter ligato nihil exire: sed facere resistentiam cõprimenti: tunc arguitur sic: omne sensatum per tactum est aliquid: & omne fortiter resistens est aliquid: sed aer sentitur per tactũ & fortiter resistit cõprimenti: qz non videtur quid aliud sentiatur per tactum aut resistat comprimenti: igitur aer est aliquid.

¶ Secundũ signum erat istud. accipiatur eclipsedra. instrumẽtũ s. plenũ aq̃ hñs pl'a foramia infra & vnuz tantum supra bene obtusum: & patet q aqua non descendit per foramina inferiora: aperto aũt supiori ap-

patet manifeste aquã statim descendere ⁊ exire foramina inferiora ex eo: qr obtuso foramine superiori aer appetens intrare ecclypsedrã conabat intrare p foramia inferiora: ⁊ qr nõ est possibilis penetratio corpo⁊ impediebat exitũ aque: aperto autẽ foramine superiori ingreditur p illud foramen ⁊ aqua p foramina inferiora: arguebat ergo sic: omne impediens descensum aque est aliquid: sed aer impedit descensum aque de ecclypsedra in casu illo: igit aer est aliquid. Lege litterã. (Illi quidẽ igitur tẽtantes monstrare: qr non est vacuũ: nõ ꝙ homines volunt dicere hoc arguunt). i. non arguunt cõtra positiones omnium dicentium vacuũ esse: sed peccãtes dicunt illud non esse sicut Anaxago. ⁊ qui hoc modo arguunt insufficiẽter ⁊ diminute: demõstrãt enim ꝙ aliquid est aer litigãtes per vices ⁊ demõstrantes ꝙ aer fortis est resistendo cõprimenti ⁊ accipientes in ecclypsedris aquã perforatis sub ⁊ supra.

Notandum ꝙ aer nõ impedit aquã a descẽsu suo clauso superiori foramine: qr si nõ impedit eo aperto etiã non impedit eo clauso: qr in rebus nãlibus semper manet idẽ appetitus: ideo si aer infra ecclypsedrã nõ appetit intrare foramina inferiora apto superiori: ita nec appetit illo clauso: ⁊ si illo clauso impedit descẽsũ aq̃ p idẽ et ⁊ aperto: sꝫ causa ppt quã nõ descendit aqua est horror vacui: natura enĩ abhorret vacuũ: ⁊ qr non posset aqua descendere ⁊ exire ecclypsedrã clauso foramine superiori: nisi relinqueret vacuũ: ideo nõ descendit: aperto autẽ superiori foramine aer põt tantũ intrare quãtum aqua exiret: õ qr nõ relinquitur vacuũ ppter exitũ aque: necesse est aquã cũ sit grauis nõ hñs impedimentũ deorsum descendere ⁊ exire ecclypsedrã. (Homines autẽ). Tertio narrat phus opinionẽ antiquo⁊ dĩ. omne illud est vacuum in quo est aer: contra quã opinionem pcessit anaxago. arguebãt enim sic: vacuũ est illud in quo nihil ẽ: sꝫ aer nihil ẽ: igit vacuũ ẽ illud in q̃ ẽ aer: tenet ꝯsequentia cũ prima parte antecedẽtis per diffinitionẽ famosam vacui: ⁊ secũdã partẽ sic declarabant: oẽ ens est corp⁹ sensibile: sed aer non est corpus sensibile: igit aer nõ ẽ ens: ⁊ per consequens nihil est: isti enĩ nõ percipientes nisi sensibilia nihil esse dicebãt nisi sensibile: ⁊ qr aer videbatur eis insensibilis ppt remissionẽ qualitatum prima⁊ reperta⁊ in illo ex sua raritate: ppterea dicebãt aerem nihil esse. Lege litterã. (Homines autẽ volũt vacuũ esse spatiũ in quo nullũ corpus sensibile est iuxta communẽ modũ loquẽdi: opinantes autem omne ꝙ est ẽe corpus dicũt omnino in quo nihil est hoc esse vacuũ: vnde plenũ aere vacuũ est dicũt ipsi.

Notandum ꝙ licet aer sit min⁹ sensibilis ceteris elemẽtis quia habꝫ qualitates primas minus sensibiles: tamẽ est sensibilis tam a sensu visus q̃ a sensu tactus: percipit enim lumen aeris visus inquit philosophus secundo de anima: sed non percipitur forma quin percipiatur subiectũ: igitur aer sentitur a visu: sentitur etiam a tactu: videlicet tempore hyemali per suã frigiditatẽ ⁊ tẽpore estiuo per suã calliditatem. (Igitur hoc non opꝫ).

Tex. co. 52. Quarto arguit philosophus anaxago. diminute probare vacuum nõ esse: ⁊ ex hoc habebitur veritas conclusionis secũde arguitur enĩ sic multis modis ponit vacuum esse: sꝫ anaxagoras tantum contra vnum illorum modorum probat vacuum non esse: igitur diminute probat illud non esse: patet consequentia: quia probare tantum in vno est diminute probare: antecedens declaratur: nam de vacuo fuerunt quatuor opiniones: quarum prima fuit ꝙ vacuum est illud q̃d est plenũ aere: qr vacuũ ẽ illud in q̃ nõ ẽ corp⁹ sensibile: sꝫ aer nõ ẽ corp⁹ sensibile: dixerũt igit illud eẽ vacuũ i q̃ ẽ aer. secũda opinio fuit ꝙ vacuum est q̃ddam spatium separatum a corporibus receptiuum corporum ⁊ distinguens corpora adinuicem: tertia opinio posuit vacuum esse imbibitum corporibus: et omne corpus habere multa foramina plena vacuo: quarta opinio asserit extra celum esse vacuũ infinitum: quia igitur multe fuerunt opiniones de vacuo ad destruendũ vniuersaliter vacuum esse non sufficit improbare tantum primam opinionem arguendo aerem esse aliquid vt fecit anaxago. sed opꝫ vlr probare nullum esse tale spatiũ separatum vel inseparabilem a corporibus receptiuũ corporis ⁊ priuatũ omni corpore: ⁊ hoc siue tale spatium sit imbibitum corporibus sicut posuit Democritus ⁊ Leucippus siue sit extra totum mundum continuatum toti mundo vt dixerunt pythagorici: ⁊ ita patꝫ ꝙ anaxago. ⁊ fautores eius non contradicunt simpliciter ponentibus vacuum esse: sed tantum quibusdam illis: videlicet de prima opinione. Lege litteram. (Igitur hoc non oportet). idest non sufficit mõstrare: quia est aliquid aer: sed oportet mõstrare: quia non est alterum spatium a corporibus neq; separabile ab omni corpore: neq; quod sit actu separatũ quod distinguat omne corpus vt sit non continuum alteri corpori: sicut Democritus ⁊ Leucippus ⁊ alij multi physiologorum dixerunt: aut ⁊ si aliquid extra omne corp⁹ est cum sit continuum mundo: hi quidem igitur nõ ꝓposita ad problema contradicunt dum queritur vtrũ vacuum est: ista enim questio est illud problema cui non contradicunt anaxago. ⁊ sequaces ex quo nõ phauerunt nullum vacuum: sed tantum illud non esse vacuum in quo est aer.

Dubitatur circa experientiã assignatã ab anaxago. de ecclypsedra: quoniam si ecclypsedra esset plena aqua ⁊ aere: sic, quod vna medietas esset aer ⁊ alia aqua obtuso foramĩe superiori exiret aqua: igitur per idem si esset plena aqua absq; aere: patet consequentia vel detur causa diuersitatis. ❡ Item aqua in casu isto est extra locum naturalem ⁊ non habet prohibẽs igitur debet moueri ad locum suum: patet consequentia per ea que dicta sunt in vltimo capitulo alterius tractatus: ⁊ antecedens est manifestum. ❡ Ad primũ dicitur negando consequentiã ⁊ causa diuersitatis est: quia aer faciliter condensatur ⁊ rarefit: non autẽ aqua. Si enim vas est plenum aqua nihil potest illi addi: si autem est plenum aere potest illi addi multũ de aqua ⁊ hoc est signum quod aer faciliter condensatur ⁊ non aqua: ita econtra si ecclypsedra ẽ plena aqua obtuso foramine superiori non potest aliquid exire: quia nõ faciliter rarefit: si autem vna pars fuerit aeris aqua exibit: quia aer est faciliter rarefactibilis. ❡ Ad secundum dicitur quod aqua in casu illo habet prohibens non quidem extrinsecum sed intrinsecum: appetit enim aqua descendere appetitu speciei ⁊ appetit cõiungi corpori appetitu generis: ⁊ quia prius est genus q̃ species: ideo prius appetit aqua coniungi corpori q̃ descẽdere: sed ex descensu aque daretur vacuum inter aquã ⁊ vas: ideo ne detur vacuum appetitus generis prohibet illum descensum. (Sed affirmantes esse). Textus conclusio. affirmantes vacuum esse maiorem cui Tex. co. 53.

dentiam ostendunt quam negantes illud esse: patet ex quinque rationibus quibus arguunt vacuum esse: quarum prima est ista: si vacuum non est: sequitur quod non est possibilis motus localis: consequens est contra experientiam: videmus enim aliquid moveri de loco ad locum ⁊ aliquid augeri quod fieri non posset absque motu locali: ⁊ consequentia probatur: quia ex opposito sequitur oppositũ quoniam sequitur motus localis est: igitur aliquid movetur localiter: igitur illud recipitur in pleno aut in vacuo: non in pleno: quia non est possibilis penetratio dimensionum: neque duo corpora esse in eodem loco proprio: igitur illud quod movetur localiter recipitur in vacuo: ⁊ per consequens vacuum est. ¶ Sed quod non possint plura corpora esse in eodem loco proprio arguitur: quia si possunt esse duo per idem ⁊ infinita: quod arguitur sic: duo corpora non possunt simul esse in eodem loco proprio quin seinvicem penetrent: sed non possunt duo corpora seinvicem penetrare quin pari ratione ⁊ tria ⁊ quatuor: ⁊ sic in infinitum: igitur si duo corpora sunt in eodem loco proprio per idem ⁊ infinita poterunt esse in illo quo concesso philosophus inducit duo inconvenientia: quorum primum est quod locus parvissimi corporis potest recipere maximum corpus: probatur: ⁊ sit .a. granum synapis: ⁊ .b. maximum corpus: ⁊ arguitur sic .b. potest dividi in minima equalia .a. ut presuppono sed locus .a. potest recipere omnia illa minima igitur potest recipere .b. patet consequentia: quia .b. nõ componitur nisi ex illis minimis. ¶ Secundum incõveniens quod in eodem loco sunt multa equalia ⁊ inequalia: probatur: ideo enim conceditur eundem locũ posse recipere plura corpora simul: quia illa possunt seinvicem penetrare ⁊ dimensiones unius non cedunt dimensionibus alterius: ⁊ per consequens dimensiones duarum partium .b. possunt seinvicem penetrare: ⁊ triũ ⁊ quatuor: ⁊ sic in īfinitũ absque divisiõe .b. igitur locus .a. absque divisione .b. recipiet .b. facta penetratione partium .b. ad equalitatem .a. in quo casu patet .a. ⁊ .b. esse in eodem loco proprio: igitur sunt equalia: ⁊ quod sint inequalia manifestum est: quoniam .a. est equale uni numero .b. sed omne totum est maius sua parte: igitur .b. quolibet suo minimo est maius: ⁊ per cõsequẽs .b. est maius .a. Lege litteram. (Sed affirmantes esse) vacuum (magis dicunt) evidenter quam negantes illud (unum quidem) argumentum est (quia motus secundum locum non erit) quod est falsum: (hic autem est loci mutatio ⁊ augmentum: non enim videbitur utique motus esse nisi sit vacuum: plenum enim impossibile est recipere) id quod movetur localiter: (si vero recipiat: ⁊ sunt duo in eodem: continget utique ⁊ quelibet simul esse corpora: differentiam enim propter quam utique quod dictum est non erit dicere): si autem conceditur infinita posse simul esse (continget) quod (⁊ parvissimum accipiet maximum: multa namque parva) faciunt (quod magnum est: quare si multa equalia contingit in eodem esse: ⁊ multa inequalia): etiam contingit in illo esse.

Notandum quod

ex ista ratione habetur unus modus quo christi corpus est in sacramento altaris: nam licet dimensiones non possint per naturam seinvicem penetrare: tamen bene possunt per potentiam dei: quoniam christus exivit sepulcrum clausum ⁊ intravit ad discipulos Januis clausis propterea dimensiones partium christi possunt seinvicem penetrare sic quod sub eadem parte hostie est totus oculus ⁊ totus pes ⁊ tota manus: ⁊ totum caput: et igitur xp̃s secundum se totum cum omni quantitate ⁊ dimẽsionibus cum quibus erat in cruce in qualibet parte actuali hostie non communicante cum alia parte: quantitas enim est coeterna materie ⁊ dimensiones interminate sunt coeterne in materia secundum Commentatorem in de substantia orbis: ideo in qualibet parte actuali hostie est tota quantitas christi cum omnibus suis dimensionibus: ex quo in qualibet tali parte est tota materia eius. (Melissus quidem). Ex fundamento huius rationis negavit Melissus motum localem esse dicens nihil esse mobile localiter: quoniam si aliquid movetur localiter illud recipitur in pleno aut in vacuo: sed non in pleno: quia non est possibilis penetratio corporum nec in vacuo: quia natura abhorret illud: igitur nihil omnino est possibile moveri localiter. Lege litteram. (Melissus quidem igitur ⁊ demõstrat quod omne est immobile ex hijs) que dicta sunt in hac ratione. si enim movebitur aliquid necesse esse vacuum dicit: vacuum autem non) est de numero (eorum que sũt) Et epilogat circa istam rationem philosophus dicẽs: (uno quidem igitur modo ex hijs demonstrant) aliqui (quod aliquid est vacuum. Tex. cõ.54.

Notandum secundum

Commentatorem commento quinquagesimo quarto quod Melissus cecidit in peius vacuo: quia negavit motum esse: eodem argumento probarunt antiqui vacuum esse quo probavit Melissus nullum motum esse: ⁊ peius dicit Melissus quam dixerant antiqui: quia peius est negare motum quam concedere vacuum. (Alio vero modo). Secunda ratio fuit ista: nos experimentaliter videmus quedam corpora condensari ⁊ constringi sic quod occupant minorem locum: quam primo occupabant intantum quod vinum ita potest constringi in dolio vel in utribus quod dolia tantum reciperent de vino recipiendo utres simul cum vino quãtũ reciperent de vino sine utribus: tũc arguebãt sic: quãdo corpus aliquod condensatur partes moventur versus centrum totius corporis: aut ergo una pars recipitur in alia parte: ⁊ tunc plures partes se penetrarent quod est impossibile aut pars sic mota versus centrum recipitur in vacuo: ⁊ habetur intentum. Lege litteram. (Alio vero modo) probatur vacuum esse: (quia videtur quedam) corpora (coeuntia) idest subintrantia ⁊ calcantia se adinvicem intantum ut ⁊ vinum dicunt cum utribus recipere dolia tanquam in ea que sunt vacua idest plena poris vacuis: coeunte idest subintrante parte densato corpore. Tex. cõ.55.

Notandum

quod due erant opiniones de vacuo: quarum una ponebat vacuum separatum a corporibus ⁊ alia vacuũ imbibitum corporibus: prima rõ facta est per illos qui dixerant vacuum esse separatum ⁊ receptivum corporum. ¶ Secunda autem facta est per illos qui dixerant vacuum esse imbibitum corporibus, idest corpora habere porositates vacuas ⁊c. (Amplius autem). Tertia rõ fuit ista: si augmentatio est vacuum est sed augmentatio est igitur vacuum est. patet consequẽtia cum minori: ⁊ maior arguitur: nam si augmentatio est aliquid augetur: ⁊ si aliquid augetur in eo recipitur nutrimentum: aut igitur in pleno aut in vacuo: non in Tex. cõ.55.

pleno: quia tunc plura corpora essent simul ⁊ seinuicem penetrarent: igitur in vacuo: ⁊ hoc est propositum. Lege literam. (Amplius autem ⁊ augmentum videtur omnibus fieri per vacuum: alimentum quidem corpus est: duo autem corpora impossibile simul esse.

Notandum secundum Commentatorem commento quinquagesimo quinto: quod hec sunt tres rationes: quarum vna est ex motu translationis: ⁊ secunda est ex densitate ⁊ raritate: ⁊ tertia est ex nutrimento: ⁊ impossibile quod sequitur secundum estimationem est vnum: scilicet corpus penetrari: quelibet igitur istarum rationum est ducens ad impossibile negato vacuo: videlicet quod corpora seinuicem penetrant ⁊ in hoc conueniunt omnes iste rationes: differunt autem: quia prima loquitur de motu locali ⁊ de augmentatione improprie dicta que dicitur rarefactio in qua nihil acquiritur de nouo quod sit pars corporis mobilis. ¶ Secunda autem ratio fundatur in diminutione improprie dicta que vocatur condensatio qua aliquid fit minus absque corruptione ⁊ deperditione alicuius partis: tertia autem ratio facit mentionem de augmentatione proprie dicta que fit in nutritione per acquisitionem partis de nouo.

Tex. co. 56. (Testimonium autem). Quarta conclusio fuit a signo: quoniam vas plenum cineribus tantum recipit de aqua quantum reciperet idem vas: si in eo non essent cineres quod non esset possibile: nisi in cineribus essent aliqua foramina vacua in quibus recipitur aqua. ¶ Item ista ratio vna cum secunda est eorum qui posuerunt vacuum imbibitum corporibus: sicut prima cum tertia fuit illorum qui dixerunt vacuum esse spatium separatum. Lege literam. (Testimonium autem ⁊ quod est de cinere faciunt ad probandum vacuum). (quod recipit tantum aque) vas plenum cineribus (quantum vas vacuum) ⁊ solum plenum aere.

Notandum quod Commentator commento quinquagesimo sexto dicit quod antiqui non sunt hoc experti: videlicet quod vas plenum cineribus tantum recipiat de aqua quantum vacuum: tamen si ita est sicut dicunt due cause possunt assignari: quarum prima est: quoniam in cineribus est multus aer inclusus qui exit subintrantibus partibus aque: secunda causa ⁊ est melior dicit Commentator: videlicet quod quedam partes aque corrumpuntur: ⁊ similiter quedam partes cineris desinunt esse: quod patet ex isto signo quia nunquam poterit extrahi a cineribus tanta aqua quanta infundebatur: neque cineres desiccati replebunt vas vt ante. (Esse autem affirmant). Quinta ratio fuit ista: si diuisio ⁊ distinctio rerum est vacuum est: sed diuisio ⁊ distinctio rerum est: igitur vacuum est: patet consequentia cum minori: maior autem tenet autoritate pytagoricorum dicentium: quod causa diuisionis ⁊ distinctionis entium sic quod res non se tangant est vacuum: opinabantur enim infinitum esse vacuum extra celum ⁊ quod celum tanquam vnum animal respirat ex spiritu infinito. idest ex vacuo: ita quod celum respirat de illo vacuo intra se respiratione infinita ex qua inspiratione illud vacuum penetrat totum mundum ⁊ distinguit ac diuidit res separando illas inuicem per contactum: ⁊ quia distinctio est primo in numeris propter hoc posuerunt vacuum primo esse causam distinctionis ⁊ diuisionis numerorum: ⁊ consequenter aliarum rerum. Lege literam. (Esse autem affirmant ⁊ pytagorici vacuum ⁊ ingredi ipsum celum a celo ex infinito spiritu tanquam respirans. ⁊ vacuum dicunt esse illud quod determinat naturas tanquam sit vacuum separatio quedam eorum que sunt consequenter). idest proxima ⁊ determinatio eorundem ne se tangant immediate: (⁊ hoc esse primum in numeris). idest hanc separationem dixerunt primo esse in numeris: vacuum enim determinare naturam ipsorum numerorum ⁊ aliorum entium volebant: deinde epilogat philosophus circa has rationes dicens: (ex quibus quidem igitur alii dicunt esse vacuum: alii vero non dicunt fere tot): ⁊ huiusmodi sunt rationes procedentes ad vtranque partem.

Notandum quod pytagorici considerantes in mathematicis omnia contigua esse continua: ⁊ consequenter totum mundum esse vnum ⁊ continuum ex parte rerum mathematicalium dederunt causam distinctionis ⁊ separationis rerum ex parte vacui dicentes celum esse quoddam magnum animal attrahens per suum anhelitum multum de illo infinito vacuo quod ipsi dicebant esse extra celum: ⁊ quasi ex infinito spiritu emittebat huiusmodi vacuum ad hec inferiora causando distinctiones rerum: ⁊ quia numeri secundum eos erant principia rerum: ideo in eis prius per vacuum causabatur distinctio: ⁊ per numeros deriuabatur ad alia: quare ⁊c.



D quale autem). Istud est secundum capitulum huius secundi tractatus: in quo philosophus ponit comunes descriptiones vacui: vt possit destruere vacuum esse: ⁊ diuiditur in duas partes: in prima parte facit quod dictum est: in secunda vero soluit rationes antiquorum probantium vacuum esse ibi. (Neque vna necessitas). In prima parte philosophus ponit tres descriptiones vacui: quarum secunda incipit ibi. (Alio autem modo) tertia ibi. (Quorum autem de loco). Tex. co. 57.

Prima descriptio vacui antiquorum fuit ista: vacuum est illud in quo nihil est quam descriptionem apparenter suadebant sic: vacuum est illud in quo non est aliquod corpus: igitur vacuum est illud in quo non est aliquod ens: ⁊ per consequens vacuum est illud in quo nihil est: prima consequentia tenet per eos ex hoc: quia ens ⁊ corpus conuertuntur cum omne corpus sit ens: ⁊ omne ens sit corpus: secunda vero consequentia iterum tenet ab vno conuertibili ad reliquum: quia non ens ⁊ nihil conuertuntur: antecedens autem arguebant ex eo: quia omne corpus est in loco: igitur illud videtur esse vacuum in quo non est aliquod corpus. Lege litteram. (Ad quale autem se habeat). idest ad quam partem declinandum sit oportet accipere quid significet nomen vacui: videtur autem aliquibus vacuum locus esse in quo nihil est: huius autem causa est: quia omne quod est corpus opinantur esse autem corpus in loco est: vacuum autem in quo nullum corpus est: quare sicubi non est corpus nihil esse hic opinantur illi. (Corpus autem). Ex probatione huius diffinitionis inferebant vnam aliam conuertibilem cum illa: videlicet

vacuū est illud in quo nō ē aliqd graue aut leue quā ꝓbabant sic: oē corpus tangibile habēs grauitatē aut leuitatem est graue aut leue: sed oē corpus est corpus tangibile habēs grauitatē aut leuitatē: igiť omne corpus est graue aut leue: pz ɔsequentia cū maiori: minor aūt erat eis famosa: videbať eniz eis ꝙ graue ꝛ densū inuicem cōuerterentur: ꝛ consequenter leue ꝛ raꝝ: ꝛ qꝛ omne corpus est raꝝ vel densū: ideo cōcludebāt omne corpus esse graue aut leue: aut oē corpus esse corpꝰ tangibile habēs grauitatē aut leuitatē. Tūc arguebāt cōsequenter: oē corpus est graue aut leue: sed vacuum est illud in quo nō est corpus: igiť vacuum est illud in quo nō est aliquid graue aut leue. Lege litterā. (Corpus aūt iterum omne opinātur esse tāgibile: hoc autē ꝙ habeat grauitatē aut leuitatē). Accidit igiť ex syllogismo hoc esse vacuū in quo nihil est graue aliquid aut leue. hoc ꝗdeꝫ igiť ex syllogismo sicut prius diximꝰ accidit.

Notandum ꝙ isti quatuor diffinitiones ponebāt inuicē conuerti: prima erat: vacuū est illud in quo nihil est: secūda diffinitio: vacuū est illud in quo nō est aliqͦd corpus: tertia diffinitio: vacuū est illud in quo nō est aliqͦd corpus tāgibile habēs grauitatē aut leuitatē: quarta diffinitio: vacuū est illud in q̄ nō est aliqd graue aut leue: ꝛ pñter quelibet rō ꝓcedēs contra vnā istaꝝ diffinitionum procedit cōtra oēs ꝺm fantasiā illoꝝ volētium istos quatuor terminos cōuerti: videlicet ens corpus: corpus tāgibile habēs grauitatē aut leuitatez ꝛ aliqd graue aut leue. (Sed incōueniēs est).

Contra istas diffinitiones arguit phūs: ꝛ primo sic: si vacuū est illud in quo nihil est aut illud in quo nō est aliqͦd corpus: sequitur punctū esse vacuū: pz cōsequētia: qꝛ punctus est illud in quo nihil est cū sit indiuisibile simpliciter: sed consequens est falsū: qꝛ vacuū est spatiū receptiuū alicuius corporis sensibilis ꝺm illos: sed pūctus nihil pōt recipere ꝓpter suā indiuisibilitatē: igitur pūctus nō est vacuum. Lege litteram. (Sed incōueniens est si punctū vacuum sit: oportet enī locū esse illud ꝙ est vacuū in quo loco corporis sit spatiuz tangibilis). i. qui locus sit spatium receptiuum corporis tangibilis.

Dubitatur quia videtur pūctus esse vacuū cū sit locus in quo nihil est: si enim est aliquis locus ꝛ in eo nihil est: opz locum illū esse vacuū: sed centrū mundi indiuisibile est locus p ea que dicta sunt tractatu ꝑrio in quo nihil est igitur ꝛc. ¶ Respōdetur ꝙ duplex est locus vz mensurans ꝛ ambiēs: locus mēsurās diciť locus simplex ꝓpter suaz indiuisibilitatē ab auctore. 6. principioꝝ: ꝛ ab aliīs dr̄ locꝰ quō qꝛ talis locus est ille: quo cognoscuntur oīa elementa ꝛ corpora celestia naturaliter locari: locus vͦo ambiēs est locus cōpositus ꝺm auctorem sex principioꝝ cū sit supficies cōposita ex ptibus quātitatis ꝛ ab aliīs dr̄ locus qui supra q̄ est locans ꝛ cōtinens: si igitur esset aliqs locus ambiēs in quo nihil esset ille esset vacuū: sed nō si est aliquis locus mensurans in quo nihil est ille est vacuū: phūs cōuer dū loqť de loco intēdit de loco ambiente ꝛ nō mensurāte. (Sic igitur videtur). Secundo arguitꝰ phūs contra dictas descriptiones accipiendo vnam earum magis famosam: vz vacuū est illud in quo non corpus tangibile habēs grauitatē aut leuitatē: ꝛ ponat ꝙ aliqͦd sit spatiū habēs in se coloratū vel sonabile: ꝛ nullū corpus tangibile qͦd poterit pangere de actu qͦd apud eos nō erat tangibile: ꝛ queritur vtrum illud spatiū sit vacuū aut nō. si est vacuū. cōtra. vacuū est illud in quo nō est aliquod corpus: sed in illo spatio est aliquod corpus: vz visibile aut sonabile: igitur illud spatiū nō est vacuum si aūt dicitur ꝙ illud spatiū nō est vacuū. cōtra. vacuū est illud in quo nō est corpus tangibile habens grauitatem aut leuitatē: sed in illo spatio nō est hmōi corpꝰ igitur illud spatiū est vacuum: oēs iste cōsequētie tenēt cū suis antecedētibus ex ꝓpriis diffinitionibus ꝛ diffinitionibus illoꝝ antiquoꝝ. Lege litterā. (Sic igitur videt dici vacuū: vno quidē mō nō plenū sensibili corpe ꝺm tactū: sensibile autē ꝺm tactū est grauitatē habēs aut leuitatē: vnde ꝛ sic dubitabit aliqs qd vtiqꝫ dicat si hēat hoc spatiū colorē aut sonū). i. coloratū aut sonabile vtrum vacuum an non ꝛ qualitercunqꝫ dixerint sequitur contradictio.

Dubitatur vtrum omne tangibile sit graue aut leue: ꝛ videtur ꝙ nō de celo qͦd est tangibile cū sit raꝝ vel densū modo raritas ꝛ dēsitas sūt sensibilia cōmunia que ꝑcipiunť a ꝑibus sensibus: ꝛ maxime a tactu vt colligiť a phō secūdo de aīa ꝛ ab alacē ac vitulione in suis ꝑspectiuis ꝛ tamē celū non est graue neqꝫ leue ꝺm phm̄ primo celi. ¶ Respōdeť ꝙ raritas ꝛ densitas que sequūtur calidū ꝛ frigidū iuxta doctrinā cōmētatoris septio huiꝰ sūt sensibilia cōmunia: sꝫ raritas ꝛ densitas celi non sequūtur aliquā qualitatū primaꝝ: ideo illa nō ꝑcipiunť nisi a visu mediāte luce q̄ ē sensibile ꝓpriū: imo si aliqs hēret manū in cōcauo lune nūq̄ sentiret illud: q̄uīcūqꝫ infra orbē nō posset extēdere brachiū ꝓpter soliditatē celi. (Aut manifestū). Tertio arguit phūs cōtra illas diffinitiones sic: vacuū est terminꝰ priuatiuꝰ signās negationē cū aptitudine: igiť nō tātū illud est vacuū in quo nō recipitur corpus tāgibile: qꝛ in celo nō recipiť corpus tāgibile: ꝛ tamē celū nō est vacuū: sed illud in quo nō recipiť corpꝰ tāgibile: ꝛ est aptū natū recipere corpus tāgibile: ꝛ p cōsequēs diminute recipiūt vacuū: ꝛ iā tenēdo opinionē eoꝝ: debet igiť videri si spatiū signatum nō habēs corpus tāgibile est aptū natū habere corpus tāgibile aut nō: si nō habet corpus tāgibile ꝛ est aptū natū habere corpus tāgibile ipm est vacuū si aūt nō est aptū natū habere corpꝰ tāgibile illud non debet dici vacuū. Lege litterā. (Aut p sed manifestū est si quidē illud spatiū nō habēs corpus tāgibile acciperet corpꝰ qͦd tangit). i. sit aptū natū accipere corpꝰ tāgibile: necesse est illud vacuū esse: si vͦo nō est aptū natuz accipere corpꝰ tāgibile minime est illud vacuuz. (Alio aūt modo). Secūda descriptio vacui alioꝝ antiquorum fuit ista: vacuū est illud in quo nō est aliqd demōstratū suba corpalis vel accñs: ꝛ ex hoc dixerūt platonici vacuū esse māꝫ: nā qꝛ opposita habēt fieri circa idē ꝛ ipsi dixerūt locū esse mām: ideo cōsequēter mām primā dixerunt esse vacuū. Lege litterā. (Alio aūt mō dixerūt aliī). s. vacuū esse illud in quo nō est hoc aliqd neqꝫ substantia aliqua corporea: neqꝫ accidens: vnde dicunt quidā. s. platonici vacuū esse corporis mām. (Omne quidem). ¶ Cōtra eos arguit phūs eodē argumento quo supra ꝓbauit mām nō esse locū: quoniā materia nō separať ab illo: cuiꝰ est materia: vacuum autem separatur ab illo cuius est locus per opinionem illorum: igitur vacuū non est materia. Lege litterā. (Qui quidem ꝛ locum dicentes idem hoc esse). scilicet materiam non bene dixerunt. (Materia quidem enim non separabilis est a rebus: vacuū āt querūt sicut sepabile.

Tex. cō. 58.

Tex. cō. 59

Notandum quod contra hanc opinionem procedit primum argumentum factum contra aliam descriptionem, probando punctum esse vacuum: quoniam punctus est illud in quo non est substantia corporalis neque accidens propter suam indivisibilitatem. (Quoniam autem de loco). Tertia descriptio vacui est ista: vacuum est locus privatus corpore: ista descriptio est philosophi quae sequitur ex destructione aliarum descriptionum: una cum determinatione precedente de loco: in qua ostensum est quid est locus: et quid non est locus: unde arguitur sic: vacuum est illud in quo nihil est: aut est illud in quo non est aliquid demonstratum substantia corporalis aut accidens: aut est locus privatus corpore: sed vacuum non est illud in quo nihil est: nec est illud in quo non est aliquid demonstratum substantia corporalis aut accidens: igitur vacuum est locus privatus corpore: patet consequentia cum maiori a sufficienti divisione: et minor est probata in reprobatione illarum descriptionum. Lege litteram. (Quoniam autem de loco determinatum est et vacuum necesse est esse locum sicut privatum corpore: locus autem quomodo est: et quomodo non est dictum est.

Tex. co. 60.

Sed dubitatur quia si vacuum est locus privatus corpore: igitur vacuum est: patet consequentia a tertio adiacente ad secundum adiacens: imo videtur quod implicet illa diffinitio contradictionem: quia illud quod est locus est plenum corpore et illud quod est privatum corpore non est plenum corpore. ¶ Item omnis diffinitio est principium demonstrationis secundum philosophum in prologo de anima: et primo posteriorum: sed hoc non est principium demonstrationis cum de vacuo nihil possit affirmative demonstrari: igitur etc. ¶ Ad primum dicitur quod non accipitur ibi illud verbum est pro actu exercito: sed pro actu signato .i. vacuum significat idem quod locus privatus corpore neque valet argumentum a tertio adiacente ad secundum adiacens cum termino distrahente: quia non sequitur Cesar est mortuus seu privatus vita: igitur Cesar est: propterea non implicat illa diffinitio contradictionem sicut nec ista propositio Cesar est homo mortuus: licet omnis homo vivat: et nullum mortuum vivat: supponit enim ly homo non pro homine qui est: sed qui fuit. ¶ Ad secundum dicitur quod sola diffinitio exprimens quid rei est principium demonstrationis: hec autem est diffinitio exprimens quid nominis que precognoscitur ante demonstrationem iuxta doctrinam Aristotelis in prologo posteriorum. ¶ Ex ista descriptione Aristo. infert primo quod vacuum non est spatium separatum a corporibus neque ibibitum corporibus ut dixerunt antiqui: quoniam vacuum est locus privatus corpore: sed locus non est spatium separatum a corporibus: nec ibibitum corporibus: igitur etc. patet consequentia cum maiori per descriptionem vacui: et minor est manifesta ex determinatis: quoniam omne spatium est corpus sive sit separatum sive inseparabile: locus autem non est corpus cum sit superficies carens profunditate. Lege litteram. (Manifestum est quoniam sic dicunt) .i. spatium vacuum non est neque separatum neque inseparabile .i. ibibitum corporibus: vacuum enim non corpus: sed corporis spatium volunt esse antiqui quod implicat: quia tale spatium cum habeat ex se trinam dimensionem oportet illud esse corpus. ¶ Secundo infert philosophus quod eadem ratione posuerunt antiqui vacuum propter quam ponitur locus: sicut enim ponitur locus ut mobilia moveantur ad locum et recipiantur in illo ne fiat penetratio corporum: ita ponebant vacuum ut mobilia reciperentur in vacuo ad tollendum penetrationem corporum: et sicut locus est causa motus localis: ita dixerunt antiqui vacuum esse causam motus localis: ita quod non solum vacuum est propter motum localem: sed etiam motus localis est propter vacuum. Lege litteram. (Unde et vacuum videtur aliquid esse quia et locus aliquid est: et propter hoc acceptum est vacuum propter quod acceptus est locus: et propter

Tex. co. 61.

enim motus qui est secundum locum et locum dicentibus esse aliquid preter corpora incidentia: et hijs qui vacuum) .i. dicentibus locum esse separatum a locatis: et ponentibus vacuum ponere motum localem propter ponderationem: causam autem motus opinantur esse vacuum: sicut in quo movetur: tum mobile: hoc autem erit quare locum quidem dicunt esse talem: et propter istam causam propter quam dicunt vacuum dicentes locum esse: quia apud illos idem est locus et vacuum.

Sed dubitatur si motus localis est propter vacuum et vacuum est propter motum localem: sequitur quod idem est causa et effectus respectu eiusdem in eodem genere cause. ¶ Respondetur negando consequentiam: cum enim dicitur vacuum aut locum esse propter motum localem ly propter dicit causam finalem: cum vero subiungitur quod motus localis est propter locum aut vacuum .i. est causa cognoscendi locum aut vacuum: quia non cognoscitur locus neque vacuum nisi propter motum localem. (Neque autem una.) Ista est secunda pars huius capituli in qua ex descriptione vacui solvit rationes antiquorum: ad primam cum dicebatur nisi vacuum sit non est possibilis motus: negatur consequentia: et tunc ad argumentum: si motus est: igitur illud quod movetur recipitur in pleno vel in vacuo: primo negatur consequentia: quia aliquid movetur motu alterationis quod tamen non recipitur in pleno nec in vacuo: quia non mutat situm: sed hoc Melissus ignoravit: quia non percepit nisi motum localem: secundo conceditur quod illud quod movetur localiter recipitur in pleno: non tamen propter hoc est possibilis penetratio corporum: quoniam unum corpus cedit alteri corpori .i. aqua vel aeri: si enim non cederet corpus corpori indubie esset penetratio corporum: modo ista corpora condensibilia et rarefactibilia cedunt corporibus subintrantibus: ideo non oportet ponere aliquod spatium separatum preter corpora recipientia et recepta: videmus enim quod si proiciatur lapis in aquam statim generantur circulationes aque ad denotandum quod una pars aque cedit lapidi: et iterum alia cedit illi: et sic ultra per certum spatium. Lege litteram. (Neque autem una necessitas est si motus est esse vacuum: omnino quidem igitur omnis motionis nequaquam vacuum est terminus aut locus: unde et Melissum latuit: altera rique contingit plenum absque eo quod recipiat in loco: aut in vacuo: sed neque secundum motum locum .i. neque propter motum localem oportet ponere vacuum: quia simul subingredi adinvicem contingit diversa corpora si nullum spatium separabile sit preter corpora mota. Et hoc manifestum est etiam in continuorum revolutionibus, idest circulationibus sicut in hijs que sunt humidorum. Et si arguitur ex isto quod proiecto lapide in aquam totum elementum aque movetur: et consequenter aer et ignis usque ad celum: quia semper una pars aliam pellit: negatur consequentia: et dicitur quod in tali motu est dare aliquid quod tantum pellit sic quod non condensatur nec rarefit: videlicet lapis et aliquid quod tantum condensatur sic quod non pellit: videlicet ultima pars terminans circulationes aqueas: et aliquid quod pellit et condensatur: videlicet quelibet pars signata inter lapidem et ultimam partem: si enim aqua non condensaretur neque rarefieret indubie una parte mota tota moveretur: sed quia est condensibilis et rarefactibilis una pars aliam pellit cum condensatione: et sicut continue remittuntur impulsiones: ita continue minoratur condensatio usque ad certum punctum ultra quem non vadit condensatio. (Contingit autem). Secunda ratio fuit ista: in condensatione partes corporis moventur versus centrum: et nulla pars aliam ingreditur ne sit penetratio corporum: igitur partes ille que moventur

Tex. co. 62.

Tex. co. 63.

versus centrum recipiuntur in vacuitatibus existentib⁹ intra illud corpus. ¶ Respondet philosophus negā do consequentiam di. ꝙ contingit condensationem fieri absq₃ presentia vacui: quoniam quedam partes corporis condensati dissoluuntur ⁊ exeunt a toto: in quarum locis recipiuntur alie partes ipsius corporis qđ condensatur: verbi gratia cum aqua comprimitur reuertitur in minorē quantitatem: quia partes a corpore commixto cū aqua dissoluūt̄ ⁊ exeūt: in quarū locis succedūt alie ptes aque: ⁊ hoc fit apparet in lana ⁊ lino atq₃ spōgia: sicut igit̄ quādo cōprimit̄ spōgia ptes aeris vel aque exeunt ⁊ ptes spōgie appropinquāt: ita dum cōprimit̄ aqua ptes aeris recedūt ⁊ ptes aq̄ succedunt. Lege litterā. (Cōtingit aūt densari nō in vacuum sed ꝓpter id ꝙ ea que insūt corpi cōdensato eiabūtur vt aqua collisa) .i. cōpressa aerē qui inest contingit exire ⁊ partes aque illius locum subintrare.

Notandum ẜm cōmētatorē cōmēto ꝙ possibile est ꝙ densitas accidit nō ꝓpter exitū ptiū: sed ex alteratione tātū qñ corpus maioris quantitatis transfertur in minorē quantitatem: duplex est condensatio ẜm Commentatorē .s. vera ⁊ apparens tantum: condensatio vera est mutatio corpis de maiori quātitate in minorē quātitatē absq₃ exitu alicui⁹ ab ipso: vt quādo aqua cōdēsatur post calefactionē: ⁊ talis cōdensatio nō fit p solū motū localē: sꝫ p alterationē: cōdensatio aūt tātū apparēs est ꝯstrictio ptiū alicui⁹ corpis p exitū alteri⁹ ab illo sicut est cōdēsatio spōgie: nō enī spōgia a q̄ exeūt ptes occupat minorē locū ꝙ̄ pri⁹ ẜm veritatē: qꝛ prius nō occupabat totū locū cū ptes exeūtes ptē loci occupauerint lꝫ appareat ꝙ occupet minorē locū ⁊ sit minoris q̄titatis ꝙ̄ ante: qđ tamē nō est verū: ⁊ talis cōdēsatio fit p solū motū localē (Et augmētari). Tertia rō fuit ista: augmētatio fit aduenīēte corpeo: aut igit̄ illud corporeū recipit̄ in pleno aut in vacuo: nō in pleno: qꝛ nō est possibilis penetratio corpoꝝ: igit̄ in vacuo. ¶ Respōdet phs ꝙ cōtingit aliqđ augeri p alterationē nullo extrinseco aduenīēte: vt cū aqua trāsmutatur in aerē auget̄ aqua per alterationē ⁊ nō p aliqđ extrinsecū corporeū aduenīēs. Lege litterā. (Et augmētari aliquid cōtingit nō solū igrediēte aliquo extrinseco corpeo: sꝫ ⁊ alteratiōe vt si aqua fiat aer.

Notandum ẜm cōmētatorē cōmēto .63. ꝙ istud tex. augmētum trāsumptiue: augmētū enī in rei veritate non est nisi in aīato. ¶ Intēdit cōmētator istā distinctionē ꝙ duplex est augmētatio .s. vera ⁊ trāsūptiua: augmētatio vera est maioratio corpis aīati p cōuersionē alimēti in maiores ptes ꝙ̄ est deꝑditū: augmētatio trāsūptiua est maioratio corpis inaīati p alterationē absq₃ acq̄sitiōe ptis de nouo: ⁊ sic augētur elemēta grauia qñ ex eis gñant̄ elemēta leuia. ¶ Cōsimilr̄ dicat̄ de diminutione ꝙ duplex est diminutio .s. vera ⁊ trāsūptiua: diminutio vā ē miōratio corpis aīati p maiorē resolutiōeꝫ ptiū ꝙ̄ fuit restauratio: diminutio trāsūptiua est minoratio corpis inaīati p alterationē absq₃ deꝑditiōe alicuius partis: ⁊ sic diminuūtur elemēta leuia: qñ ex illis debēt generari elemēta leuia. Et si prius talis diminutiō dicta est cōdensatio vera: nō tamē diminutio vera sicut maioratio elemētoꝝ p alterationē dicit̄ vera rarefactio: nō tamē vera augmētatio. ¶ Ex p̄dictis seq̄tur ꝙ sicē duplex est cōdēsatio .s. vera qñ ex aere fit aq̄ ⁊ apparēs tantū vt quādo ptes spongie aut lane constringuntur per solū motū localē: ita duplex est rarefactio: vꝫ vera quādo ex aqua fit aer ⁊ apparens tantuꝫ quādo ptes spōgie aut lane dilatātur per solū motum localē. Et sicut duplex est augmētatio .s. vera ⁊ trāsumptiua: ita duplex est diminutio: vꝫ vera ⁊ transūptiua: augmētatio ⁊ diminutio vera nō reperit̄ nisi in corpibus aīatis: augmētatio aūt ⁊ diminutio trāsūptiua inuenitur in corpibus inaīatis p alterationē eo modo quo dictū est. (Oīno āt). Quarta rō erat de vase pleno cineribus tātū recipiēte de aqua quātū sine illis ꝙ̄ Aristo. nō soluit sed īducit difficultatē vna cū rōne tertia tāgēte verā augmētationē: ponēdo enī vacuū ibi bitum corpibus: sequit̄ ꝙ vera augmētatio fit nullo corporeo aduenīēte aut ꝙ duo corpa seinuicē penetrant: aut ꝙ nō cuiuslibꝫ qđ auget̄ quelibet ps auget̄: ⁊ ꝙ sequatur alterū istoꝝ arguit̄ querēdo vtrū vera augmētatio fiat aliquo corpeo aduenīente aut nullo: si nullo habet̄ primū incōueniēs: si aliquo corpeo: aut igit̄ recipitur in aliqua pte aut in nulla: si in aliqua pte duo corpa seinuicē penetrāt et hētur scḋꝫ incōueniēs: si aūt nō recipitur in aliqua pte: sequit̄ ꝙ nō cuiuslibet qđ augetur quelibet ps auget̄: imo nulla ps auget̄: qđ ē tertium incōueniēs. ¶ Cōsimilr̄ arguat̄ de cinerib⁹ vtrū aqua recipit̄ in aliq̄ pte cineꝝ aut in nulla: si in aliqua pte: igitur est penetratio corpoꝝ: si in nulla: igitur totū vas est vacuū: ⁊ nihil hꝫ de cinerib⁹: nō enī est ymaginabile tātā aquā ingredi illud vas nisi totū vas sit vacuum aut sit penetratio corpoꝝ. ¶ Dicit ergo phus ꝙ ista rō seipsaꝫ īpedit: dicit̄ enī aliqua rō seipsaꝫ īpedire qñ ita fit cōtra ꝓpriā opinionē: sicut cōtra alienaꝫ: ⁊ ita nō demonstrat hr̄ ratio vacuum esse: sed tantum petit solutionē cōmunis difficultatis facte tam cōtra ponentes vacuum ꝙ̄ cōtra non ponentes vacuum .s. quomodo fit vera augmētatio: vtrū aliquo corporeo aut nullo: ⁊ si aliquo corporeo vtrū recipiatur in aliqua parte aut in nulla: ⁊ si recipit̄ in aliqua pte vtrum per penetrationem vel sine penetratiōe: similiter de aqua recepta in cineribus vtrū recipiatur in aliqua parte aut in nulla: ⁊ quō in aliqua pte aut in nulla. Lege litteram. (Omnino aūt ⁊ que est de augmēto: ratio ⁊ in cinere diffuse aque ipsa seipsam īpedit: aut enim nō auget̄ qđ libet) .i. aliqua pars acti aut non corpore extrinsecus aduenīente: aut contingit duo corpora in eodem esse. Dubitationē igitur volūt cōem soluere: sed non demōstrant vacuum: quomodo aūt omne corpus necesse ē vacuum: sed demōstrant potius quomodo opꝫ totuꝫ corpus esse vacuum si penitus aliquid augetur ⁊ augetur p vacuū: eadem autem ⁊ in cinere ratio est. Tex. cō. 63.

Notandum ꝙ phus has rationes de augmēto ⁊ de cineribus hic non soluit: quia earum solutio spectat ad librum de generatione. In primo enim de generatione declaratur modus quo fit vera augmētatio: scilicꝫ per intus sumptionem alimenti conuersi in naturam aīati per maiores partes quam fit deperditum: ⁊ tunc ad argumentum dicitur quod alimentum non recipitur in vacuo: sed in pleno: quoniam in corpore viuente sunt quedam partes porose: ⁊ quedam non porose: partes porose sunt plene aere aut alio subtili corpe in quibus recipitur alimentum: neq₃ est penetratio corporum: quia illa corpora subtilia cedunt alimento ⁊ exeunt a corpore augmentabili. ¶ In secundo autem de generatione manifestatur modus alterationis generationis ⁊ corruptionis elementorum per primas

qualitates contrarias mediantibus quibus ex quolibet elemento potest alterum generari cu͂ omnia elementa habeant contrarietatem in duabus qualitatibꝰ primis: aut in vna: que quidem contrarietas ⁊ consequenter actio ⁊ reactio inuenitur in mixtis secundum predominia elementorum: quia igitur aqua est frigida ⁊ humida ⁊ cineres cum sint de natura terre sint frigidi ⁊ sicci agunt inuicem ⁊ patiuntur secundum humiditatem ⁊ siccitatem que inuicem contrariantur: ideo alique partes aque corrumpuntur a siccitate cinerum ⁊ alique partes cinerum corrumpu͂tur ab humiditate aque: ⁊ signu͂ adducit co͂mentator quoniam si comprimuntur cineres nunq͂ tanta aqua exibit quanta infusa est ⁊ postq͂ cineres desiccati fuerint non amplius replebunt vas. ecce quomodo vas non recipit tantum de aqua quanta est continentia cinerum cum alique partes aque corru͂pantur. non etiam illud vas est plenum cineribus tantum cum illis sit admixtus multus aer qui petit exitum in subintroitu aque. ¶ Ultimo epilogat philosophus circa responsiones ad rationes antiquorum. di. quod quidem igitur ⁊ ex quibus demonstrant vacuum soluere facile sit manifestum est.

Contra dicta

de vacuo solent fieri duo motiua quorum primum est de duobus lapidibus planis seinuicem co͂tingentibus absq͂ medio alterius corporis: quorum vnus incipit ab altero eleuari: ⁊ patet ꝙ imediate post hoc nihil erit in centro illorum lapidum quoniam immediate post hoc illi lapides non se tangent in centro cum vnus eorum erit ab alio eleuatus: neq͂ ibi erit aliquis aer supposito quod isti lapides sint in aere: quia motus non potest subito fieri. 6ᵒ phisicorum: igitur immediate post hoc in centro erit vacuum. ¶ Secu͂dum motiuum est ꝙ phyala plena aqua calidissima posita in aere frigido bene clausa ⁊ coopta sic ꝙ nullus aer possit ingredi: ⁊ patet ꝙ illa aqua infrigidabitur ⁊ condensabitur acquirendo minorem locum: igitur in aliq͂ parte phyale remanebit vacuum. ¶ Ad primum potest dici non admittendo positum: quia ait philosophꝰ secundo de anima ꝙ non est possibile duo corpora dura seinuicem imediate tangere in aere vl' in aqua: ⁊ hoc dixit philosophus: ne cogeretur concedere vacuum posse esse: aut motum indiuisibiliter fieri: tamen quia illud non implicat contradictionem admisso casu concedo quod aer immediate post hoc erit in centro illorum lapidum. nec est inco͂ueniens motum fieri subito loquendo large de motu vt se extendit ad omnem tra͂smutationem tam subiecti quam successiuam: non tamen est illud possibile de motu proprie dicto qui me͂suratur tempore: ideo proprietalis exitus de potentia ad actum dicitur mutatio ⁊ non motus. ¶ Consimiliter respo͂detur ad vnum argumentum ꝙ solet fieri ꝙ corpore quadrato posito in aqua cuius vna superficierum est equilibrata superficiei aque: quod quidem incipit descendere ⁊ simpliciter cooperari aqua: in quo casu arguitur ꝙ latera aque aut imediate post hoc erunt vnita vel diuisa: si diuisa habebitur vacuum. si vnita motus fiet subito: istud vltimum est co͂cedendum loquendo de motu large. ¶ Ad secundum co͂ceditur quod illa aqua infrigidabitur non tamen propter hoc co͂densabitur: nec est necessarium ꝙ ad omnem infrigidationem sequatur condensatio: quia cum ex terra generatur aqua continue magis infrigidatur materia: non tamen condensatur sed rarefit. ⁊ si in casu illo condensabitur aqua propter raritatem ⁊ maiorationem loci repugnantem nature illiꝰ necessario frangetur phyala vt subintraret aer ⁊ hoc a principio intrinseco ad declinandum vacuum ¶ Ex ista responsione soluitur difficultas de folle optime clauso per totum: cuius latera se immediate tangu͂t absq͂ alio corpore contento condensibili aut rarefactibili. dicendo ꝙ nulla potentia naturalis posset vna͂ partem ab altera eleuare: aut si eleuaret necessario fra͂geretur corium vt subintraret aer: quare ⁊c.



Quoniam Tex. co͂. 64. autem no͂ est vacuum Istud est tertium capitulum huius secundi tractatus in quo philosophꝰ destruit vacuu͂ postq͂ soluit ad rationes antiquoru͂ dupliciter peccauerunt antiqui primo quia nesciuerunt quid importatur nomine vacui. secundo quia co͂cesserunt vacuum esse: ppterea philosophus reprobatis descriptionibus vacui datis per antiquos assignans veram descriptionem vacui reprobat vacuum esse in quo etiam peccauerunt. Ideo diuiditur istud capitulum in tres partes in quarum qualibet probat nullum vacuum esse q̄ꝺ sit dime͂sio separata a corporibꝰ naturalibus. Prima igitur pars ꝓbat nullum vacuum separatum esse rationibus sumptis ex parte motus ⁊ quietis. Secu͂da rationibus sumptis ex parte velocitatis ⁊ tarditatis in motu ibi. (Amplius aute͂ ⁊ ex his. Tertia ꝓbat idem rationibus sumptis ex parte naturalitatis vacui ibi: (⁊ per se autem considerantibus. ¶ In prima parte philosophus ponit quattuor co͂clusiones quarum prima est ista. vacuum no͂ est causa finalis motus s'm locum. Secunda co͂clusio. vacuu͂ non est dimensio separata receptiua corporis. ibi (⁊ q͂ modo lazerit) Tertia ꝯclusio. si vacuu͂ est tollitur ois motus localis ibi (accidit aut. Quarta co͂clusio ipossibile est vacuum ee͂ ꝙ sit spaciu͂ ibi (deinde quonia͂ omnis motus.) Prima co͂clusio arguitur dupliciter ⁊ primo sic. diuersorum corporum naturalium diuersi su͂t motus locales naturales vt ignis motus sursum ⁊ terre motus deorsum: igitur isti motus habent diuersas causas finales. patet consequentia: quia diuersorum secundum speciem non potest esse eadem causa finalis proxima ⁊ immediata: si enim motus sursum ⁊ deorsum eadem esset causa finalis proxima non esset ratio quare magis ignis quam terra moueretur sursum: ⁊ quare magis terra quam ignis moueretur deorsum: sed in vacuo non sunt diuerse nature per quarum vnam possit esse vnus motus ⁊ per aliam motus contrarius cum separetur ab omni virtute naturali: igitur vacuum non est causa finalis motus secundum locum: cuius opposi͂tu͂ dixerunt antiqui. l. e. lit. (Quoniam autem non est vacuum sic diuisum) idest separatum (sicut quidam dicu͂t dicemus iterum. Si enim est vniuscuiusq͂ loci mutatio aliqua simplicium corporum natura vt ignis quidem sursum terre autem deorsum ⁊ ad medium quod est ce͂trum mundi) manifestum est quod non vacuum erit causa loci mutationis ⁊ consequenter non est causa alterius motus (cuius igitur) motus causa erit vacuum

videtur autem esse motus secundum locum: huius autem causa non est) vt est probatum: igitur nec alterius motus erit causa vacuum.

Notandum primo ſm cōmentatorē cōmento. 64. ꝙ Aristot. (in primis sermonibus declarauit ꝙ vacuū non est cā formalis motus: ⁊ in hoc sermone declarauit ꝙ nō est cā finalis) dupliciter antiqui ponebāt vacuū propter motum: primo vt esset de ratione formali motus sic ꝙ non posset fieri motus absq; vacuo. Secundo vt esset cā finalis motus: sic ꝙ corpora mobilia mouerentur ad vacuum tanꝙ ad finem nālez. primum est superius reprobatū rñdendo ad rōnes antiquorum vbi ostensum est motum alterationis fieri absq; vacuo ⁊ motū localem ⁊ motum rarefactionis ⁊ ꝯdensationis ⁊ motum augmentatiōis ⁊ diminutiōis. Secundū autem hic reprobatur ostendendo vacuū non esse cām finalem motus ex quo est eiusdem nature per totū ⁊ corpora simplicia cum suis motib⁹ sunt diuersaꝝ naturaꝝ. Si enim vacuū esset causa finalis motus ad ꝗcunq; partem vacui corpus nāle moueretur semper cōsequeretur finem propter quem moueretur ex quo vacuum esset eiusdem nature per totum.

Secundo notandū ſm Cōmen. ꝙ (Alexander exponit hunc locum: ita ꝙ si nā sit cā translationis corpoꝝ naturalium vacuum nō est causa translationis: ⁊ cum nō fuerit causa alterius non erit ens oīno.) Expositio Alexandri fuit ista ꝙ Aristo. per cām intelligit causam effectiuā sic ꝙ vacuum non est causa effectiua motus localis: sed natura corporis mobilis: ita ꝙ natura ignis est cā mot⁹ sursum ⁊ natura terre est cā motus deorsum: ⁊ si vacuū non est causa effectiua motus non est ꝯsequēter aliqua alia causa motus .s. finalis formalis vel materialis: ⁊ per cōsequens non est. pꝫ cōsequentia: q2 non ponunt antiqui vacuum: nisi vt sit causa.

Tertio notandū ſm cōmentatorem eodem cōmento ꝙ (ista ꝯdictio est propria ponentibus vacuum: q2 est cā agens translationis ad superius non ponentibus ipsum esse cām materialem translationis.) Intendit cōmentator ꝙ implicat ꝯdictionem corpora naturalia diuersis motibus naturalibus moueri ſm speciem ⁊ vacuum esse cām effectiuā omnium illorum motuum: sed non implicat contradictionem corpora naturalia sic moueri ⁊ vacuū esse cāz materialez illorū motuum. ℂ Primum patet q2m iam medium mundi non potest esse cā omnium motuū localium naturalium: nec etiam cōcauū lune: ⁊ hoc ideo quia medium mundi est eiusdem rationis ⁊ concauuz lune est idem ſm speciē: sed si vacuū eēt ipsum esset eiusdem rationis in omnibus suis partibus: igitur nō posset esse causa effectiua diuersoꝝ motuum ſm speciez: implicat igitur diuersos esse motus ſm speciem ⁊ vacuuz esse causam effectiuam illoꝝ. ℂ Secundū etiam declaratur: nam ponentes vacuum esse causam materialem motus localis non ponunt vacuū esse causam nisi per ꝙ adaptatur motus siue causam receptiuā mot⁹ ⁊ mobilis moti in ipso vacuo cum quo stat pluralitas motuum diuersorum in specie: sicut iam materia prima est eiusdem rationis per totum: ⁊ tamen in diuersis partibus habet formas diuersarum rationum.

Quarto notandū ſm cōmentatorem eodem cōmento ꝙ (apparet ex hoc sermone bene ꝙ vacuum nō est locus: q2m si vacuum esset locus in quo non erat corpus: ⁊ transferret̄ ad ipsum corpus essent in eo superius ⁊ inferi⁹: sed in eo nō sunt superius ⁊ inferius: igitur non est locus: ⁊ cum nō fuerit locus non erit ens: quoniam in diffinitione eius dicitur quod est locus) arguit cōmentator sic. vacuuz non est locus: igitur non est ens. patet cōsequētia: quia locus ponitur in diffinitione vacui: antecedēs pbatur: nam si vacuum esset locus in eo mouerent̄ diuersa corpora motibus diuersis tam secūdum speciem ꝙ contrarijs ⁊ per consequens in eo essent inferius ⁊ superi⁹ quod est falsum cum sit eiusdem rationis per totum. ℂ Sed dubitatur quia dato per imaginationem qḋ intra concauum lune nihil esset nisi vacuum: adhuc in eo assignaretur superius ⁊ inferius: nam illa pars vacui esset superius que esset iuxta concauum lune: ⁊ illa esset inferius que esset prope centrum mundi. ℂ Respondetur ꝙ inferius ⁊ superius possunt dicere tantū situm mundi: ⁊ sic in vacuo esset superius ⁊ iferius: aut situm mundi vna cum virtute preseruatiua corporum naturalium: ⁊ sic non esset in vacuo sursum ⁊ deorsum ſm quem modum loquūtur philosophus ⁊ cōmentator de superiori ⁊ inferiori in vacuo ⁊ non alio modo ℂ Ex predictis sequitur ꝙ vacuum esse causam finalem formalem aut effectiuam vna cum diuersitate motuum secundū speciem implicat cōtradictionem non tamen implicat cōtradictionem ipsum esse causam materialem motus: vt dictum est: tamen impossibile est vacuum esse aliquo modo vt ex sequentibus rationibus apparebit ꝓpterea bene dicit philosophus in littera ꝙ postꝙ supra probauit vacuum non esse. videlicet causam formalē: iterum probabitur illud non esse causam finalem ⁊ cōsequenter illud nullo modo esse. ℂ Amplius sicut.) Secundo arguitur ad eandem conclusionem sic. dato quod vacuum sit causa finalis motuum naturalium localium: sequitur vnuz istorum: aut quod nullum corpus naturale positum in vacuo mouebitur aut quod aliquid simul mouebitur motibus contrarijs. vtrunq; est inconueniens antiquis ⁊ probatur alterum illorum sequi: nam posito corpe naturali in vacuo queritur vtrum mouetur ad aliquam partem vel ad nullam: si ad nullā: igitur non mouetur: qḋ est primum incōueniens. si ad aliquam: ⁊ cum non sit ratio quare plus ad vnam partem mouetur quam ad aliā igitur mouetur ad quālibet partem vacui ⁊ per consequens mouetur motibus contrarijs: qḋ fuit secūdū inconueniens. Te. lit. (Amplius sicut aliquod velut loc⁹ priuatum corpore cum sit vacuum) vt patet ex diffinitione vacui: (quomodo mouebitur positum in ipo corpus) aut igitur motibus contrarijs aut nō mouebitur (non enim iam in omne) .i. non mouebitur ad quālibet partem: igitur ad nullam. ℂ Istam rationem applicat philosophus ad locum. di. quod eadem est ratio de loco ⁊ de vacuo: si enim locus ponatur dimensio separata a corporibus naturalibus tūc corpus positum in loco: aut non mouebitur omnino neq; sursuz neq; deorsum: aut mouebitur simul sursum ⁊ deorsuz ⁊ ita simul mouebitur motibus contrarijs: quia non est ratio quod moueatur ad vnam partem ⁊ non ad aliam cum in dimēsiōe separata nulla sit specifica partium diuersitas. Te. lit. (Eadem autem ratio) facta contra vacuum sit (Et ad locum esse opinantes separatuz inquit fertur quod fertur quō .n. mouebit̄ positūz) corpus in eo: (aut manebit) sp sine motu: aut mouebitur (⁊ desursū ⁊ deorsū) sit motib⁹ ꝯrijs (⁊ ĩ vacuo cōsi

Tex. cō. 65.

eadem rõe inerit vacuum .n. locum faciunt esse dicto.

Notandum ꝙ ista ratio differt a p̄ma p̄mo quia in p̄ma ratione accipitur vacuum tantū vt habet ratiõem finis in hac vero secunda ratione vt habet rationem finis ⁊ medij. Secũdo quia in p̄ma ratione comparatur vacuum ad diuersa mobilia. in hac vero secũda comparatur vacuū ad idem mobile propterea dicit cõmentator hic cõmento. 65. ꝙ in p̄ma ratione accipitur vacuum vt non habet cõuenientiam cum re mota: in hac vero vt habet cõuenientiam sicut locatum cũ suo loco. ⁊ intendit inquit cõmentator philosophus hanc diuisionē si vacuum esset corpus positum in eo aut vbiqꝫ quiesceret: ꝙ nõ est dicendum: aut moueretur motibus contrarijs: qđ ẽ impossibile: aut diuideretur ad diuersas ꝑtes vacui: cuius oppositum experimur. duas partes diuisionis inq̄t cõmentator posuit Aristo. tertiã aũt non posuit: q2 sequit̃ ex dictis. vñ q2 partes vacui sunt eiusdem rõnis non apparet ꝑ quid moueretur vna pars corporis n̄ālis ad vnam ꝑtem vacui ⁊ alia ad aliam. ¶ Ex predictis infert cõmentator duo incõuenientia ꝯ ponentes tam vacuum ꝙ̃ locum esse dimensionẽ separatã. p̄mũ incõueniens ꝙ cum ipsi interrogant de cã ꝑ ꝙ̃ quedam corpora mouẽtur in vno loco ⁊ q̄escunt in alio non p̄nt dare cãm: dimensiones eniꝫ q̄ abstrahunt a materia inquit ipse non habebũt potentiam nedum vt habeant potentiam nõ cõsimilem: ita ꝙ faciant quietem in aliquo motũ ⁊ motum in alio. ¶ Secũdum incõueniens ꝙ q̄ñ interrogãtur de differentijs q̄bus locus diuidit̃ in superius ⁊ inferius non possunt dare aliqđ ex dimensionibus cũ ille sint separate a m̄ã ⁊ ab omni virtute n̄āli: ⁊ totum hoc est cõtrariũ ei: qđ accidit dicentibus locum esse vltimũ continẽtis: q̄ñ cum huius modi locus ꝯiungatur materie naturali hꝫ in se virtutẽ ꝓpter ꝙ̃ mouent̃ ad ip̄m corpora

Tex. co. 65. n̄ālia. ¶ Et q̄ño iam erit. Secũda ꝯclo vacuum non est dimensio separata receptiua corpꝭ ꝓbat̃ dupliciť ⁊ p° sic: si vacuũ est dimẽsio sepata receptiua corporis: igitur si corpus ponat̃ in vacuo aut in loco: qđ idẽ est quelibet ꝑs corpꝭ erit per se in loco sicut ⁊ totũ corp° ꝯñs falsũ: q2 lꝫ pars separata a toto sit per se in loco: non tñ ꝑs ꝯiuncta: lꝫ sit ꝑ se in toto. ꝑs ergo ꝯiuncta est per se in toto ⁊ ꝑ accñs in loco: sed ꝯñs arguit̃: nam si corpus recipit̃ in vacuo aut in loco sepato dimensiue: igitur sicut totus locus penetrat totũ corpus: ita medietas loci medietatẽ corpꝭ: ⁊ tertia ꝑs loci tertiã ꝑtẽ corporis: ⁊ sic in infinitũ: igitur nõ est rõ ꝑ ꝙ̃ totũ corp° ẽ per se in loco q̄n eadem rõne q̄libet ꝑs corpꝭ sit etiaꝫ ꝑ se in loco. Le. lit. (Et q̄ño iam erit corp° in loco aut in vacuo: nõ .n. accidit) ꝑtem eẽ in loco (cũ totũ positũ sit sicut in sepato loco ⁊ sufferẽte), .i. recipiẽte (corpe: ꝑs .n. nisi seorsum ponat̃ non erit in loco: sed in toto ꝑ se (Amplius) Scđo arguit̃ sic: locus nõ ẽ dimẽsio separata receptiua corpꝭ: igitur nec vacuũ ꝓꝫ ꝯñs: q2 idem est locus ⁊ vacuũ per diffinitionẽ vacui: añs aũt est ꝓbatum tractatu p° vbi est oñsum non solum incõueniens adductũ in p̄ña rõne: sed ẽt aliud maius. vꝫ ꝙ est possibilis penetratio corpoꝝ p̄dicamẽti q̄titatis: ⁊ ꝙ duo puncta sunt imediata: ⁊ due linee ⁊ due suꝑficies ĩ eodem corpe: ⁊ ꝙ punct̃ est locus ac linee ⁊ superficiei que oĩa sunt falsa. Le. lit. (Amplius si non est locus dimensio separata neqꝫ vacuum erit dimensio separa-

Tex. co. 66. ta. ¶ Accidit autem) Tertia ꝯclusio: si vacuũ est tollit̃ omnis motus localis. ꝓbatur: vacuũ non habet differentiam in suis partibus sed est eiusdeꝫ rationis in toto ⁊ in qualibet parte: igitur corpus positũ in vacuo non habet maiorem conuenientiam cum vna parte vacui ꝙ̃ cum alia: nec vna pars vacui magis habet virtutem attractiuam ꝙ̃ alia: ergo non est aliqua ratio quare corpus positum in vacuo magis moueatur ad vnã partem ꝙ̃ ad aliaꝫ: sed nõ potest simul moueri ad omnem partem: igitur corpus positum in vacuo necessario quiescit in illo ⁊ per consequens posito vacuo necessario tollitur omnis motus localis: qđ erat probãdum: non ergo ꝓpter motum localem debet poni vacuum vt dixerunt antiqui. ¶ Ista ratio cõfirmatur ex similitudine quorundam. di. terram ideo quiescere in medio mundi: quia equaliter trahitur a circumferentia celi ex omni parte: non enim apparet quare magis ad vnam partem celi ꝙ̃ ad aliaꝫ debeat moueri: igitur per idem habent ponere ꝙ corpus vbicũqꝫ ponatur in vacuo debet quiescere cum non magis ad vnam partem ꝙ̃ ad aliam debeat moueri ex quo nulla pars magis quam alia habet virtutem attractiuaꝫ corporis. Et ita apparet ꝙ isti ponentes vacuum non poterãt ponere motum ⁊ ponentes motum necessario habebant negare vacuum: ideo manifestam cõtradictionem implicabant dicentes: vacuum esse ꝓpter motum localem. Le. lit. (Accidit autem dicentibus esse vacuum tanq̄ necessarium: si quidem erit motus contrarium magis esse: si aliquis intendat non contingere moueri nihil: si sit vacuum: sicut enim propter similitudinem dicentes terraꝫ quiescere sic ⁊ in vacuo necesse est quiescere: nõ enĩ quo magis ⁊ minus mouebitur corpus positum in eo potest apparere (secundum enim ꝙ vacuum est nõ habet differentiam.)

Notanduꝫ ſm cõmentatorem cõmento. 66. ꝙ Aristo. (non intẽdebat verificare sermonem eorum de terra: sed intendebat ꝙ cum fuerit positum in cõtinente potentia attractiua continget: vt res posita quiescat in medio.) Exemplum ergo philosophus adductũ de terra. vꝫ ꝙ ipsa quiescit in medio mundi ꝓpter equalem ⁊ vniformeꝫ attractum celi non est verum: q2 non quiescit in medio mundi ꝓpter illam causam sed ꝓpter grauitatem summam aliter quiesceret violẽter: vbi tamen in concauo orbis lune poneremus virtutem attractiuaꝫ terre ⁊ in ipsa terra non poneremus naturalẽ inclinationẽ ad esse in medio mundi deberemus assignare causam q̄etis terre in medio esse attractum equalem ⁊ vniformeꝫ celi. ¶ Intelligendum ꝙ terrã quiescere in medio ꝓpter attractũ celi intelligitur dupliciter. s. positiue ⁊ negatiue: positiue quidem sic ꝙ in celo sit virtus attractiua terre sicut in magnete est virtus attractiua ferri: negatiue autem sic ꝙ in celo non est aliqua virtus attractiua terre ꝓpterea quiescit terra: q2 non est ratio quare plus ad vnã parteꝫ ꝙ̃ ad aliam moueri debeat: ⁊ isto modo est intelligendũ cum dicitur corpus positum in vacuo quiescere: quia eq̄liter attrahitur a vacuo non quod in vacuo sit virtus attractiua corporis: sed quia in vacuo non est differentia neqꝫ virtus propter ꝙ̃ ad aliq̄ partem vacui debeat moueri corpus.

Contra predicta arguitur probando ꝙ posito vacuo non tolleretur motus localis ⁊ p̄mo sic: tractus corporum naturalium a locis naturalibus fit a vacuo: igitur ⁊c. antecedens patet ex cõmuni modo loquẽdi: illud tñ sic arguitur: q2 si nõ q̄rit̃ a quo fit ille

motus utrum ab intrinseco vel ab extrinseco nõ ab intrinseco: quia non videtur q aq debeat moveri sursum ab intrinseco et ignis deorsum: qr cuilibet corpori simplici inest tantum unus motus simplex per Aristo. primo ce. non etiam ab extrinseco quoniam talis motus esset violentus cum sit motus tractus ut colligit a philosopho. 7° phisicorum. ¶ Secũdo sic posito vacuo adhuc celum moveretur circulariter: et si ignis esset in medio mundi adhuc moveretur ad cõcauum lune: igit nõ tolleretur mot⁹ localis posito vacuo. Neqz ratio philosophi videtur tenere: quia per idem iam tolleret motus localis ex quo omnia loca sunt eiusdem rationis sicut et omnes superficies. ¶ Ad primum dicit Egidius q tractus corporum naturalium non fit ab intrinseco sed ab extrinseco: videlicet a virtute celi: sicut enim magnes attrahit ferrum ut sibi illud uniat: ita celuz habẽs virtutẽ regulatiuaz totius sphere elementorum et omnium partium eius attrahit corpora naturalia ne propter vacuum maneant dissuta. ¶ Ista responsio est difficilis quoniam cum celum sit agẽs mere naturale semper attraheret: idem enim inquantum idem semper est aptum natum facere idem ut habet a philosopho secũdo de generatione. deinde cum secũdum egidium null⁹ motus factus ab extrinseco sit naturalis: nisi agens extrinsecum conferat virtutem passo per q moveatur sed tur motum terre sursum esse violentum si fiat propter declinare vacuũ. patet consequentia quia non imprimitur terre aliqua virtus celi per quaz moveatur sursum: ideo enim motus lapidis sursum est violentus: quia fit ab agente non cõferente vim passo: motus autẽ vaporum sursum est naturalis: quia fit ab extrinseco conferẽte passo virtutem motiuam. ¶ Dicendum igitur aliter quod tractus corporum naturalium a suis locis naturalibus non fit a vacuo positiue: sed tantum negatiue idest talis motus fit ne cõtingat vacuum: unde motus tractus aliquando fit a tota specie ut quando magnes attrahit ferrum aliquando a calido ut quando sol attrahit vapores sursum: aliquando a vacuo tantum ut quando aqua movetur post aerem attractuz p anhelitum in fistula: aliquando a vacuo et calido simul: ut quando caro subingreditur ventosam accenso igne in stupa: tunc enim ignis calefacit aerez et posita ventosa supra carnem ignis ille cõstringitur et aer infrigidatur occupans minorem locum quã ante: ideo ne fit vacuũ fit attractio carnis una cum caliditate inducta inflante carnem seu tumefaciente. ¶ Est igitur dicendum ad secundum quod tractus qui dicitur fieri a vacuo fit ab intrinseco et est motus naturalis competens cuilibz corpori ad omnem differentiam positiõis: et cum dicit philosophus primo ce. quod cuilibet corpori simplici inest tantum unus motus simplex illõ est intelligendũ p se primo et a natura speciei: sed per se non primo et a natura generis cuilibet corpori simplici omnes mot⁹ possunt competere considerantur enim corpora simplicia in eo quod sunt elementa determinate speciei: et sic illis non competit nisi unus motus: considerãtur etiam ut sunt corpora naturalia: et sic illis competũt omnes motus indifferenter naturaliter ab intrinseco ad tollendũ vacuum. ¶ Ad secundum dicitur quod si celum poneretur in vacuo ipsum non moveretur: et dato quod infra celum non esset nisi vacuum separatuz ad intellectũ antiquorum celum circulariter moveretur non quidez in vacuo: sed supra vacuum: si etiam ignis nullum haberet locum preter vacuum separatum ignis nunquã moveretur in illo. q autem in casu illo moveatur a centro mundi ad concauum lune: hoc est quia concauum lune est suus locus naturalis et non vacuum separatũ occupans totam spheram elementorum. ¶ Et cũ dicitur q per idem iam tollitur omnis motus localis: negatur: et licet omnes superficies sint eiusdem ratiõis nõ tamen omnia loca ut supra ostensum est etiaz: quãuis omnis locus sit superficies tamen superficies est species specialissima predicamenti quãtitatis et locus est gen⁹ predicamenti relationis propter respectum quem superaddũ superficiei sub quo genere cõtinentur loca diversarum rationum. videlicet locus terre locus ignis et sic de aliis elementis. ¶ Deinde quoniam omnis mot⁹) Tex. cõ. 67
quarta conclusio. impossibile est vacuum esse quod sit spacium separatum. pro demonstratione huius conclusionis Aristo. premittit istam suppositionem. si motus violentus est necesse est motum naturalem esse. probatur omnis motus est naturalis aut violẽtus: sz posterior est motus violentus q motus naturalis: igitur si motus violẽtus est necesse est motũ naturalem esse. patet cõsequentia: qr non reperitur posterius simpliciter absqz priori. maior est euidens: quia illa divisio datur per immediata cum non detur motus qui nõ sit naturalis aut violentus: minor autem declaratur: nam si alicui corpori potest inesse motus violentus eidez potest inesse motus naturalis et non econtra: quia celo inest motus naturalis et non potest illi inesse motus violentus: igitur prior est motus naturalis quã violẽtus. patet consequentia: quia prius est illud a quo non convertitur subsistendi consequentia: ut est declaratum in postpredicamentis et quinto metaphisice capitulo de priori. si igitur motus naturalis est prior motu violẽto necesse est motum violentum motu naturali esse posteriorem. Ex quibus infert philosophus q si nulli corpori phisico inest motus sm naturam nulli corpori phisico inest aliquis alius motus. patet quia ordie nature prius est motus secundum naturam q aliquis alius motus: sed remoto priori removetur posteri⁹: igitur si nõ est motus sm naturam non est aliquis alius motus in corporib⁹ nãlibus. Le. lit. (Deinde qm ois motus aut violentus aut sm nãm est: necesse ãt est: si qdẽ sit violẽtus esse: et cum qui est secundũ naturã violẽtus qdem enim) qui extra naturam posterior est eo qui est secundum naturam: quare si non secundum naturaz est unicuiqz phisicorum corporum motus: neqz aliorum erit motuum neqz unus.

Notandum secundum commentatorem cõmento. 67. q per istam suppositionem declarat philosophus vacuum non esse (et prima suarum propositionum est q omnis motus aut naturalis aut violentus: idest extra naturam et est manifesta per se: secunda autez q omne habens motum extra naturam habet motum naturalem ista etiam est manifesta per se: quod enim est extra naturam non intelligitur nisi in respectu eius quod nõ est extra naturam quoniam dispositio in hoc est sicut dispositio in habitu et privatione: quoniam habitus prior est privatione in re que caret habitu et hec propositio ut mihi videtur non conceditur ab Auicena et est fatuitas in illo: et cum posuit has duas propositiones conclusit quod illud quod movetur in vacuo necessario movetur motu naturali.) ¶ Prima ppositio cõmenti est ista: hec propositio omnis motus aut est naturalis aut extra naturam est per se manifesta: patet qr

fundatur in primo principio de quolibet esse vel non esse: quelibet enim disiunctiua facta ex partibus contradictoriis: et quelibet cathegorica de predicato disiuncto terminorum contradictorio que dicitur per se nota: vt tu es homo vel tu non es homo: tu es lignum aut non lignum ex eo quia fundatur in primo principio quod est propositio per se manifesta: sed ista propositio omnis motus aut est secundum naturam: aut non est secundum naturam est propositio disiunctiua facta ex partibus oppositis: igitur est propositio per se nota. ¶ Secunda propositio commenti est ista: hec propositio omne habens motum extra naturam est aptum natum habere motum secundum naturam est propositio per se manifesta. patet quoniam motus secundum naturam est sicut habitus et motus extra naturam sicut priuatio cum non cognoscatur motus extra naturam nisi per respectum ad motum secundum naturam: sed habitus prior est priuatione etiam in ea re que caret habitu: igitur si in aliquo est motus extra naturam in eo est aptitudo ad motum secundum naturam. ¶ Tertia propositio commenti est ista. hec propositio habitus est prior priuatione non est concessa ab Auicenna et est fatuitas in illo imaginabatur enim Auicenna quod in materia prima prius est priuatio forme quam forma generanda et in quolibet generabili et corruptibili non esse precedit esse: igitur priuatio est prior habitu: sed fuit fatuitas in Auicenna inquit commentator quoniam priuatio diffinitur per habitum: constat autem partes diffinitionis precedere diffinitum: igitur habitus est prior priuatione. ¶ Quarta propositio commenti est ista: si aliquid mouetur in vacuo illud necessario mouetur motu naturali: ista propositio patet: quia ex his duabus propositionibus. omnis motus est naturalis aut violentus: omne motum extra naturam est aptum natum moueri secundum naturam concludit philosophus omne motum in vacuo necessario moueri motu naturali: quoniam si non detur: igitur quod aliquid moueatur in vacuo et non motu naturali: et arguitur sic omnis motus est naturalis aut violentus per primam: sed istud mobile quod mouetur in vacuo non mouetur motu naturali: igitur mouetur motu violento: tunc sic. omne motum motu violento est aptum natum moueri motu naturali per secundam propositionem: sed hoc mouetur motu violento: igitur est aptum natum moueri motu naturali. s. in vacuo: sed iam mouetur sicut tunc moueretur ex quo in vacuo non est differentia specifica partium: igitur iam mouetur motu naturali.

Contra predicta dubitatur: et primo quod motus naturalis non est prior motu violento: quoniam nullum posterius inuenitur sine suo priori: sed motus violentus inuenitur sine motu naturali: igitur etc. maior patet inductiue: quoniam non inuenitur linea sine puncto: nec numerus sine vnitate: nec homo sine animali: et hoc ideo quia punctus est prior linea et vnitas numero: et animal est prius homine: minor autem est nota ad experientiam: quoniam in lapide moto violenter non reperitur motus naturalis. ¶ Secundo arguitur quod motus naturalis et motus violentus non opponuntur priuatiue: quia priuatiue opposita habent fieri circa idem per Aristo. in postpredicamentis. id enim quod est videns potest fieri cecum et id quod est cecum potest aut potuit esse videns: sed motus naturalis et motus violentus non sunt circa idem: quia aliquid mouetur naturaliter quod non potest nec potuit moueri violenter scilicet celum: igitur etc. ¶ Tertio arguitur quod motus violentus non cognoscitur per respectum ad motum naturalem: quia secundo de anima dicit philosophus quod motus est sensibile per se loquendo de motu locali non tantum naturali: sed etiam violento: quia stat visum cognoscere motum violentum nunquam cognoscendo motum naturalem. ¶ Quarto arguitur quod habitus non sit prior priuatione per rationem Auice. quoniam priuatio materie precedit habitum qui est forma generanda et generaliter non esse precedit esse in rei genitis sicut etiam potentia precedit actum iuxta determinationem commentatoris primo huius dicit. quod adueniente forma potentia corrumpitur. ¶ Ad primum dicitur quod non inuenitur motus violentus absque motu naturali. nec sequitur in lapide est motus violentus et non motus naturalis: igitur inuenitur motus violentus sine motu naturali: sed solum sequitur quod in aliquo inuenitur motus violentus in quo non inuenitur motus naturalis: necesse est enim motum naturalem esse. s. motum celi et contingens est motum violentum esse: adeo non potest inueniri motus violentus sine motu naturali. ¶ Et si arguitur sic. in quocunque reperitur linea in eodem reperitur punctus quia punctus est prior linea: et in quocunque reperitur numerus in eodem reperitur vnitas: quia vnitas est prior numero et in quocunque inuenitur homo in eodem inuenitur animal: quia animal est prius homine: igitur per idem in quocunque inuenitur motus violentus in eodem inuenitur motus naturalis: si motus naturalis est prior violento. ¶ Respondetur negando consequentiam propter equiuocationem prioritatis sumptam in antecedente et in consequente: quoniam punctus est prior linea: et vnitas numero et animal est prior homine prioritate intrinseca et diffinitiua: sed motus naturalis est prior motu violento prioritate extrinseca. videlicet originis et causalitatis: punctus enim est intrinsecus linee: et vnitas numero et animal est intrinsecum homini: motus autem naturalis est extrinsecus motui violento etc. ¶ Ad secundum concedo quod priuatiue opposita habent fieri circa idem non tamen in quocunque reperitur vnum illorum in eodem est reperibile alterum. vnde lumen et tenebra opponuntur priuatiue: et tamen in sole inuenitur lumen in quo non potest inueniri tenebra. similiter etiam motus et quies sunt opposita priuatiue: et tamen in aliquo inuenitur motus in quo non potest inueniri quies. videlicet in celo: et in aliquo inuenitur quies in quo non potest inueniri motus. s. in terra: sed sufficit quod in aliquo possit inueniri tam motus quam quies; et in aliquo possit inueniri tam lumen quam tenebra: ita in proposito non oportet quod in quocunque inuenitur motus naturalis in eodem possit inueniri motus violentus: sed sufficit quod in aliquo et hoc est verum tam de mixtis quam de elementis que aliquando mouentur naturaliter et aliquando violenter. ¶ Ad tertium dicitur quod sicut linea que est curua non cognoscitur per respectum ad lineam que est recta tamen linea vt est curua cognoscitur per respectum ad lineam: vt est recta secundum illud Aristo. primo de aia rectum est index sui et obliqui: ita motus qui est violentus non cognoscitur per respectum ad motum qui est naturalis tamen motus vt est violentus cognoscitur per respectum ad motum vt est naturalis: quia violentum dicitur respectum ad naturalem: sicut curuum ad rectum: nec est inconueniens duo inuicem habere oppositionem: quorum vtrumque dicat respectum ad

reliquum & non econtra: euruũ enim dicit respectũ ad rectum & non econtra: & violentum dicit respectum ad naturale: & non econtra: neq; hoc est inconueniens in relatiuis se habentibus per modum mensure & mensurati: vt colligitur de mente philosophi quinto metaphisice. ¶ Ad quartum dicitur secundum philosophum secundo de anima: & nono metaphisice quod licet in eadem potentia precedat actum & priuatio habitum & negatio affirmationem: tamen simpliciter loquendo actus precedit potentiam: & habitus priuationem & affirmatio negationem: prius est enim deus ꝙ materia prima & prius forma celi quam aliqua priuatio forme & prius esse quam nõ esse. ¶ Sed est difficultas in cõmento: quia dicit cõmentator quod habitus est prior priuatione in re que caret habitu: quod non est verum de materia prima carente habitu forme generande in qua priuatio precedit illum habitum: in ceco etiam nato non apparet ꝙ habitus precedat priuationem, cum nunquam in illo sit habitus videndi: quare &c. Dicendum quod cõmentator loquitur de prioritate habitus in eodem in quo est priuatio: non quidem in esse existẽti: sed aptibili: prius enim est aptitudo ad motum naturalem quam ad motum violentum: & hoc in eodem corpore naturali: prius etiam in eodem oculo siue videat siue non videat est aptitudo ad visionem quã ad cecitatem: & ita in materia prima prius est aptitudo ad formam generandam ꝙ sit priuatio isti⁹ forme. ¶ At

Tex. cõ. 67. vero motus.) Ista suppositione premissa Aristote. probat conclusionem videlicet ꝙ non est possibile vacuũ esse & hoc quattuor rationibus quarum prima est ista si vacuum est nullus motus naturalis est: sed aliquis motus naturalis est. igitur nullum vacuum est. patet cõsequentia cum minori ex suppositione: & maior arguitur omne quod mouetur motu naturali mouetur ĩ aliquo in quo est superius & inferius: sed in vacuo nõ est superius nec inferius: igitur si vacuum est nullus mot⁹ naturalis est. patet cõsequentia quia vacuum ponitur propter motum: vt dixerunt antiqui: prima pars antecedẽtis est nota de mobili motu recto: & secũdam partẽ philosophus dupliciter probat & primo sic illud ꝙ est infinitum non habet superius: nec inferius: sed vacuum est infinitum si ipsum sit: igitur vacuũ non habet superius nec inferius. patet cõsequentia cum maiori ex determinatione tertio huius: & minor arguitur: quoniam si vacuũ est ipsum necessario est corpus cum habeat tres dimẽsiones: igitur recipit in alio loco: & ille locus est dimẽsio separata secundum ponentes vacuum. igitur ẽ corpus & per consequens recipit in alio loco & ille in alio & sic in infinitum. igitur locus est infinitus: sed locus & vacuum sunt idem per antiquos. igitur vacuum est infinitum. ¶ Secũdo arguitur eadem secunda pars antecedentis: videlicet quod vacuum non habet inferius & superius. nam in vacuo non est diuersitas naturarum sed superius & inferius differunt naturaliter & sunt diuersarum naturarum: igitur in vacuo nõ sunt superius & inferius. tenet consequentia cum maiori ex eo: quia sicut illius quod est simpliciter nihil non est diuersitas naturarum sic illius ꝙ est priuatio nõ est diuersitas naturarum: sed vacuum est priuatio corporum naturaliũ igitur in vacuo non est diuersitas naturarum: minor autem declaratur: nam vna loci mutatio differt naturaliter ab alia vt motus sursum naturaliter differt a motu deorsum: sed diuersitas motuum est ex diuersitate terminorum vt videbitur quinto huius: igitur sursum & deorsum differunt naturaliter & sunt diuersarum naturarum. ¶ Ex quibus concludit philosophus quod antiqui ponentes vacuum necessario habent negare motum naturalem secundum locum: & si concedunt motũ naturalem secundum locum necessario habent negare vacuum. I. e. lit. (At vero motus natura) idest naturalis (quomodo erit in vacuo cum nec vna sit differentia secundum vacuum & infinitum) sit ipsum vacuum (secũdum quidem enim quod infinitum est nihil erit sursum neq; deorsum neq; medium: secundum autem quod vacuum est nil differens sursum & deorsum: sicut enim nullius) idest illius ꝙ nihil est (neq; vna est differentia sic & non entis) idest priuationis (vacuum autem cũ non sit aliquid & priuatio videtur) esse. (Et natura autem loci mutatio differens) idest vna loci mutatio est ab alia naturaliter differens (quare erunt que sunt natura differentia) idest ergo sursum & deorsum sunt naturaliter differentia (si igitur) vacuum est (non est natura nusꝙ nullius loci mutatio) idest null⁹ est motus naturalis secundum locum (aut si hoc est) videlicet motus naturalis secundum locum (non est vacuum).

Notandum secundum commentatorem cõmento. 67. quod (signum huius quod hic sunt vbi diuersa naturaliter est quoniam hic sunt motus diuersi naturaliter: causa enim in diuersitate motuum est diuersitas naturalis locorum & natura rerum motarum.) ¶ Prima propositio cõmenti est ista: diuersitas locorum naturalium arguitur ex necessitate motuum localium naturalium. vnde quia motus naturalis terre & motus naturalis ignis sunt diuersarum naturarum: ideo arguimus loca ad que sunt illi motus. videlicet sursum & deorsum esse diuersarum naturarum: & dicitur talis argumẽtatio a signo quia proceditur ab effectu ad causam: non quidẽ materialẽ formalẽ vel effectiuam sed tantum finalem: locus enim est causa finalis motus ad ipsum. ¶ Secunda propositio commenti est ista diuersitas motuũ naturalium arguitur ex diuersitate mobilium & locorum: vnde quia ignis & terra sunt mobilia diuersarum naturarum: ideo motus illorum sunt diuersarum naturarum: quia etiam loca ad que sunt illi motus sunt diuersarum naturarum: ideo illi motus sunt diuersarum naturarum: arguere diuersitatem motuum ex diuersitate mobilium est arguere a priori per causam effectiuam sed arguere diuersitatem motuum ex diuersitate locorum est arguere a posteriori per causam finalem.

Sed dubitatur primo: si enim ex diuersitate motuũ arguitur diuersitas locorum & econtra: igitur demonstratio circularis est possibilis contra determinationem Aristotelis primo posteriorum. ¶ Secundo si ex diuersitate mobilium arguitur diuersitas motuum: igitur motus ferri & lapidis deorsum non sunt eiusdem rationis: consequens contra philosophum primo ce. & patet consequentia: quia lapis & ferrum sunt diuersarum naturarum. ¶ Ad primum dicitur ꝙ non est impossibilis demonstratio circularis in diuersis generib⁹ demonstrationum. s. quia & quid nunc autem demonstrat diuersitas locorum ex diuersitate motuũ dẽmõstratiue quia. s. a posteriori per effectũ: demõstrat aũt diuersitas motuũ ex diuersitate locorum demõstratiõe propter quid. vel a priori per cãm. ¶ Ad secundum negatur consequentia: quia commentator loquitur de mobilibus motis non ad motũ aliorum corporum naturalium cuiusmodi sunt omnia ele-

menta ⁊ corpora celestia. mixta autem mouentur ad motum elementorum dominantium in ipsis vt determinat Aristo. primo ce. cuiusmodi sunt lapis ⁊ ferrum: ⁊ quia in eis dominatur terra: ideo illi motus sunt eiusdem rationis. ¶ Amplius nunc) secunda ratio ad eandez cõclusionem est ista. si vacuum est nullus motus violen-

Tex. co. 72 tus est: sed aliquis motus violẽtus est: igitur nullũ vacuum est. patet cõsequentia cum minori ex suppositiõe premissa: ⁊ maior declaratur: nã in vacuo non potest fieri motus violentus: igitur si vacuum est nullus motus violentus est. patet cõsequẽtia per aduersarios dicentes vacuum esse ꝑpter motum localem sic ꝙ nõ potest fieri aliquis motus localis naturalis aut violẽtus nisi fiat in vacuo: antecedens probatur: nam impossibile est aliquid moueri sine motore: sed ꝓiectum mouetur post separationem a manu ⁊ sagitta mouetur post separationem a corda: igitur quodlibet illorum ab aliquo motore mouetur: sed non a manu nec a corda: quia mouens ⁊ motum sunt simul: vt ꝓbatur. 7°. huius: igitur quodlibet illorum mouetur ab aere vt omnes cõcedunt: constat autem in vacuo nullum eẽ aerem: igitur nullus illorum motuũ potest fieri in vacuo. ¶ Et ꝙ omnes concedant motum ꝓiecti post separationem a manu ⁊ sagitte a corda fieri ab aere: manifestũ est quia omnes cõueniunt in hoc ꝙ causa motus ꝓiectiõis est aer: aut per antiperistasim. i. per successionem: ita ꝙ quãdo ꝓiectum vacuat locum suum succedit ei aer in eodem loco qui aer succedens mouet proiectum: ⁊ iterum succedit alius aer qui iterum mouet ꝓiectum: ⁊ sic ꝓcedendo donec quiescat: ⁊ hec fuit opinio platõis vt inquit hic cõmentator: aut per delationez sit ille motus: sic ꝙ aer est primo cõiunctus expellẽti qui aer motus ab expellente defert expulsum postꝙ expellens separatur a loco proiecti: ita ꝙ non est alius ⁊ alius aer pellẽs proiectum: sed idez aer expulsus a manu vel corda ac motus velociori motu ꝙ sit motus ꝓiecti: cõtinue mouet ꝓiectum donec quiescat. ¶ Ex predictis ergo patet ꝙ in vacuo non potest fieri motus violẽtus vel mot⁹ ꝓiectionis: nisi dicatur ꝙ aliquid vehitur in vacuo eo modo quo equitans transfertur super equũ: aut secundum ꝙ animal natat in aqua: aut sm̃ ꝙ volatile trãsfertur in aere: sed istud non poni potest: quia in vacuo non est aliquod vehens vel deferens. Le. lit. (Amplius nunc quedem proiecta mouentur proiectiuo non tangente). s. post separationem a proiciente (aut propter antiperistasim). i. per repercussionem ⁊ cõtra pulsionem succedentis in loco proiecti (sicut quidam dicunt: aut ex eo ꝙ pellit pulsus aer velociore motu ꝙ) sit (latio pulsi secundum ꝙ fertur in ꝓprium locum: in vacuo autem null⁹ horum contingit esse: neqꝫ erit ferri: sed aut ꝙ vehitur) idest in vacuo non erit aliquis motus: nisi forte portationis qui iterum eẽ non poterit cuz in vacuo nõ sit portans neqꝫ vehens.

Notandum sm̃ cõmentatorem commento. 72. ꝙ (expulsum non habet in se principium motus cum motus eius sit violentus purus: aer vero habet in se principium motus per potentiam leuitatis que est in aere per ꝙ innatus est cum aliquo motu adueniente moueri ad superius. s. quod causa in motu lapidis post separationem proicientis non est successio aeris sed translatio ipsius aeris ⁊ hec est sententia Aristo. vt declaratum est in libro ce. ⁊ vltimo istius libri.) ¶ Due sunt opiniones de causa motus proiecti post separationem a proiciente: quarum prima est platonis. di. quod motus proiecti fit ab aere succedente eo modo quo pellitur lignum ab aqua in proiectione lapidis in aquam: lapis enim proiectus in aquam causat vnam circulationem pellẽtem lignum: deinde causatur alia circulatio in loco in quo primo erat lignum iterum pellens lignum: ⁊ sic consequenter continue remissius ⁊ remissius vsqꝫ quo quiescit lignum: ita ꝙ motus ligni a principio vsqꝫ ad finez non est ab aliqua vna circulatione: sed a multis succedentibus in loco ligni. cõ similiter dicebat de lapide moto sursum: quod cum primo separatur lapis a manu ne fiat vacuũ succedit aer i loco lapidis: a quo recedit: qui aer pellit lapidẽ sursũ: ⁊ ne fiat vacuũ succedit ali⁹ aer: ⁊ iterum pellẽs lapidẽ sursũ remissi⁹ tñ ꝙ prim⁹ aer: ⁊ sic prius pellitur lapis ab alio ⁊ alio aere succedente: lz remissius ⁊ remissius vsqꝫ quo quiescit lapis: ⁊ istuz modum dicebat plato fieri per antiperistasim. idest per contrapulsionem succedentium corporum in loco proiecti.

¶ Secunda fuit opinio Aristotelis vt colligitur ex determinatione ipsi⁹ octauo phisicorũ ⁊ quarto ce. di. quod motus proiecti fit per pulsionem ⁊ delationem: ⁊ hec ab aere vno velocius moto quam sit motus proiecti ad locum proprium eo modo quo moueretur lapis a syphō velociter moto sursuz: a quo postea expelleretur extra. vbi dicit cõmẽtator quod motus lapidis est motus violentus purus: motus autem aeris pellẽtis seu defferentis lapidem est motus naturalis: quia motus lapidis fit tantum ab extrinseco nõ conferente vim passo: motus autem aeris fit primo ab extrinseco ⁊ ab intrinseco: scilicet quando coniungitur expellenti. ab extrinseco quidẽ: quia ab ipso expellẽte ⁊ ab intrinseco: videlicet a sua forma leuitatis: postquam autem separatur aer a proiciente non mouetur nisi ab intrinseco: ita quod aer non solum mouetur naturaliter deorsum: sed etiaz sursum: ⁊ ad omnem differentiam positionis in proprio elemento: ⁊ hec a forma sua secundum virtutem: aut impetum receptum a proiciente.

¶ Sed dubitatur si aer mouetur motu velociori ꝙ ꝓiectum tunc statim aer separabitur a ꝓiecto ⁊ per consequens non mouebit ꝓiectum: quia mouens ⁊ motum debent esse simul. ¶ Respondet Burleus ꝙ philosophus ⁊ cõmentator per velocius intelligũt fortius: vñ aer mouetur motu velociori ꝙ proiectum. i. motu fortiori. ¶ Egidius aũt dicit ꝙ motus aeris est velocior ꝙ motus ꝓiecti: nõ tamen separatur ab eo ⁊ dat duo exempla primũ est de lapide posito in circulo qui circulus si ꝓiciatur in altũ ⁊ fortiter vertatur lapis simul vertetur cum circulo ⁊ semp stabit in eadez pte circuli: quod ideo cõtingit: quia motus circuli ẽ velocior ꝙ sit motus lapidis deorsum: ideo ille motus ĩpedit motũ lapidis nõ permittẽs ipsum moueri deorsum: sed facit eũ moueri secundum motũ circuli. ¶ Secũdum exemplũ est de scutella plena aqua que si repente vertatur: ita ꝙ versio scutelle sit velocior ꝙ descensus aque deorsum per huius versionem aqua a scutella nõ caderet: ideo inquit ipse: quia motus aeris est velocior ꝙ sit mot⁹ ꝓiecti in ꝓpriũ locum ꝓpterea non permittit corpus proiectum cadere: sed pellit ipsum. ¶ Prima responsio est aliquantulum dubia: quoniam aer non separatur a lapide: neqꝫ lapis ab aere: ideo si non velocius mouetur aer quam lapis nec etiam fortius: si enim proiceretur sursum vas plenum aqua nemo diceret vas fortius moueri quam aqua. deinde si fortius mouetur aer quam lapis: aut igitur fortius mouetur aer sursum quam lapis deorsum: aut


fortius mouetur aer sursum q̄ lapis sursum. primũ nõ potest dari: q2 tunc lapis simul moueret̃ sursum ⁊ deorsum. non ẽt ꝯm quia necessario aer separaret̃ a lapide. ¶ Secunda responsio solum declarat causam ꝓpter q̄ non descendit lapis positus in circulo: ⁊ aqua in scutella quoniam ꝓpter velocitatem motus vẽsionis vtrũq3 illorum habet ꝓhibens ne descendat: sed non declarat quomodo mouetur lapis sursum ab aere: vbi non est aliqua versio neq3 motus circularis aeris: sed tantum rectus iuxta imaginationem cõmentatoris in quo motu non apparet maior velocitas aeris quã ꝓiecti. ¶ Ideo dico ꝙ philosophus per motum velociorem aeris ⁊ motum tardiorem ꝓiecti intelligit aerem motũ per maiorem distantiam ⁊ proiectum per minorẽ: aut aerem habere maiorem potentiã ad motum sursum q̄ lapidem ad motum deorsum: aliquando enim potentia aeris motiua sursum est maior q̄ potentia lapidis motiua deorsum ⁊ tunc lapis mouetur sursum: aliquã do potentia aeris motiua sursum est tanta precise q̄ta est potentia lapidis motiua deorsum: ⁊ tunc non mouetur lapis sursum nec deorsum: quandoq3 vero potẽtia aeris motiua sursum est minor q̄ potentia lapidis motiua deorsum: ⁊ tunc lapis mouetur deorsum. hec tamen materia diffusius determinabitur octauo hui⁹.

Tex. cõ. 69. ¶ Amplius nullus. tertia ratio ad eãdem conclusionem est ista. si vacuum est nulla quies naturalis est: s3 aliqua quies naturalis est: igitur nullum vacuum est. patet consequentia cum minori: quia aliquis ẽ motus naturalis ex priori suppositiõe: igitur aliqua est quies naturalis: patet cõsequentia: quia omnis motus naturalis est ꝓpter quietem naturalem ⁊ maxime in motibus rectis verificatur illud: maior autem sic arguit̃: nullum corpus ꝙ mouetur si post suum motũ ponatur ĩ vacuo naturaliter quiesceret in illo: igitur si vacuum est nulla quies naturalis est: patet cõsequentia per aduersarios dicentes naturã ordinasse vacuum ꝓpter quietem sicut ꝓpter motum: antecedens arguitur corp⁹ naturale positum in vacuo: aut quiesceret naturaliter in q̄libet parte: aut in nulla: sed non quiesceret naturalit̃ in qualibet parte: igitur in nulla parte vacui naturaliter q̄esceret. patet consequentia cum secũda parte antecedẽtis: quia vnum corpus naturale non q̄scit nisi in vno loco naturali: prima pars antecedẽtis declaratur: quoniam nullum corpus naturale q̄scit naturaliter in aliquo loco nisi ꝓpter cõuenientiam q̄ hab3 in loco illo vt patuit: sed nullum corpus naturale h3 magis conuenientiam cum vna p̃te vacui q̄ cum alia: cũ3 omnes partes vacui sint eiusdem rationis: igitur quodlibet corp⁹ naturale positum in vacuo aut nãliter quiesceret in q̄libet p̃te aut in nulla. ¶ Et ex isto cõcludit ph̃s ꝙ corpus naturale positum in vacuo: aut quiescet in quacũq3 parte ponatur: aut mouebitur in infinitum: nisi per aliquod fortius ĩpediatur. istam cõsequentiam declarat cõmentator sic: nam aut quodlib3 vbi in vacuo est naturale illi corpori aut nullum cũ non sit ratio propter q̄ vnum sit naturale ⁊ nõ reliquũ. si quodlib3 fuerit naturale: tunc corpus naturale in quocũq3 vbi q̄escit naturaliter. si nullum fuerit naturale tunc a quolib3 mouebitur naturaliter: ⁊ ita vel semper quiescet vel semper mouebitur. L e. lit. Amplius) posito vacuo (nullus habebit dicere aliquid ꝓpter quid) .i. aliquã causa3 ꝓ quã illud ꝙ (mouetur stabit alicubi) .i. quiescet in aliq̄ parte vacui naturaliter post motum (quid enim magis hic quã ibi: quare aut quiescet) vbicunq3 ꝓponatur (aut in infinitum necesse est ferri: nisi aliquod impedierit maius.) ¶ Et notãter dicit philosophus: nisi aliquid impedierit maius quia quantũcunq3 corpus esset natum semper ferri aut moueri. si ei occurreret aliquod impedimentum maioris potẽtie q̄ illud sisteret motũ eius.

¶ Amplius autem nunc) quarta ratio ad predictam conclusionem est h. si vacuum est: nulla quies violẽta Tex. est: sed aliqua quies violenta est: igitur nullum vacuu3 cõ. 70. est. patet cõsequentia cum minori: quia motus violentus est ex premissa suppositiõe: igitur aliqua quies violenta est: cum motus violentus terminetur per quietẽ violentã vt manifestabitur quinto huius. sed maior arguitur. nullum corpus quiescit in vacuo violenter: igit̃ si vacuum est nulla quies violenta est. patet consequẽtia per antiquos ponentes vacuum ꝓpter quietem ta3 violentam q̄ naturalem sicut ꝓpter motu3 antecedẽs declaratur quoniã nullum corpus potest moueri violenter in vacuo: igitur nec potest quiescere violenter in vacuo. patet ꝯsequentia q2 motus violentus terminatur per quietem violentã. antecedens arguitur. nam iõ corpus dicitur violenter moueri: quia continens cedit illi ⁊ mouetur ad partem loci discõuenientem sibi: sed vacuum ꝙ est cõtinens ꝯm antiquos non cedit corpori naturali: neq3 illud corpus mouetur ad partem loci discõuenientem sibi cum omnes partes vacui sint eiusdem rationis ⁊ nulla dicat̃ disconuenire locato: igitur ĩ vacuo non potest aliquod corpus violenter moueri. ¶ Ex predictis philosophus ꝯcludit ꝙ in vacuo nõ potest esse aliqua quies naturalis aut violenta: q̄a omnis quies potest esse terminus mot⁹: sed in vacuo nullus motus potest terminari per quietem: quia cum omnes partes vacui sint eiusdem rationis aut quelibet habet cõuenientiam cũ corpore posito in eo: aut disconueniẽtiã. si cõueniẽtiã ⁊ cũ non sit ratio: quare illud corp⁹ mouetur ad vnã partem vacui quin moueat̃ ad aliam igitur semper cum est motũ ad vnam partem mouetur ad aliam. si autem quelibet pars vacui habet discõuenientiam cum corpore posito in eo: igitur a qualibet illarum partium recedit ⁊ per cõsequens semper mouet̃. L e. lit. Amplius autem nunc) quidem in vacuu3 ob id ꝙ cedit ferri videtur) construe sic. amplius autem illud videtur ferri violẽter in vacuum. i. incõtinens propter id ꝙ ipsum continens cedit ei ⁊ mouetur ad partem loci discõuenientem ei. (In vacuo autem vbiq3 similit̃ est huius). i. omnes partes sunt eiusdem rõnis neq3 ipsu3 vacuum cedit (quare vbiq3 ferretur) corpus positũ in vacuo: ideo nulla quies potest esse in vacuo.

Notandum ꝯm cõmentatorem commẽto. 70. ꝙ (plures motus apud expulsionem impellentis erũt in aliqua parte ⁊ non in alia propter diuersitatem partium in aptatione. s. quia mouetur ad partem que est magis apta.) Intendit cõmentator ostendere ꝙ vacuum esse destruit illa que sensibiliter apparent in motu violento. Experimur enim mobile motum violenter non semper moueri ad illam partem ad quam proicitur a mouente: vt patet de corpore subtilitate figure quod si proiciatur non mouetur directe in illam partem ad quam ꝓicitur: ⁊ hoc si proiectio fiat secundum latitudinem immo magis mouetur in partem sui accuminis: quia facilius accumini quam lateri cedit prohibens. posito autem vacuo illud nullibi cedit: aut vbiq3 equaliter cedit ideo proiectum semper moueretur versus partem proiectionis: quod est falsum: quare ⁊c̃.

Tex. com.



Mplius autē ex his. Ista ē secūda pars hui⁹ capituli in qua phs ꝓbat īpossibilitatē vacui rōnib⁹ sumptis ex pte velocitatis ꝛ tarditatis in motu. postq̄ in pria ꝓbauit idē rōnibus sumptis ex pte nāliatis ꝛ violētie mot⁹. Et facit duo qm̄ pmo premittit duas suppositiōes. scḋo exequitur de intento ibi. (Id ergo in quo est. a.) ¶ Prima igitur suppositio est ista: quod due sunt cause velocitatis ꝛ tarditatis in motu grauiū ꝛ leuium. s. diuersitas mediȷ in raritate ꝛ densitate ꝛ diuersitas mobil' in grauitate ꝛ leuitate: pꝫ nam velocius mouetur lapis in aere q̄ in aqua: quia aer est rarior ꝛ subtilior: aqua autem densior ꝛ spissior: velocius ēt mouetur terra in aere q̄ aqua: qꝛ terra grauior est aqua ꝛ aqua leuior terra. ¶ Et notanter dicitur in motu grauiū ꝛ leuiū: quia in celo est velocitas ꝛ tarditas motus: ꝛ tñ ibi nulla illarum causarum inuenitur cū celum non sit graue aut leue: neq̧ moueatur in medio raro vel denso: sed circa medium rarū aut densum. Le. lit. (Amplius autē ꝛ ex hijs) que dicent (manifestum est q̄ dicitur.) vꝫ nullum vacuum separatum esse) videmus. n. idem graue ꝛ leue corpus velocius ferri ꝓpter duas causas: aut in differendo). i. aut ſm differentiā mediȷ: (p q̄d) fertur in raritate ꝛ densitate) vt per aquā aut terram aut aerē: aut in differendo q̄d fertur). i. aut potest esse causa ſm differentiam mobilis (si alia sint eadem). i. si medium sit vniuoce (ꝓpter excellentiā grauitatis aut leuitatis) ipsius mobilis.

Notandum ſm cōmentatorem commento. 71. q̄ si corp⁹ fuerit idem aut fuerint duo equalia in declinatione diuersitas erit ſm id in quo mouent. verbi grā qm̄ idem corpus velocius mouet in aere q̄ in aqua: ꝛ similiter duo corpora equalia in grauitate ꝛ figura ꝛ magnitudine: si autē corpora fuerint diuersa: ꝛ mouent in eodē medio: tunc diuersitas in motu erit ꝑ diuersitatem in grauitate ꝛ leuitate. s. q̄ grauius eorum erit velocius.)

¶ Tres regulas ponit cōmentator quarū prima est ista. si aliquod mobile diffor mi mouebitur in velocitate ꝛ tarditate: diuersitas ꝓueniet ex parte mediȷ in raritate ꝛ densitate: patet qꝛ non apparet quomodo idē mobile possit moueri velocius ꝛ tardius ī medio vniformiter raro aut vniformiter denso: ꝛ hoc loquendo de mobili moto ſm naturam elementi manēte cōtinue sub eadem dispositione ex parte grauitatis ꝛ leuitatis magnitudinis ꝛ figure: qꝛ vna portio terre in medio vniformi simpliciter posset veloci⁹ ꝛ tardius moueri variata in grauitate ꝛ leuitate: aut magnitudine vel figura. posset etiā idem aial ex appetitu intrinseco velocius ꝛ tardius moueri in eodem medio vniformi simplicit' non variata grauitate neq̧ magnitudine neq̧ figura: qꝛ non mouetur per naturā elementi sed per naturam anime. ¶ Secūda regula: si duo mobilia consimiliter disposita in grauitate magnitudine ꝛ figura difformit' mouebuntur diuersitas ꝓueniet ex diuersitate mediȷ: pꝫ qꝛ non apparet quō in medio vniformi talia mobilia difformit' mouerent' ꝛ vnū altero velocius. Et notanter cōmentator exprimit magnitudinem ꝛ figuram: quia duo corpora eq̄liter grauia ꝛ equaliter magna difformiter mouentur in medio vniformi dato quod vnum esset quadrate figure ꝛ reliquum circularis aut pyramidalis figure: duo etiam corpora eq̄liter grauia ꝛ equaliter figurata difformiter mouētur in medio vniformi. dato quod vnum sit altero maius: corpus enim maius aut quadrate figure habet maiorem resistentiā q̄ corpus minus aut rotunde vel pyramidalis figure: qꝛ plures partes in actu resistūt corpi maiori q̄ minori ꝛ corpi q̄drato q̄ pyramidali aut spherice figure. ¶ Tertia regula si plura mobilia difformiter mouebuntur in eodem medio vniformi diuersitas ꝓueniet ex parte mobiliū in grauitate aut leuitate magnitudine aut figura: illud est manifestum: qꝛ nō apparet vnde illorum mobilium vnū velocius alio moueretur in eodem medio vniformiter denso aut vniformiter raro: nisi esset diuersitas ex parte mobilium sic q̄ vnum esset altero grauius aut leuius: maius aut min⁹ melioris aut peioris figure facientis ad motum. Et intelligitur ista regula de mobilibus motis per naturam elementi ꝛ non per naturam anime: vt iam est expſsuꝫ. ¶ Hoc quidem) secūda suppositio est ista. causa propter quā mobile velocius mouetur in vno medio quā in alio est: quia vnum mediū magis resistit mobili q̄ aliud magis enim resistit mobili aqua q̄ aer: quia facilioris diuisionis est aer quā aqua cum densior atq̧ crossior sit aqua q̄ aer: ꝛ magis resistit mobili mediū contra motum q̄ medium quiescens: vt patet de nauticis magis resistit aqua contra mota q̄ quiescens. plures enim partes in actu ꝛ maiores diuidit mobile quādo medium contra mouetur q̄ quādo quiescit. est etiā facilioris diuisionis mediū quiescens q̄ contra motū quia medium quiescens tantum resistit: sed mediū cōtra motum non tantum resistit: sed etiam agit ꝯtra mobile. Le. lit. (Hoc quidem) medium (per quod fertur) mobile (causa) est tarditatis mot⁹ (quia impedit) mobile (maxime quidem) impedit mobile mediū (q̄ cōtra fertur: postea autem ꝛ manens). i. mediū quiescēs resistit: sed non tantum sicut contra motum (magis autem resistit medium (quod non facile diuiditur: huiusmodi autem crossius est) atq̧ densius ꝛc.

Notandum quod medium al quando iuuat mobile ad motum aliquando impedit mobile a mobili: quando enī medium mouetur versus eam partem versus quā mouetur mobile: tunc iuuat mobile ad motum ꝛ magis quando velocius mouetur quam mobile quam quādo eque velocit' aut minus velociter mouetur: vt patet de naui mota ab aere flante ꝛ in aqua cum ea descēdente: quando autem medium quiescit aut contra mouetur: tunc impedit mobile a motu ꝛ magis quādo cōtra mouetur quam quādo quiescit. ¶ Ex predictis sequitur quod tertia regula cōmentatoris posset habere instantiam nisi sane intelligeretur. stat enim plura mobilia difformit' moueri in medijs vniformitatib⁹ ī raritate ꝛ densitate: ꝛ tamen diuersitas non prouenit ex parte mobilium: neq̧ in grauitate neq̧ in raritate neq̧ in magnitudine neq̧ in figura: dato quod duo mobilia consimiliter disposita omnino in grauitate magnitudine ꝛ figura moueantur in duobus medijs simpliciter vniformitatibus in raritate ꝛ densitate pter h̄ q̄ vnū illorum mediorum quiescat ꝛ alterum moueatur con-

tra mobile: ideo intelligit cōmentator de medio vnifor
mi consimiliter se habente per totū motū respectu am-
borum mobilium: ꝓpterea omnia que dicta sunt de cā
velocitatis ⁊ tarditatis motus sunt intelligēda cū ista
additione ceteris existentibus paribus que possunt
mobile ꝓmouere ad motum aut ipsum impedire a mo
tu. ¶ Id ergo in quo est.a.) Istis duabus suppositio
nibus premissis phs demōstrat vacuū non esse ⁊ hoc
demonstratiōe ducente ad īpossibile cōcludēdo quat-
tuor incōuenientia: quorū primum est ꝙ aliquis mot⁹
potest fieri in non tempore: secundū inconueniens qꝺ
aliquod mobile equevelociter mouebitur in pleno si-
cut in vacuo ibi.(sed si per subtilissimum. Tertium in-
cōueniens ꝙ aliqua duo equevelociter mouentur: ⁊ ta
men motus vnius ad motum alterius nulla est ꝓpor-
tio ibi(manifestum est igitur.) Quartum incōueniens
ꝙ in eodem spacio vniformi mobilia difformia ⁊ ineq
lia equevelociter mouentur. ibi(sm autē hoꝝ. ¶ Pri
mum incōueniens arguitur sic. moto aliquo mobili ꝑ
media difformia qualis est ꝓportio medij ad mediuꝫ
in raritate ⁊ densitate: talis est ꝓportio motus ad mo
tum in velocitate ⁊ tarditate: ⁊ temporis ad tempus in
longitudine ⁊ breuitate: sed vacui ad plenum nulla est
ꝓportio in raritate ⁊ dēsitate: igitur motus facti in ple
no ad motum factuꝫ in vacuo nulla est ꝓportio in ve
locitate ⁊ tarditate: ⁊ ꝯsequenter tēporis ad temp⁹ nul
la est ꝓportio in longitudine ⁊ breuitate. sed motus fa
ctus in pleno fit in tēpore: igitur motus fact⁹ in vacuo
fit in non tēpore: pꝫ consequentia quia ex opposito se-
quitur oppositū: si enim motus fact⁹ in vacuo fit in tem
pore ⁊ motus factus in pleno fit in tēpore: igitur tēpo
ris ad tempus ⁊ motus ad motū est aliqua ꝓportio:
⁊ cōsequēter vacui ad plenū est aliqua ꝓportio quod
est oppositum minoris. ¶ Patēte cōsequentia philo
sophus ꝓbat q̄libet partem antecedentis ⁊ primo pri
mam ex fundamento suarū suppositionū: nam qualis
est ꝓportio aeris ad aquam in raritate ⁊ densitate ta-
lis est ꝓportio motus facti in aere ad motū factum in
aqua in velocitate ⁊ tarditate: ⁊ tēporis ad tempus in
longitudine ⁊ breuitate: quia sicut aer est in decuplo
rarior aqua: ita motus factus ab aliquo mobili in ae-
re est in decuplo velocior motu facto ab eodeꝫ mobi-
li in aq̄: ⁊ tēpus per quod illud mobile mouetur in ae
re est in decuplo minus q̄ tēpus per qꝺ idem mobile
mouetur in aqua. Et sicut arguitur de istis ita de q̄buſ
libet alijs medijs difformibus que ꝑ aliqꝺ mobile de-
beant pertransiri ꝙ semp seruatur eadem ꝓportio tē-
poris ad tēpus ⁊ motus ad motū ⁊ medij ad mediuꝫ
semp intelligendo ceteris paribus que possunt iuua-
re: aut impedire motū: ita ꝙ si mediū ad mediū est pro-
portio dupla in raritate ⁊ densitate etiam motus ad
motū est ꝓportio dupla in velocitate ⁊ tarditate ⁊ cō-
sequenter tēporis ad tēpus est ꝓportio dupla in longi
tudine ⁊ breuitate: ⁊ sic inductiue sm omnem ꝓportio
nē. ¶ Ponamus igitur ꝙ.a. sit mobile: qꝺ mouebitur
per.b. aquā in.c. tempore ⁊ in.d. aereꝫ per.e. tempus ⁊ pa
tet ꝙ qualis est ꝓportio.b. medij impediētis ad.d. me
dium impediens in velocitate ⁊ tarditate: talis est pro-
portio motus.a. facti per.b. ad motum eiusdem factuꝫ
ꝑ.d. in velocitate ⁊ tarditate ⁊ oē talē ꝓportio.c. ad.e.
in quibus fiunt illi duo motus ⁊ hoc in longitudine ⁊
breuitate. Le. lit.(Id ergo in quo est.a.s.)mobile(mo-
uebitur per.b.)medium aqueū(ꝙ in quo.c. tempus)
idest tempus in quo mouebitur.a. per.b. sit.c.(per ip-
sum autem.d.)medium aereum etiam moueatur idem
mobile quod(cum sit subtilius).b.(si equalis longitu
do est ipsius.b. que est ipsius.d. sm analogiam) idest
ꝓportionem(impedientis corporis)mouebitur ipsuꝫ
a.(Sit enim.b. quideꝫ aqua.d. vero aer q̄to igitur sub
tilius aer aqua ⁊ incorporalius tanto citius.a. per.d.
mouebitur q̄ per.b. habet igitur eandem rationem).i.
ꝓportionem. qua quidem).i. propter quaꝫ(distat aer
ab aqua)in raritate ⁊ densitate secundum quam pro
portioneꝫ se habet(velocitas)motus facti in aere(ad
velocitatem)motus facti in aqua(quare si dupliciter
subtile)est magis aer q̄ aqua(in duplici tempore) id-
est in duplo maiori tempore(quod est ipsum.b. transi
bit)a. mobile(quam.d. ⁊ erit in quo est.c. tempus du-
plex in quo est.e.)idest ⁊ tempus.c. erit duplum ad tē-
pus.e.(Et semper iam quantuncꝫ medium(sit incor-
poralius ⁊ minus impeditiuum)mobilis(⁊ bene diui
sibilius)est illud medium: per quod fertur mobile: citi
us mouebitur ipsum mobile. ¶ Uacuū autem) ꝓba-
ta prima parte antecedentis. videlicet ꝙ qualis est pro
portio medij ad mediuꝫ talis est proportio motus ad
motum ⁊ temporis ad tempus probat philosophus
secundam partem.s. quod vacui ad plenum nulla est
proportio in raritate ⁊ densitate sic quod vacuum nō
excellit plenum in raritate vel densitate nec econtra ꝙ
arguitur sic. quandocunqꝫ aliqua duo comparātur in
aliquo tertio secundum magis ⁊ minus: ita qꝺ vnum
illorum excedit aliud in illo tertio. illud in quo fit com
paratio necessario competit vtriqꝫ comparatorum: sed
vacuum non est rarum neqꝫ densum: igitur nō excedit
plenum: neqꝫ exceditur ab eo in raritate ⁊ densitate. pa
tet cōsequentia cum minori ex quo vacuum est separa
tum a dispositionibus naturalibus secundū antiquos
maior autem patet inductiue: si eniꝫ.a. excedit.b. aut ex
ceditur ab illo in caliditate vel albedine oportet vtrun
qꝫ illorum esse calidum aut albuꝫ: propterea numerus
non excedit non ens in aliquo tertio: neqꝫ excedit ab
illo: quia non datur aliquid in quo cōueniant numer⁹
⁊ non ens in quo aliquod illorum excedatur ab alio.
¶ Et confirmatur: omne excedēs diuiditur in excessuꝫ
⁊ in id per quod excedit sicut numerus quaternarius
excedit ternarium per vnum: ideo diuiditur in ipsuꝫ ter
narium qui exceditur ⁊ in vnum per ꝙ fit excessus: ma
gis etiam excedit duo q̄ tria: ⁊ iterū magis vnum quā
duo ꝓpterea diuiditur in omnia ista: sicut ex hijs om-
nibus componitur: non autem excellit nihil: quia non
diuiditur in nihil: neqꝫ linea excedit punctum: quia nō
diuiditur in punctum: sed vacuum nō diuiditur in ple-
num neqꝫ secundum se neqꝫ secunduꝫ rarum ⁊ densum
cum non contineat aliquod illorum: igitur vacuū nō
excedit plenum: nec exceditur ab illo ⁊ per consequēs
vacui ad plenum nulla est ꝓportio: quo ꝯcesso sequit
quod motus factus in pleno nullam ꝓportionem ha
bet ad motum factum in vacuo: sed motus factus in
pleno fit in tempore: igitur motus factus in vacuo fit in
non tempore ꝙ fuit in principio ꝓbandum. Le. lit.(va
cuum autem nullam habebit rationem).i. ꝓportiōem
(qua excellatur sub pleno) vel excellat plenū(sicut ne
qꝫ nihil ad numerum) est aliqua ꝓportio vel excessus
Et cōfirmatur(si enim quattuor tribus excellunt vnū
pluri aūt duo).i. magis excellunt duo quā tria(⁊ ad-
huc vnum pluri quā duobus).i. adhuc magis excellit
vnum quam duo(nihil autem non amplius habꝫ ra-
tionem qua excellunt)ipsum quattuor(necesse est eniꝫ

nibil excellens in excellentiam: .i. in id per quod fit excessus: ⁊ id quod exceditur: quare si quattuor habēt ꝓportionem ad nibil (erunt quattuor quantūcunque excellentera ⁊ nibil) erit excessum quod est falsum quia non componit quattuor (vnde neque linea punctum excellit nisi componatur ex punctis: similiter autē vacuum ad plenum nullam possibile est babere rationē) idest ꝓportionem (igitur neqꝫ motum) pleni contingit babere ꝓportionem ad motum vacui ⁊ per ꝯsequens motus vacui fit in non tempore si motus pleni fit in tēpore: ⁊ quod illud sit incōueniens manifestum est sexto huius vbi probatur omnem motum esse in tēpore.

Notandum

ſm cōmentatorem commento .71. ꝙ auempacbe negauit illam ꝓpositionē: qualis est proportio medīj ad medium in raritate ⁊ densitate talis est ꝓportio motus ad motum in velocitate ⁊ tarditate ⁊ temporis ad tempus in longitudine ⁊ breuitate: quia tunc null⁹ motus esset in tempore: nisi propter medium impediēs qđ ipse duplicit probabat esse falsum primo quia celū mouetur in tempore sine resistentia medīj secundo qꝛ tūc grauia ⁊ leuia semper mouerentur violenter: quia motus illorum est in tempore ꝓpter resistentiā medīj impedientis motum ⁊ violentātis mobile. ¶ Dicebat ergo auempacbe quod nō qualis est ꝓportio medīj ad medium in raritate ⁊ densitate talis est ꝓportio motus ad motum in velocitate ⁊ tarditate: sed talis est ꝓportio tarditatis accidentis motui in vno medio ad tarditatem accidentem motui in alio medio: imaginabatur enim auempacbe quadruplicē motum .s. naturalem diminutionis additionis: ⁊ aggregatum motus naturalis secundum eum est motus ꝓueniēs ex sola resistentia mobilis ad motorem distinguendo medium cōtra mobile: qui quidem motus est successiuus ⁊ in tempore dato quod medium non resisteret cuiusmodi est motus celi: ⁊ cuiuslibet elementi subtracta resistētia medīj. ¶ Motus diminutionis ē motus tarditatis proueniens ex resistentia medīj verbi gratia dato quod mot⁹ naturalis elementi sit velocitatis vt .4. quo absqꝫ resistentia medīj potest in hora spacium bipedale ꝑtransire pono tunc quod medium tantum illi resistat quātū mobile. ⁊ patet ꝙ illud elementum non pertransiret in hora nisi pedale motu velocitatis vt duo: nā ex quo resistentia est duplata oportet tam spacium ꝙ motum subduplari: talem ergo motū dicebat auempacbe esse diminutionis ⁊ tarditatis accidentem motui naturali. ¶ Motus additionis est motus velocitatis proueniens ex applicatiōe potentie ad potentiam verbi gratia dato quod mobili moto naturaliter motu velocitatis vt .4. pertranseundo in hora bipedale adderet̄ vna alia potentia tante actiuitatis tunc velocitas motus ⁊ spacium pertranseundi duplarentur sicut duplata est potentia ⁊ pertransiretur quadripedale in hora motu velocitatis vt .8. velocitatem igitur vt quattuor superadditam motui naturali: dicebat auempacbe esse motum additionis. ¶ Motus aggregat⁹ est motus compositus ex motu naturali ⁊ motu additionis vt iam est explicatum de motu: vt .8. proueniente ex applicatiōe potentie ad potentiam: motum igitur vt .4. prouenientem ex sola resistentia mobilis vocabat auempacbe motū naturalem motum vero vt .2. prouenientem ex resistētia medīj dicebat esse motum diminutū. motum autē vt .4. ꝓuenientem ex applicatione potentie nominabat motum additum. sed motū compositum ex motu naturali ⁊ motu additio appellauit ipse motum aggregatum. ¶ Istis stantibus arguebat auempacbe sic. si qualis est proportio medīj ad medium in raritate ⁊ densitate talis est proportio motus ad motum in velocitate ⁊ tarditate: igitur qualis est ꝓportio resistentie ad resistentiam talis ē ꝓportio motus sensibilis ad motum sensibilem. patet consequentia quia arguitur ab vno cōrelatiuo ad reliquū intelligendo per motum sensibilem totum motū in actu: qui ſm se totum est perceptibilis a sensu: quia non aliud videtur intelligere cōmentator per motum sensibilem formando rationem auempacbe. ⁊ qđ illud sit falsū arguit auempacbe isto modo: si qualis est ꝓportio resistentie ad resistentiā talis est ꝓportio motus sensibilis ad motū sensibilem: ⁊ qualis est ꝓportio resistentie ad resistentiā talis est ꝓportio tarditatis ad tarditatē vt declaratum est: igitur q̄lis est ꝓportio tarditatis ad tarditatem: talis est ꝓportiō motus sensibilis ad motum sensibilem: sed tarditas est motus diminutus a motu naturali: igitur qualis est ꝓportio diminuti ad diminutum talis est ꝓportio remanentis ad remanens ꝯñs est falsum: igitur aliqua pars añtis est falsa: sed non illa tarditas est motus diminutus a motu naturali: neqꝫ illa q̄lis est ꝓportio resistentie ad resistentiā: talis est ꝓportio tarditatis ad tarditatem vt ex ꝑambulis auempacbe videt̄ esse notū igit̄ illa est falsa: qualis est ꝓportio resistentie ad resistentiā talis est ꝓportio motus sensibilis ad motum sensibilem: qđ voluit ꝓbare auempacbe. ¶ Et qđ illud consequens sit falsum. vꝫ q̄lis est ꝓportiō diminuti ad diminutum talis est ꝓportio remanentis ad remanens manifeste apparet in numeris ⁊ magnitudinibus sint enī a. ⁊ b. duo numeri aut magnitudīes eq̄les. vꝫ vt .4. sic ꝙ ab .a. diminuat̄ vnum ⁊ ab ipso .b. diminuant̄ duo ⁊ patet ꝙ non qualis est ꝓportio diminuti ad diminutum talis est ꝓportio remanentis ad remanens: quia diminuti ad diminutū est proportio dupla .s. duorum ad vnum ⁊ remanentis ad remanens est ꝓportio sexquialtera. videlicet triū ad duo. ¶ Non etiam oportet ꝙ qualis est ꝓportio additi ad additum talis sit ꝓportio tocius resultantis ad totū resultans: quia si addantur .4. a. magnitudini aut numero: ⁊ .b. solum addātur duo ꝓportio additi ad additum est dupla .s. 4. ad duo: ⁊ tocius resultantis ad totum resultans est sexquitertia. videlicet .8. ad .6. ꝓpterea dicebat auempacbe ꝙ non qualis est ꝓportio tarditatis ad tarditatem talis est ꝓportio motus sensibilis ad motum sensibilem sicut non qualis est ꝓportio diminuti ad diminutum talis est proportio remanentis ad remanens: neqꝫ oportet quod qualis ē ꝓportio velocitatis superaddite ad velocitatem superadditam motui naturali quod talis sit proportio motus aggregati ad motum aggregatū ex quo non qualis est proportio additi ad additū talis est proportio tocius resultantis ad totum resultās

Contra

opinionē auempacbe arguit commentator quadrupliciter ⁊ primo sic: si non qualis est ꝓportio resistentie ad resistentiā ex parte mediorum talis est motus ad motū ⁊ temporis ad tempus: sed tantum tarditatis accidētis in vno medio ad tarditatem accidentem in alio medio sequitur omnem motum factum in vacuo esse motum successiuum factum in tempore contra philosophum hic di. quod motus factus in vacuo fieret in non tempore. ⁊ patet consequentia: quia omnis motus factus in vacuo proueniret ex resistentia mobilis ad motorē [illegible]

fantasiam auempeche. ¶ Secūdo sic. mobilia omnino equalia in medijs equaliter resistentibus omnibus conditionibus existentibus paribus equevelociter moventur vt experimentaliter est notum: igitur eisdem cōditionibus existentibus paribus sola resistētia diversificata diversificantur motus in velocitate ⁊ tarditate secundum illam proportionem: consequentia tenet: quia si equalitas mediorum in raritate ⁊ densitate omnibus alijs conditionibus existentibus paribus est per se causa equalitatis motuū in velocitate ⁊ tarditate: per idem diversitas mediorum in raritate ⁊ densitate est per se causa diversitatis motuū in velocitate ⁊ tarditate: ⁊ per cōsequens qualis est proportio mediorū in raritate ⁊ densitate talis est proportio motuū in velocitate ⁊ tarditate: quia in causis per se ⁊ adequatis q̄lis est proportio cause ad causam talis est ꝓportio effectus ad effectum. ¶ Tertio sequitur illam regulā nō esse veram quam philosophus ponit. 7° phisicorum. videlicet si aliquis motor movet aliquod mobile per aliquod spacium in aliquo tempore: ille movebit medietatem illius mobilis per illud spaciū in medietate illius temporis intelligendo per mobilem totum resistens ⁊ per medietatem mobilis medietatem totius resistentie: quia secundum auempeche non qualis est ꝓportio resistentie ad resistentiā talis est proportio motus ad motum ⁊ temporis ad tempus: sed solum tarditatis ad tarditatē: cū ergo medietas mobilis in duplo minus resistat potentie motoris q̄ totum mobile non oportet quod qualis est ꝓportio medietatis mobilis ad totum mobile in resistētia q̄ talis sit proportio tēporis in quo movetur medietas mobilis ad tempus in quo movetur totum mobile: ex quo secūdum auempeche ꝓportio temporis ad tempus non est nisi sicut ꝓportio tarditatis ad tarditatem. ¶ Quarto sequitur q̄ omnis motus sensibilis ⁊ in actu graviū ⁊ leviū ē motus non naturalis: quia omnis talis fit ex resistentia medij: aut ex applicatione potentie ad potentiā: modo secundum auempeche motus ꝓveniens ex resistentia medij non est naturalis sed diminutus a motu naturali etiam ꝓveniens ex applicatiōe potentie ad potētiam non est naturalis sed superadditus motui naturali: nec est dare duplicem motum quorum vnus sit naturalis ⁊ alius superadditus: quia cum nunq̄ moveātur corpora gravia ⁊ levia absq̄ resistentia medij: tūc in eodem corpore simul ... motus videlicet naturalis diminutus ⁊ additus atq̄ aggregatus: quod nō concederet auempeche. Et ita auempeche nō potest ponere corpora gravia ⁊ levia inanimata posse moveri motu naturali nisi in vacuo quod est absurdum ⁊ contra sentētiam Aristo. ¶ Ideo cōmentator pro solutione rationum auempeche docet veras causas successiōis in motu. vi. omnem motum ꝓvenire secundum excessum potentie motoris supra rem motam: ⁊ q̄ diversitas motuum in velocitate ⁊ tarditate ē secundum ꝓportionē repertam inter potentiam activam motoris ⁊ potentiā resistitivam rei mote: que quidem resistentia inter motorem ⁊ rem motam inquit cōmentator tripliciter contingit: primo ex parte moti tantum sicut est in motu corporum celestium in quibus non est resistentia: nisi mobilis ad motorem. secundo ex parte medij tantū: sicut est in motibus corporum simplicium graviū ⁊ leviū nam in illis res mota per se non dividitur in motorem ⁊ rem motam in actu: cum prima materia que est mota a forma elementi non sit in actu ⁊ cōsequenter non resistat motori. tertio ex parte vtriusq̄. videlicet tam moti q̄ medij: sicut est dispositio in animalibus que moventur in aere vel in aqua: motor enim est anima cui resistit medium ⁊ corpus animalis cum motus anime sit motus circularis. Sed motus ꝓveniens ex appetitu ad omnem differentiam positionū. motus autem corporis animalis fit tantum deorsū ex inclinatione elementi dominantis in eo. triplex igitur est causa successionis in motu. videlicet resistentia mobilis ad motorem: resistentia medij ad motorem ⁊ resistentia vtriusq̄ ad illū.

¶ Ex predictis declarat cōmentator que mobilia indigent medio in suis motibus ⁊ que non di. quod illa in quibus res mota ex se dividitur in motorem in actu ⁊ rem motam in actu non necessario indigēt medio ex quo habent resistentiam intrinsecam sufficientē ad motum: sed si indigent medio inquit cōmentator illud erit per accidens. s. propter inspirationem ⁊ expirationem sine quibus non poterit motum manere sed non requiritur per se ꝓpter motum: illa vero que moventur ex se inquit cōmentator ⁊ non dividūtur in motorē ⁊ rem motam in actu necessario indiget medio: ⁊ hec sunt corpora gravia ⁊ levia: aliter moverentur in non tempore inquit cōmentator cum nihil sit illic quod resistat potentie motive ⁊ ille motus in non tempore eēt motus naturalis eorum: ⁊ cum non sit possibile motum naturalem perpetuo impediri: aliquando movebuntur in non tempore. s. in vacuo quod est impossibile cū omnis motus fit in tempore. Et propter hoc sequitur aliud incōveniens dicit commentator quod aliqua duo corpora equevelociter moventur: quorum vnum est altero gravius ceteris paribus patet de duobus inequegravibus motis sine medio. ¶ Ad primam rationem auempeche patet responsio ex dictis commentatoris negando illam cōsequentiā: qualis est proportio medij ad medium: talis est proportio motus ad motum ⁊ temporis ad tempus: igitur nullus motus est in tempore nisi propter medium impediens quia celum movetur in tempore absq̄ impedimento medij: ⁊ nō repugnat animali moveri in vacuo ex sola resistentia mobilis ad motorem: neq̄ sequitur motum gravium ⁊ levium factum in medio esse violentum: quia licet mediū impediat motum a certa velocitate non tamen impedit motum simpliciter: immo non posset esse talis motus absq̄ medio: licet etiam medium resistat mobili: ⁊ eū violenter ne sit in termino motus non tamen tollit naturalitatem motus cū motus ille fiat naturaliter ab intrinseco movente mobile ⁊ dividente medium. ¶ Ad secūdum respondet cōmentator negando vltimam consequentiam di. ⁊ causa istius erroris fuit estimare quod tarditas ⁊ velocitas sunt motus additi motui ⁊ diminuti ab eo sicut linea que additur linee aut diminuitur ab ea: quam dissimilem declarans ait quod non est simile de additione ⁊ diminutione in quantitatibus mathematicis ⁊ in motibus: quoniā quando ex quantitate mathematica diminuitur aliqua quantitas in actu remanet residua quantitas in actu: sed quando in motu naturali accidit diminutio: tunc motus naturalis nō habet esse nisi in potentia ē quod quidem non ⁊ sic intelligendum quod in motu diminutionis sit motus naturalis sed eo modo quo magis perfectum dicitur esse potentia in minus perfecto: vt mixtum in elemento ⁊ animal in planta ⁊ magnum in parvo. Si enim in motu diminutionis essent duo motus scilicet motus naturalis ⁊ motus tarditatis tunc idem mobile moveret duo

bus motibus per se ad eundem terminum contra philosophum quinto phisicorum. ¶ Unde auempeche non debuit ponere quod in motu facto in medio resistenti sit aliqua pars motus naturalis: aut quod in motu illo maneat aliquid de motu naturali: sed sicut paruus homo dicitur homo diminutus respectu magni hominis non quia paruus homo sit pars magni hominis: sed quia deficit a quantitate magni hominis: ita motus tarditatis proueniens ex resistentia medii non dicitur esse diminutus a motu naturali: quia est pars motus naturalis remanentis post diminutionem: sed quia est minor et imperfectior quam motus naturalis. Ita velocitas non dicitur esse additio motui naturali sic quod fiat vnus motus cuius vna pars sit motus naturalis: et alia motus velocitatis: sed dicitur motus superadditus: quia est maior et perfectior eo modo quo linea bipedalis dicitur superaddi linee pedali: quia continet tantum et plus et hoc posito motiuo opinionis auempeche.


Contra dicta tam in commento quam in littera arguitur et primo quod non omne excedens diuiditur in excessum et in excellentiam: sicut neque componitur ex excesso et ex eo quo fit excessus: quia vna intelligentia excedit aliam et tamen non componitur ex illa neque diuiditur in illa: similiter vnum lignum excedit aliud lignum et non componitur ex illo et vna albedo excedit aliam albedinem in quam non diuiditur nec ex qua componitur. ¶ Secundo arguitur quod medium plenum rarum vel densum impedit motum naturalem: quia graue aut leue motum in aliquo medio pleno si poneretur in medio subtiliori velocius naturaliter moueretur: igitur ista velocitas quam haberet in medio subtiliori est sibi naturalis: et istam velocitatem non habet in medio densiori: igitur medium densum impedit velocitatem naturalem et consequenter impedit motum naturalem. ¶ Tertio arguitur quod successio grauium et leuium simplicium aliunde prouenit quam ex resistentia medii: quia si a. et b. pondera inequalia ponantur in equilibri sic quod a. plus ponderet quam b. patet quod a tardius mouetur quam si in medio simpliciter poneretur absque b. igitur non solum resistit a. medium: sed etiam b. et per consequens successio non tantum prouenit ex resistentia medii: sed etiam ex resistentia b. etc. ¶ Item dicit commentator hic. videlicet commento. 71. quod vniuersaliter res mota est contraria motori: igitur in motu grauium et leuium simplicium materia contrariatur motori igitur illi resistit et per consequens successio in motu illorum prouenit non tantum ex parte medii: sed etiam ex parte mobilis. ¶ Quarto arguitur quod successio proueniens ex parte mobilis et medii non tantum competit animali quia mixta inanimata habent resistentiam tam intrinsecam quam extrinsecam: igitur successio in motibus illorum prouenit ex parte mobilis sicut ex parte medii. dixit enim commentator quod omne motum ex se si diuiditur in motorem in actu et rem motam in actu habet resistentiam ab intrinseco ex parte mobilis: sed quodlibet mixtum inanimatum diuiditur in motorem in actu quod est forma substantialis mixti et rem motam in actu quod est compositum ex materia et 4. formis elementorum: igitur quodlibet tale habet resistentiam ab intrinseco ex parte mobilis. ¶ Ad primum dicitur quod illa propositio: omne excedens diuiditur in excessum et in excedentiam aut illa: omne excedens aliquid componitur ex illo debet intelligi de excessu quantitatiuo vel reducibili ad excessum quantitatiuum. videlicet: omne excedens aliquid secundum quantitatem componitur ex illo quod exceditur vel ex aliquo consimili: et illo per quod exceditur et hoc est verum vniuersaliter in omni excessu quantitatiuo tam discreto quam continuo: in excessu autem perfectionali vel qualitatiuo illud non habet locum: et hoc sufficit ad intentionem philosophi hic quo tam excessus in raritate et densitate reducitur ad excessum quantitatiuum: si enim ex denso fiat rarum illud occupabit maiorem locum quam antequam: quod est de ratione quantitatis. ¶ Ad secundum dicitur quod sicut medium non impedit mobile a motu: sed tantum a termino motus: ita non impedit motum a velocitate naturali: sed bene ab ista vel ab illa velocitate naturali: sicut enim mobile non mouetur tantum si esset medium: ita nullus motus grauium et leuium simplicium esset velox aut tardus nisi esset medium: nec sequitur: medium impedit mobile ab ista velocitate naturali: igitur impedit mobile a motu naturali: quia velocitas naturalis non est motus naturalis sed tantum passio vel differentia eius. ¶ Ad tertium dicitur quod commentator locutus est de resistentia per se et non de resistentia per accidens medium est resistentia per se in motu corporum simplicium grauium et leuium b. autem et quodlibet aliud contra motum est resistentia per accidens: quia accidit corpori simplici quod sibi resistat aliquod tale: sed non sibi accidit quod illi resistat medium cum non possit fieri aliquis motus alicuius corporis simplicis grauis aut leuis absque resistentia medii. ¶ Et ad commentatorem dicitur quod non ponit illam propositionem absolute: sed illam: res mota vniuersaliter est similis quodammodo motori et contraria alio modo: vnde in motu alterationis et in motu ad quantitatem mouens et motum sunt similia in materia et contraria secundum formam vt habetur primo de generatione. in motu autem animalium et corporum celestium mouens et motum sunt similia in proportione cum mouens sit perfectio moti et contraria secundum actum et potentiam cum omne mouens moueat secundum quod est in actu et omne motum moueatur secundum quod est in potentia. 3. phisicorum: et isto modo concedo quod in omnibus grauibus et leuibus inanimatis tam simplicibus quam mixtis mouens et motum sunt similia secundum proportionem et contraria secundum actum et potentiam si tamen per motorem intelligatur mobile et per rem motam medium sic motor et res mota sunt similia in materia et sunt contraria in qualitate. videlicet in grauitate et leuitate densitate et raritate vel saltem [illegible] secundum actum et potentiam. ¶ Ad quartum respondetur quod commentator non dixit successionem prouenientem ex resistentia mobilis et medii solum competere animali sed dedit exemplum de animalibus et non de mixtis inanimatis: quia illud est per se manifestum in animalibus et non in mixtis inanimatis. Est tamen differentia inter animalia et mixta inanimata: quo ad primum motorem et primum motum quia in animalibus primus motor est anima et primum motum est corpus animalis in mixtis autem inanimatis primus motor est forma elementi dicto philosopho primo celi quod mixta inanimata mouentur ad motum elementi dominantis in illis et dum prima materia est primum motum et totum residuum preter formam elementi mouentem est secundum motum: successio igitur in motu animalium proueniens ab intrinseco est ex parte primi moti quod est corpus animalis et non ex parte vltimi moti quod est materia quia licet materia sit contraria motori non tamen est resistentia [illegible] formam sed secundum actum et potentiam: sed in motu mixtorum inanimatorum successio proueniens ab [illegible] non

est ex parte primi moti quod est materia:sed ex parte vltimi moti quod est cōpositum ex materia ⁊ forma substantiali mixti vna cum tribus formis elementorum. ¶ Dubitatur adhuc circa dicta:primo dato ꝙ terra simpliciter moueatur in aere equeuelociter motu cum ipsa: aut velocius:quid est ibi causa successionis in motu cum illa successio non videatur prouenire ab intrinseco ex quo terra est corpus graue simplex non etiam ab extrinseco cum non diuidatur medium ab ipso corpore graui sed magis videatur promouere ad motum illius.

Respondetur ꝙ causa successionis illius motus est resistentia extrinseca medij non quidem per modum diuisionis sed per moduz condensationis:quoniam in tali motu vna pars medij aliam pellit ⁊ condēsat. si enim aer mouetur equeuelociter cum terra tam aer quam terra pellit aliquas partes aeris deorsum. si autem velocius mouetur aer quam terra partes aeris tantuz pellunt se inuicem:⁊ quia terra mouetur cum aere:ideo resistentia vtriusqꝫ est ex parte medij. ¶ Secundum dubium cum dicitur corpus celeste resistere motori quid intelligitur per corpus celeste: vtrum materia prima dimensurata ⁊ hoc non quia illa nulli resistit vt dictum est: aut forma extensa sine materia ⁊ iterum non quia illa non inclinatur in motum contrarium motoris sꝫ inclinat ad eundem motum ad quē motor. aut per corpus celeste intelligitur compositum ex materia ⁊ forma celi preter intelligentiam mouentem. ⁊ istud est contra intentionē cōmentatoris di. inde substantia orbis quod celū nō componitur ex materia ⁊ forma:sed tantum ex motore ⁊ mobili. ⁊ dato quod componeretur ex materia ⁊ forma adhuc non resisteret motori:quia non inclinaretur in motum cōtrarium:sed ad eundem ad quē motor dicimus enim corpus animalis resistere anime quia inclinatur in motum cōtrarium:⁊ alteram partem mixti inanimati resistere forme elementi dominantis:qꝛ secundum se vel aliquid quod inclinatur in motum contrariū constat autem quod talis inclinatio cōtraria secundū totum vel secundum partem non inuenitur in corpore celesti.

Respondetur quod ponendo corpus celeste esse compositum ex materia ⁊ forma: aut esse formam tantum dimensionatam ⁊ extensam: non ideo dicitur corpus celeste resistere motori; quia inclinetur in motum cōtrarium:sed quia naturaliter ab intrinseco determinat sibi tantam velocitatem ⁊ tarditatem: sicut minimū naturale aeris aut ignis existens in sua naturalissima dispositione resisteret comprimenti:non quia inclinetur in motum contrarium:quia non inclinatur ad motum cōdensationis vel rarefactionis:sed quia naturaliter ab intrinseco determinat sibi tantam raritatem ⁊ densitātem tantam magnitudinem ⁊ paruitatem ⁊ nō maiorē nec minorem. nec bene potest fieri cōparatio inter corpus celeste ⁊ corpus animalis:aut alteram partez mixti inanimati:quia quēadmodum illa corpora sunt diuersarum rationum:ita sunt diuersarum inclinationuz Si poneretur corpus celeste esse materiam extensam ⁊ in actu absqꝫ forma substantiali non diceremus illam resistentiam prouenire ex parte mobilis ratione materie:sed ratione forme circularis cui repugnat naturaliter ab intrinseco subito circulariter trāsmutari sicut corpus opacum dicitur resistere lumini nō rōne materie

⁊ opacitatis neqꝫ opacitas resistit lumini:quia inclinet in formam contrariam sed quia repugnat nature sue recipere lumen. Et consequenter diceretur quod licet successio in motu celi proueniat ex resistentia figure tamen determinata velocitas ⁊ tarditas motus celi prouenit ex natura intrinseca motoris non potentis celum velocius aut tardius mouere. Ideo male dicitur cōmuniter quod successio in motu celi ⁊ velocitas ac tarditas prouenit ex libera voluntate anguli seu intelligentie mouentis orbem cum naturaliter loquendo celum ex necessitate mouetur ⁊ non libere libertate contradictionis secundum Aristotelem ⁊ commentatorem.



Tex. co. 72.

Esi per subtilissimum) postꝙ philosophus demonstrauit primum inconueniēs posito vacuo: videlicet quod motus potest fieri in non tempore: cōsequenter demonstrat secunduz inconueniens. videlicet quod aliquod mobile equeuelociter mouebitur in pleno sicut in vacuo ⁊ quod istud sit inconueniens manifestum est quia ponatur illud mobile in medio quantumcunqꝫ subtilissimo:⁊ in tempore quantūcunqꝫ paruo semper velocius mouebitur in vacuo ꝙ in pleno:quoniam vacuum exuperat omnem rationez pleni in motu cum in pleno quantūcunqꝫ raro ⁊ subtili habeatur resistentia extrinseca:in vacuo autez nihil resistit extrinsecum modo implicat contradictionem mobile nullam habere resistentiam in vacuo ⁊ aliquā in pleno:aut maiorem in pleno quam in vacuo ⁊ tamen equeuelociter moueri in vtroqꝫ. ¶ Et quod illud inconueniens sequatur posito vacuo arguitur nam cuz omnis motus fiat in tempore:⁊ nullus possit fieri in non tempore pono ꝙ .a. mobile pertransibit vacuum .b. pedalis quantitatis in hora:⁊ accipio .c. plenum. scilicet aerem vel aquam etiam pedalis quātitatis ⁊ quero vtrum .a. poterit pertransire .c. in hora aut nō. si poterit ponatur in esse ⁊ habetur intentum quia illud quod pertransit spacia equalia in temporibus equalibus equeuelociter mouetur in vtroqꝫ illorum vt declaratur sexto phisicorum. si autem dicitur quod .a. non poterit pertransire .c. in hora ⁊ poterit pertransire .c. vt suppono: sit igitur quod in centum horis pertransibit .c. ⁊ arguitur sic .c. medium est subtiliabile in infinituz:igitur potest ad centuplum subtiliari:igitur .a. potest pertransire .c. in hora. patet consequentia:quia qualis est proportio medij ad medium in raritate ⁊ densitate talis est proportio motus ad motum in velocitate ⁊ tarditate:⁊ temporis ad tempus in longitudine ⁊ breuitate. si igitur .a. poterit pertransire .c. in hora ponatur in esse ⁊ habetur inconueniens probandum quod aliquod mobile equeuelociter mouebitur in plēo sicut in vacuo ex quo pertransibit .b. .c. spacia equalia in equali tempore:quorum vnum est plenum ⁊ reliquum vacuum.

¶ Casus tamen philosophi stat per hunc modum. ꝙ .z. sit vacuum equale .b. aeri aut .d. aque quod pertrāsequitur ab .a. mobili in .3. tpe ⁊ sequitur ꝙ .3. tpe est minus

.r.tempoꝛe in quo.b. vel.d.pertransientur ab ipso.a. mobili si in vacuo sit motus velocioꝛ q̄ in pleno: tūc arg⁹ sic gnātr. ad mioꝛationē dēsitatis ⁊ maioꝛationē raritatis ceteris paribus sequitur velocitas motus: igitur si medium.b.vel.d.rarefieret ꝓpoꝛtionalr sicut .i.est minus.e.tempoꝛe:aut daretur.c.coꝛpus subtilius .d.in ea ꝓpoꝛtione q̄.e.est maius.i.inequali tempoꝛe pertransiret.a.mobile.z.vacuum ⁊.b.vel.d.ponat igitur illud in esse ⁊ habetur intentū. Lege litterā.(Sed si per subtilissimuz medium in tali tātoq̄ paruo tēpoꝛe(fertur)aliquod mobile si contingat illud ferri(p vacuum omnez exuperat rationem)ex quo in pleno est resistentia ⁊ non in vacuo.(Sit enim.z.vacuuz eq̄le autem magnitudine his que sunt.b.⁊.d.a.igitur si transibit ⁊ mouebitur per.z.in quodam quidem tempoꝛe q̄d est.i.sed in minoꝛi q̄ in quo est.e.)q̄ est tempus pertransitionis.b.vel.d.(⁊ hanc habebit rationem)ideſt ꝓpoꝛtionem(vacuum ad plenum sed in tanto tēpoꝛe q̄tū est in quo est.i.ipsi⁹.d.a.trāsibit subtilius:ideſt in eq̄li tempoꝛe in quo.a.transibit.z.transibit vnum spacium subtilius q̄ sit spaciū ipsius.d.(trāsibit autem)plenuz ⁊ vacuum equeuelociter(si sit aliquid)aliud coꝛpus(subtilitate differens ab aere in q̄ est.z.)comperatum(ſm hanc ꝓpoꝛtionem quaz habet tempus in quo est.e.ad tempus in quo est.i.Si enī tanto subtilius est coꝛpus in quo est)spacium(.c.ipso .d.q̄tum exuperat.e.ipsum.i.transibit econtra velocitate in tanto)tempoꝛe.a.mobile.c.spacium(q̄tum)est (.i.)quēadmodum ipsum exuperat.e.q̄ in quo est.a. si feratur)construe sic: quēadmodum ipsum.e.exuperat.d.spacium:quod est illud in quo est.a.motū ⁊ hoc (si ferat).a.supꝛa.c.spacium in ea ꝓpoꝛtione velocius mouebitur q̄ supꝛa.d.in qua ꝓpoꝛtione.e.tempus est maius.i.tempoꝛe.(Si igitur nulluz sit coꝛp⁹) in spacio(in quo est.z.)vacuum(adhuc velocius)mouebitur.a.in.z.vacuo q̄ in.c.pleno ex quo in vacuo nō est resistentia(sed erat)motum.a.in tempoꝛe(in quo est.i.)vt pꝛobatum est(quare inequali tempoꝛe transibit:q̄d est plenuz ⁊ vacuū:sed impossibile est.

Notandum pꝛimo q̄ iste textus cōmuniter est coꝛrupt⁹: q2 tam loco vacui q̄ loco pleni subtilioꝛis.d.in ea ꝓpoꝛtione in qua.e.tempus est maius.i.ponitur.z.q̄d tamē fieri non debet:sed loco pleni subtilioꝛis.d.poni debet .c.sicut loco vacui ponitur.z.aliter littera est confusa ⁊ inintelligibilis. vnde ab illo textu.Si enī tanto ad illuz:si igitur continue debet poni.c.⁊ non.z.cuius tamē oppositum cōmuniter fit.

Secundo notandum ſm cōmentatoꝛē cōmēto .72. q̄ ita est de subtilitate ⁊ spissitudine sicut est de diuisione linee ⁊ superficiei:quoniā quēadmoduz linea ſz q̄ est linea potest diuidi in infinitū q̄d tamen est impossibile ſm q̄ est linea terrestris aut ignea:ita de subtilitate potest intelligi ꝓcessus in infinitum ex sua natura:scilicet ſm q̄ est subtilitas simpliciter:non ſm q̄ est subiectum subtilitatis coꝛpoꝛis mobilis. Sicut igitur linea ſm q̄ huius potest diuidi in infinitum:non autē vt est linea naturalis:ita raritas ſm q̄ huius est subtiliabilis in infinitum:non autē in eo q̄ est passio coꝛpoꝛis naturalis.

Sed dubitatur cuz dictum sit.2⁹ de anima q̄ omniū natura constantiū terminata est ratio magnitudinis ⁊ augmenti. videtur q̄ hec ꝓpositio sit falsa:mediuz potest subtiliari in infinitum.aut ista:vnum medium potest fieri alio subtilius in quacūq̄ ꝓpoꝛtione:⁊ per cōsequens demonstratio nulla est quā facit Aristo. cum demonstrationē non ingrediantur nisi ꝓpositiones vere vt manifestatur pꝛimo posterioꝛū. ¶ Respondet cōmentatoꝛ di.q̄ ꝓpositio posita est falsa possibilis ⁊ ex falso possibili nō sequitur impossibile: ⁊ hoc modo declarationis vtitur multotiens aristoteles ⁊ etiā plato:⁊ est vera declaratio quando non ponitur falsum in ea ſm q̄ est falsum impossibile:sed ſm q̄ ē falsum possibile. Duas distinctiones intendit hic cōmentatoꝛ vna cum cōmento superioꝛi:quaruz pꝛima est ista. duplex est falsum.s.possibile vt aut.chꝛistus est:⁊ impossibile vt homo est asinus.potest igitur ingredi demōstrationē ꝓpositio possibilis falsa sed non ꝓpositio impossibilis falsa. ¶ Secunda distinctio est ista: ꝓpositionuz falsaruz possibiliuz quedā est simplex ⁊ quedā multiplex.ꝓpositio falsa possibilis simplex est illa que non habet nisi vnuz sensum: ⁊ ille est falsus vt tu curris.ꝓpositio falsa possibilis multiplex est illa que habet duos sensus: quoꝛum vnus est verus ⁊ alius falsus:vt linea potest diuidi in infinitum. hec eniz ꝓpositio est falsa:quia non potest diuidi linea nisi cum coꝛpoꝛe naturali: sed non potest diuidi coꝛpus naturale in infinituz:igitur nec linea.est tamen falsa possibilis multiplex:quia habet duos sensus.vnuz verum:scilicet linea ſm q̄ linea potest diuidi in infinituz.⁊ aliuz falsuz:videlicet linea ſm q̄ naturalis potest diuidi in infinitum:⁊ talis ꝓpositio potest ingredi demōstrationez:non ſm sensuz falsuz:sed ſm sensuz verum. Ita in ꝓposito licet hec ꝓpositio sit falsa mediū potest subtiliari in infinitum:non tamen est impossibilis sed est falsa possibilis:non simplex: sed multiplex habens duos sensus:quoꝛuz vnus est mediuz ſm q̄ raruz vel densum potest subtiliari in infinitum. Secūdus sensus est:mediuz ſm q̄ igneū vel terreū pōt subtiliari in infinitū:ille sensus est falsus:⁊ alius est ver⁹. secūduz q̄ ingreditur ꝓpositio illa demonstrationem. ¶ Dubitatur circa demonstrationez aristotelis ꝓbando q̄ posito vacuo aliquid potest ita velociter moueri in pleno sicut in vacuo ponendo q̄ a cōcauo ignis ad centruz mundi totuz sit vacuuz:⁊ q̄ in cōcauo lune sit vnuz mixtum ex quattuoꝛ elementis habens tantū vnuz graduz grauitatis terre:⁊ vnuz aque:⁊ vnū gradum leuitatis aeris:⁊ vnuz tantū leuitatis ignis:⁊ descendat illud mixtuz per totaz spherā ignis resistentez: vt vnuz cuz dimidio:⁊ deinde per totuz vacuuz in quo deberet esse sphera aeris.⁊ patet q̄ per totaz spheram ignis illud mixtuz mouetur a ꝓpoꝛtione dupla: quia mediuz resistit vt vnuz cuz dimidio:⁊ tres gradus trahunt deoꝛsum:scilicet terre: aque: ⁊ aeris: non autem ignis:pꝛesupposito q̄ nulluz elementuz trahat sursum vel deoꝛsum in ꝓpꝛia sphera:sed trium ad vnum cum dimidio est ꝓpoꝛtio dupla:igitur ⁊c.cum autem illud mixtum venerit ad vacuuz aeris iteruz mouebitur ab eadez ꝓpoꝛtione:quoniā tantuz resistet vnus gradus ignis ⁊ duo trahēt deoꝛsum:videlicet gradus grauitatis terre ⁊ aque:non autez resistet neq̄ trahet deoꝛsum gradus leuitatis aeris ex quo erit in ꝓpꝛia sphera:sed duoꝛuz ad vnuz est ꝓpoꝛtio dupla:igitur continue tam in pleno q̄ in vacuo ferabitur eadē ꝓpoꝛtio potentie motiue supꝛa suaz resistentiaz: ⁊ cōsequēter eadez velocitas:igitur illud mixtuz equeuelociter mouebitur in pleno sicut in vacuo. ¶ Respōdetur cōmu-

niter concedendo conclusionez adductaz: vnde nō solū est concedendū tale mixtuz ꝺm philosophiaz iam currentez equeuelociter moueri in pleno ⁊ in vacuo: immo velocius moueri in pleno ꝙ̄ in vacuo ponēdo in casu priori ꝙ elementū ignis non resistat nisi vt vnuz in quo casu moueretur illud mixtuz per totuz elementum ignis a proportione tripla: ⁊ in vacuo aeris tantum a ꝓportione dupla: cū in toto elemento ignis sit tantuz resistentie vt vnuz: ⁊ tres gradus triuz inferiorū elementoruz trahant deorsum. in vacuo autez aeris illud non mouetur nisi a ꝓportione dupla: cū solū aq ⁊ terra trahatur deorsuz: ⁊ tantū ignis resistat: sed intētio Aristotelis est ꝙ nō est possibile aliquod corpus simplex equeuelociter moueri in pleno ⁊ in vacuo: qz in pleno habet resistentiaz: sed in vacuo nullaz: si etiaz fuerit aliquod mixtuz habēs in aliquo medio resistentiam tam intrinsecaz ꝙ̄ extrinsecaz non variata resistentia intrinseca impossibile est illud equeuelociter moueri in pleno ⁊ in vacuo: quia si non variatur resistentia intrinseca semper maiorem resistentiaz habet in pleno ꝙ̄ in vacuo ceteris paribus: ⁊ ꝯsequenter tardius mouetur in pleno ꝙ̄ in vacuo: ⁊ ita intendit phūs. ❡ Et notāter dico non variata resistentia intrinseca: quia si variaretur staret vt supra aliquod mixtū equeuelociter moueri in pleno sicut in vacuo: ⁊ etiaz velocius nō obstāte ꝙ in pleno haberet resistentiā taz intrinsecam ꝙ̄ extrinsecaz: ⁊ in vacuo tantū intrinsecaz. pono ꝙ a concauo aeris ad mediū mundi totū sit vacuū. ⁊ a cōcauo aeris ad cōcauuz celi totuz sit plenuz: ⁊ ꝙ in concauo ignis sit. a. mixtuz qđ debeat descendere per totuz elementum aeris resistentie vt vnuz: qđ quidē mixtum cōponatur ex quattuor gradib⁹ grauitatis terre ⁊ duobus aque habens tantuz vnuz graduz leuitatis aeris ⁊ vnuz leuitatis ignis. In casu isto. a. mouetur ꝑ aerez a ꝓportione tripla: quia resistentia est vt dupla: cū nō resistat aer nisi vt vnuz ⁊ ignis vt vnuz. sex autez gradus trahunt deorsum: videlicet quattuor terre: ⁊ duo aque: sed sex ad duo est ꝓportio tripla: igitur in toto medio aeris. a. mouetur a ꝓportione tripla. in vacuo autem aque mouentur tantuz a ꝓportione dupla: qz non trahunt deorsum nisi quattuor gradus terre: ⁊ trahūt sursuz resistendo solū duos gradus: videlicet vn⁹ aeris ⁊ vnus ignis: ⁊ hoc contingit ꝓpter variationē resistentie ab intrinseco cum in toto elemento aeris habeat. a. mixtuz tm̄ resistentiaz vt vnuz intrinsecā: in vacuo autez resistentiaz vt duo intrinsecam sic ꝙ maioratur resistentia intrinseca ⁊ minoratur potentia motiua cum potentia motiua in elemento aeris sit vt sex: ⁊ in vacuo aque sit tantuz vt quattuor. stante igiť eadez resistentia intrinseca ⁊ nō minorata potentia motiua impossibile est aliquod mixtuz equeuelociter aut velocius moueri in pleno ⁊ in vacuo.

Contra predicta arguitur probando iterum aliquod mobile moueri: ita velociter in pleno sicut in vacuo manente eadem potentia motiua omnino ⁊ eadez resistentia intrinseca eo modo quo dictum est. Et suppono ꝙ omnia mixta consimilis compositionis equeuelociter mouerētur in vacuo: sed non in pleno. primuz patet. nam ex quo essent consimilis mixtionis consimilis esset ꝓportio motiue potentie supra resistentiam in vno sicut in alio ex quo non haberent resistentiā nisi intrinsecam. constat autez ꝙ cōsimilis velocitas ꝓuenit ex consimili ꝓportione. secundū vero declaratur: ⁊ sit. a. vnuz mixtū grauitatis vt octo: ⁊ leuitatis vt quattuor. b. vero grauitatis vt quattuor ⁊ leuitatis vt duo. ⁊ patet ꝙ sunt cōsimilis mixtionis. ponatur igitur ceteris paribus ī medio resistente vt. i. ⁊ sequitur. a. velocius descendere ꝙ̄. b. quia a maiori ꝓportio potentie motiue supra resistentiam. nam computando resistentiam intrinsecaz ⁊ extrinsecam simul tota resistentia. a. est vt quinqꝫ: ⁊ potentia motiua vt octo. tota vero resistentia. b. est sicut tria: ⁊ potentia motiua vt quattuor: sed maior est proportio octo ad quinqꝫ ꝙ̄ quattuor ad tria cum sit sexquitertia: ⁊ altera suptripliens quintas: igitur ⁊ cetera. ❡ Isto supposito pono ꝙ. a. moueatur in pleno ⁊. b. in vacuo. Et quero vtrum. a. ⁊. b. equeuelociter mouētur: aut. a. tardius. b. si equeuelociter mouentur: habetur intentum. nam ponatur. a. in vacuo ipsum equaliter mouetur cum. b. per suppositionem ⁊ in pleno etiam equaliter mouetur: igitur. a. equeuelociter mouetur in pleno ⁊ in vacuo. Si autem tardius mouetur. a. in pleno ꝙ̄. b. in vacuo sit: igiť ꝙ. a. in ꝓportione dupla: ⁊. b. in proportione quadrupla. ⁊ arguitur sic. contingit assignare vnuz mixtum consimilis mixtionis cū. a. qđ velocius mouebitur in eodem medio ꝙ̄. a. per suppositionem: igitur per eandem suppositionem contingit assignare vnum mixtum consimilis mixtionis motum in eodem medio in duplo velocius. a. ⁊ consequēter a ꝓportione quadrupla. sit ergo illud. a. ⁊ ponatur in vacuo: ⁊ arguiť sic. c. in pleno mouetur a ꝓportione quadrupla ⁊ in vacuo mouetur a ꝓportione q̄drupla tantuz: ex quo est eiusdez mixtionis: cum. b. igitur. c. equeuelociter moueť in pleno sicut in vacuo qđ erat ꝓbandum. ❡ Confirmatur idem ex fundamento demōstrationis philosophi. nā qđlibet istoruz mobilium positum in vacuo mouetur a ꝓportione quadrupla vt suppositum est. ponatur igitur aliquod eorum in pleno. ⁊ quero vtrum illud moueatur a ꝓportione quadrupla aut non: si sic habeť intentuz: si non sic: igitur qđ illud moueatur a ꝓportione dupla. ⁊ arguitur sic. medium est subtiliabile in infinitum: igiť potest subtiliari ad duplum. ponatur igitur ꝙ sic subtilietur: ⁊ sequitur illud mixtuz moueri a ꝓportione quadrupla. nam qualis est ꝓportio mediū ad medium in raritate ⁊ densitate: talis est ꝓportio motus ad motū in velocitate ⁊ tarditate: sed medium subtiliatum ad duplum est in duplo rarius ꝙ̄ primo erat: igitur velocitas est dupla ad priorem: sed prima velocitas fuit dupla: igitur ista est quadrupla. patet ꝯña. qz ꝓpor⁹ quadrupla est dupla duple. Et his rationibus nō tantum ꝓbatur ꝙ mobile aliquod equeuelociter mouetur in pleno sicut in vacuo: immo ꝙ velocius ponendo. c. in quadruplo velocius moueri ꝙ̄. a. aut medium ad quadruplū rarefieri. ❡ Ad primū casum respondet Burleus concedendo ꝙ. a. tardius mouetur ꝙ̄. b. admittendo ꝙ. a. moueatur a ꝓportione dupla in pleno: ⁊. b. a proportione quadrupla in vacuo ⁊ concedit ꝙ. c. consimilis mixtionis tam cum. a. quā cum. b. potest in duplo velocius moueri ꝙ̄. a. ⁊ consequenter quod potest moueri a proportione quadrupla: ⁊ cuz ponitur ꝙ moueatur a proportione quadrupla non admittit hoc cum priori casu di. ꝙ licet vtrūqꝫ illorum sit possibile: illa tamen non sunt compossibilia. ❡ Et ita responderet ad secundum casum di. admittendo ꝙ. b. in duplo velocius moueatur in vacuo ꝙ̄ in pleno: ⁊ consequenter concederet ꝙ. b. potest in duplo velocius moueri ꝙ̄ iaz moueatur in pleno per subtiliatio-

gem medij. cum autem ponitur ꝙ medium subtilietur ad duplum in quo moueatur .b. non admitteret hoc cum priori casu: quia indubie his admissis sequit̃ idem mobile equeuelociter moueri in pleno sicut in vacuo stante eadem resistentia intrinseca ⁊ potētia motiua: qđ est impossibile. ¶ Iste modus respondēdi est magis sophisticus q̃ naturalis cum satisfaciat solum ſm regulas obligationum. vnde dato isto modo respondendi sequitur ꝙ ratio Aristotelis non fuit demonstratiua: quoniam cõ similiter responderet ad rationem Aristotelis concedendo ꝙ .a. in duplo velocius mouetur in vacuo .z. q̃ in pleno .d. concedēdo ꝙ .c. est medium in duplo subtilius q̃ .d. ⁊ cum ponit philosophus .a. moueri in .c. pleno non admittitur iste casus cum priori casu dicendo ꝙ quelibet est possibilis quilibet illorum casuum sed non sunt inuicem compossibiles. ¶ Dicendum igitur aliter ꝙ lʒ ratio philosophi non sit simpliciter demõstratiua: tamen fuit demõstratiua contra antiquos concedentes motum pleni esse comparabilem motui vacui in velocitate ⁊ tarditate quod quidē implicabat contradictionem. sicut enim vacui ad plenum nulla est proportio: ita motus facti in pleno ad motũ factũ in vacuo nulla est ꝓportio: posito igit̃ vacuo dicatur ꝙ licet motus facti in vacuo sint inuicem comparabiles in velocitate ⁊ tarditate: sicut iam inuicem comparantur motus facti in pleno: tamen motus facti in pleno: ⁊ motus facti in vacuo non sunt inuicem comparabiles in velocitate ⁊ tarditate: sicut nec iam inuicem comparantur motus celi ⁊ motus elementorum cum resistentia in motu celi proueniat ex parte mobilis: ⁊ resistentia in motu elementorum ex parte medij secũdum cõmentatorem. ⁊ septimo physicorum dicit philosophus ꝙ motus rectus ⁊ circularis non sunt comparabiles in velocitate ⁊ tarditate: quia spacia super quibus fiunt non sunt inuicem comparabilia secundũ equalitatem vel inequalitatem: videlicet linea recta ⁊ circularis. posito igitur vacuo est concedendum .a. mobile moueri in vacuo a proportione quadrupla ⁊ in pleno a proportione dupla: ⁊ a ꝓportione quadrupla: ⁊ a proportione centupla ⁊ sic in infinitum secundum subtiliationem medij: non tamen mouet̃ .a. in vacuo tardius q̃ in pleno: neq̃ velocius q̃ in pleno: neq̃ equeuelociter sicut in pleno cum tales motus non sint inuicem comparabiles in velocitate ⁊ tarditate: sicut nec proportiones illorum motuum in maioritate ⁊ minoritate: licet enim proportio quadrupla reperta ĩ vacuo sit maior proportione dupla ĩuenta in vacuo: nõ tamen est maior neq̃ minor proportione reperta in pleno sicut neq̃ vacuum est maius vel minus pleno non enim possunt comparari secundum equalitatem ⁊ excessum plenum ⁊ vacuum sicut nec comparantur inuicem punctus ⁊ linea aut numerus ⁊ nihil vt posuit aristoteles in littera.

Ex predictis patet ꝙ non sequitur .a. mobile non potest in vacuo moueri nisi a proportione quadrupla ⁊ in pleno potest in infinitum velociter moueri: igitur potest velocius moueri in pleno q̃ in vacuo. nullus enim motus potest esse velocior motu celi: ⁊ tamen aliquis motus potest in infinitum velocior: scilicet motus alterationis ⁊ motus celi nõ potest esse nisi finitus: ⁊ hoc ideo quia tales motus non sunt inuicem comparabiles vt videbitur septimo physicorum. (Manifestum est
Tex. co. 73. igitur.) ¶ Tertium incõueniens est istud. aliqua duo equeuelociter mouentur: ⁊ tamē motus vnius ad motum alterius nulla est proportio: ꝙ istud sit inconueniens manifestum est. quia sicut cuiuslibet temporis finiti ad quodlibet tempus finitum est aliqua proportio: ⁊ cuiuslibet linee recte ad quālibet lineam rectam est aliqua proportio: ita cuiuslibet motus ad quemlibet motum comparabilem in velocitate ⁊ tarditate est aliqua proportio: ⁊ ꝙ illud sequatur arguitur. nam concesso illo impossibili: scilicet ꝙ idem mobile equeuelociter mouebitur in pleno ⁊ in vacuo: ⁊ consequenter ꝙ idem mobile in temporibus equalibus pertransibit duo spacia equalia: quorum vnum est plenum ⁊ reliquum vacuum vt probatum est sequi data positione antiquorum de vacuo. pono igitur ꝙ istud mobile sit .a. ⁊ .b. sit vnum aliud mobile consimiliter dispositum omnino substantialiter quantitatiue ⁊ qualitatiue: sicut .a. ita ꝙ sicut tempus in quo pertransibit .a. vacuum erit equale omnino tempori in quo pertransibit plenum: ita .b. mobile sit equale omnino a mobili qđ moueatur in pleno tante subtilitatis omnino quāte subtilitatis erit plenum in quo mouebitur .a. ⁊ patet ꝙ .a. ⁊ .b. iam mouentur equeuelociter: ⁊ ꝙ motus .a. ad motum .b. nulla sit proportio. arguitur. nam qualis est ꝓportio medij ad medium in raritate ⁊ densitate talis est proportio motus ad motum in velocitate ⁊ tarditate: sed vacui ad plenum nulla est proportio in raritate ⁊ densitate: igitur motus ad motum nulla est proportio in velocitate ⁊ tarditate. Lege litterā. (Manifestum est igitur ꝙ si fuerit aliquod tempus in quo vacuum quodlibet fertur) idest in quo mobile quantum fuerit illud fertur per vacuum (accidet hoc impossibile inequali enim) tempore (accipietur ⁊ ꝙ plenum est trāsire aliquod ⁊ vacuum) vt probatum est quo concesso (erit enim ⁊ aliquod analogum corpus) tam plenum quā mobile comparabile (alterum ad alterum vt tempus) ita ꝙ sicut tempus est equale tempori: ita plenum pleno: ⁊ mobile mobili (sed sicut in capitulo) .i. in summa (est dicere palam accidentis) idest huius inconuenientis ꝙ duorum equeuelociter motorum motus vnius ad motũ alterius nulla est proportio (causa est: quia motus quidem ad motum omnis proportio est) idest cuiuslibet motus ad quēlibet motum est aliqua proportio (in tempore enim est) omnis motus) (temporis autem omnis est ad tempus) quodlibet aliqua proportio (finitis vtrisq̃ vacui autem ad plenum nõ est) aliqua proportio: ⁊ epilogans philosophus circa inconuenientia adducta ait (secundum quidem igitur ꝙ differunt media) scilicet plenum ⁊ vacuum (per que feruntur) mobilia (hic contingunt) inconuenientia nominata.

Notandum primo secundum cõmentatorem cõmento .73. ꝙ vniuersaliter ꝓpositiones ex quibus hoc impossibile est sunt due: quarum altera est quoniā quilibet motus habet ꝓportionem ad quēlibet motum: quoniam quilibet est in tempore: ⁊ quodlibet tempus habet ꝓportionem ad quodlibet tempus cum fuerit finita. altera vero est ꝙ vacuum non habet ꝓportionem ad plenum. Uult ergo cõmentator ꝙ ex his duabus ꝓpositionibus. cuiuslibet motus ad quēlibet motum est aliquo ꝓportio. ⁊ vacui ad plenum nulla est ꝓportio sequuntur generaliter omnia incõuenientia adducta: ⁊ sicut non loquitur philosophus vel cõmentator de ci tempore cum dicit ꝙ cuiuslibet temporis ad quodli

bet tempus est aliqua ꝓportio: sed solum de temporibus finitis vt asserunt: quia temporis finiti vel infiniti ad tempus infinitum nulla est ꝓportio: ita nõ loquũtur de quolibet motu: quia septimo physicorum declaratur motum alterationis non esse comparabilē motui locali: neq₃ motū localem rectum motui circulari: sed tantum de motu locali elementorum: quia de nullo alio facit mentionē. constat autē ꝙ cuiuslibet motus localis elementi ad quēlibet motū localē elementi est aliqua proportio.

Secundo notandũ ſm burleum ꝙ raritas ⁊ densitas dupliciter accipiuntur. vno modo vt sūt qualitates insequētes calidum ⁊ frigidū iuxta doctrinam cõmentatoris septimo physicorum. ⁊ sic non oportet ꝙ qualis est proportio medij ad medium in raritate ⁊ densitate ꝙ talis sit ꝓportio motus ad motum in velocitate ⁊ tarditate. Alio modo accipiuntur raritas ⁊ densitas vt sunt positiones insequentes quãtitatem: seu relationes fundate in quãtitate: scilicet distantia ⁊ propinquitas partium quãtitatis: ⁊ isto modo qualis est proportio medij ad medium in raritate ⁊ densitate talis est proportio motus ad motum in velocitate ⁊ tarditate. ¶ Primū istorum est dubium. nam qualis est proportio medij ad mediū in raritate ⁊ densitate insequentibus calidum ⁊ frigidū talis est proportio medij ad medium in raritate ⁊ densitate in sequentibus quãtitatem: vt patet inductiue: sed qualis est proportio medij ad mediū in raritate ⁊ dēsitate insequentibus quantitatem talis est proportio motus ad motum in velocitate ⁊ tarditate secundum Burleum: igitur a primo ad vltimum qualis est proportio medij ad medium in raritate ⁊ densitate insequentibus calidū ⁊ frigidum talis est proportio motus ad motum in velocitate ⁊ tarditate: quod est contra eum. ¶ Secundū autem non videtur esse verum quoniam dato illo sequitur ꝙ vacui ad plenum est aliqua proportio in raritate ⁊ densitate contra philosophum in littera. ⁊ probatur illud sequi: quoniam vacuum secundum opinionem antiquorum erat spaciū separatum ⁊ quãtitas continua trium dimensionum separata ab omni forma naturali: sed cuiuslibet quãtitatis alique partes sunt ꝓpinque ⁊ alique remote ⁊ distantes: sed secundum burleum raritas ⁊ densitas sunt distantia ⁊ propinquitas partium quãtitatis: igitur dato vacuo illud esset rarum vel densum: ⁊ per cõsequens esset comparabile pleno in raritate ⁊ densitate ⁊ cetera. ¶ Item sequitur ꝙ pedale ignis ⁊ pedale terre sunt equaliter densa vel equaliter rara: quia habēt partes eque distantes ⁊ eque propinquas. quibuscunq₃ enim partibus signatis in vno illorum propinquis vel remotis contingit assignare in alio partes cõsimiliter ꝓpinquas ⁊ consimiliter distantes. ¶ Dicendum igitur aliter ꝙ rarum ⁊ densum vt sunt positiões vel relationes aut qualitates tangibiles ꝓprie loquēdo dicunt materiam per comparationem ad quãtitatem. vnde rarum est illud quod habet modicū de materia sub multa extensione: ⁊ densū est illud quod habet multum de materia sub modica extensione: quod vniuersaliter est verum in elementis ⁊ mixtis ⁊ corporibus celestibus. in elementis enim ⁊ mixtis inuenitur vtraq₃ raritas ⁊ densitas tam absoluta ꝙ̃ respectiua. in celo autem non inuenitur raritas vel densitas absoluta: cum ibi non sit caliditas neq₃ frigiditas: sed reperitur raritas ⁊ densitas respectiua cū ibi sit in aliqua parte celi modica materia sub multa extensione: ⁊ in aliqua parte multa materia sub modica extensione: sʒ posito vacuo ad modum loquendi antiquorū ipsū nullam materiam haberet: neq₃ etiam extensionem insequentē quãtitatem corpoream cum vacuum nõ esset corpus per antiquos: igitur tale vacuum nullo modo esset rarum vel densum. ꝓpterea nulli cederet nec alicui resisteret. ponendo autem vacuum iuxta opinionem Aristotelis illud esset densum ⁊ rarum: ⁊ alteri corpori cederet ⁊ resisteret: quoniam illud esset corpus concauum nihil actu continens seu superficies corporis continentis in potentia. si enim nihil esset inter elementum ignis ⁊ centrum mundi. illud elementum diceretur vacuum ⁊ esset rarū: ⁊ cederet ac resisteret corpori moto in eo: ⁊ diceretur corpus motū in eo simul moueri in pleno ⁊ in vacuo: quoniam illud elementū diceretur plenum ratione superficiei conuexe: ⁊ vacuū rõne superficiei concaue.

Sed dubitatur ostendendo ꝙ non qualis est proportio medij ad medium in raritate ⁊ densitate talis sit proportio motus ad motum in velocitate ⁊ tarditate qualitercunq₃ accipiatur rarū ⁊ densum ponēdo ꝙ .a. medium sit resistentie vt duo: ⁊ .b. medium vt vnum: ⁊ mobile sit potentie vt octo. ⁊ patet quod mobile mouebitur per .a. mediū a proportione quadrupla: ⁊ per .b. medium a proportione octupla: sed proportio octupla non ē dupla quadruple: imo minor ꝙ̃ dupla: igitur velocitas motus facti in medio .a. non erit dupla ad velocitatē motus facti in medio .b. ⁊ tamen medium .a. est duplum ad medium .b. in raritate vel densitate: sicut etiā resistentia est dupla vt suppono. ¶ Respõdetur ꝙ illa regula Aristotelis est intelligenda ceteris paribus: videlicet seruata semper eadem proportione in resistentijs ⁊ proportionibus: ita ꝙ si resistentie ad resistentiā est proportio dupla: ⁊ proportionis ad proportionem est proportio dupla: tunc velocitatis ad velocitatem est proportio dupla: ⁊ si resistentiarum inuicem fuerit proportio tripla vel quadrupla: ac etiam ꝓportionū necessario motus ad motum erit consimilis proportio in velocitate ⁊ tarditate. (Secũdū autē hoꝝ. ¶ Quartū īcõueniens qd̕ seqt̃. posi o vacuo ē istd̕ qd̕ in eodē spacio vni- Tex. co. 74
formi mobilia difformia ⁊ ineq̃lia eq̃ueℓr mouentur qd̕ istd̕ sit īcõueniēs appʒ ad sensū. videm⁹. n. corpa nãlia grauia ⁊ leuia ī eodē medio vni⁹ diffor² mouen: aut rõe grauitatis vł leuitatis ceteris pibus: aut rõne figure ⁊ plũbum velocius mo³ deorsū ꝙ̃ palea tãte magnitudis ⁊ fi^c ꝯsilis: q² hʒ maiorē grauitatē magis īclinãtē deorsū: ⁊ magis diuidētē mediū. lapis ēt figure sphericę vł pyramidał veloci⁹ dscēdit ꝙ̃ lapis q̃drat⁹ tãte magnitudis ⁊ grauitatis: q² min⁹ sibi resistit me^m. Et ꝙ illd̕ seq̃t posito vacuo arg^t: qm̃ ineq̃litas motuū ꝓueīt: aut q² vnũ mobile hʒ maiorē resistētiã intrisecã ꝙ̃ aliđ: aut q² hʒ maiorē resistētiã extrīsecã: sʒ posito in vacuo quibuscũq₃ duob⁹ grauib⁹ ineq̃lib⁹ in magnitudine grauitate ⁊ figura dũ mõ sint corpa simplicia nullũ illoꝝ hʒ aliquã resistētiã intrinsecã vel extrinsecã: igit̃ oĩa illa eq̃ueℓr mouent: ⁊ hoc ī spa^o vni^t. q² vacuũ cũ sit separatũ a q̃litatib⁹ ⁊ corpib⁹ nullas habet diuersitatē in partib⁹ ex pte raritatis vel dēsitatis spacij mudinis aut subtilitatis. Lc.li. Secũdũ ãt hoꝝ q̃ ſõunt excellētiã hsũt) ꝯstrue sic. Pʒ ãt excellētiã hoꝝ mobiliũ

q̄ ferunt in medio: hec sūt incōueniētia. vʒ ꝙ in medio vni⁹ mobilia diffor⁹ eq̄lr mouent ⁊ ꝙ nō veloci⁹ dscēdit magis graue q̄ꝫ minus graue neqꝫ veloci⁹ ascēdit magis leue q̄ꝫ minus leue ceteris paribus (aialia eniꝫ maiorem inclinatōnem habentia aut grauitatis aut leuitatis si alia similiter se habēt figuris) idest q̄ꝫtū ad figuras (citius ferentia per equale spacium finitum ſm rationem) idest proportionem (quam habent magnitudines ad inuicem) in grauitate ⁊ leuitate (quare et ꝑ vacuum) etiam debent inequaliter moueri (sed impossibile est) ꝙ per vacuum inequaliter ferantur (propter quam enim causam feretur velocius) quasi di. per nullam (in plenis quidem enim ex necessitate) vnum alio velocius mouetur (velocius enim diuidit ex fortitudine maius: aut enim figura diuidit aut inclinatione quā habet ꝙ fertur) naturaliter sursum vel deorsum (aut ꝓiectum) violenter (equeuelocia ergo omnia erunt) in vacuo (sed impossibile est.)

Notādum ſm cōmentatorem cōmento septuagesimoquarto ꝙ (potest aliquis dicere forte ꝙ ex hoc non accidit impossibile quoniam hoc non accidit graui ⁊ leui nisi qa sunt impedita a motu naturali: sed responsio ad hoc ē responsio predicta scilicʒ ꝙ graue et leue non impediatur a medio in quo mouetur: neqꝫ motus eius in medio est violentus sed naturalis). ¶ Responderet igitur auempache ad istam rationem di. ꝙ non est inconueniens in vacuo inequaliter grauia equeuelociter moueri quia non habent resistentiam nisi intrinsecam ex applicatione motoris ad mobile facientem motuꝫ naturalem: ⁊ quia eadem est proportio motoris ad mobile in grauiori ⁊ leuiori: adeo ambo equeuelociter mouentur in vacuo: in pleno autem inequaliter mouētur ratione mediꝫ impedientis mobile a motu naturali. ¶ Istud vltimum soluit cōmentator dicens ꝙ commento septuagesimoprimo dictum est ꝙ medium nō impedit graue neqꝫ leue: neqꝫ motus eius in medio est violētus sed naturalis, medium igitur non impedit mobile a motu immo iuuat mobile ad motum: quia subtracto medio non esset motus corporum simplicium grauium ⁊ leuium ita ꝙ medium est causa sine qua talis motus esse non potest sed bene impedit medium ipm mobile a termino motus sic ꝙ non permittit eum esse subito in termino motus. Preterea motus grauiū ⁊ leuium est naturalis ⁊ non violentus: quia grauia ⁊ leuia naturaliter inclinantur esse in terminis suorum motuum ad quos naturaliter mouentur a principio intrinseco naturaliter diuidente mediuꝫ. (Quod
Tex. cō. 75. quidem si vacuum sit.) ¶ Ex predictis demonstrationibus concludit philosophus ꝙ si vacuum est contingit ponentibus illud esse dicere contrarium illius ꝙ coegit eos concedere vacuum esse. motus enim coegit eos dicere vacuum esse loquendo de vacuo separato concedentes hanc conditionalem: si motus est vacuuꝫ est: sed ex demonstrationibus iam factis patet ꝙ si vacuum separatum est motus non est. dixerunt igitur antiqui ꝙ vacuum est ⁊ ꝙ illud est spaciū separatū. primum remouetur hic probādo motū non esse si vacuū est: secundum vero fuit remotum in tractatu de loco ꝓbando locum non esse dimensionem separatā quaꝫ ipsi antiqui dixerunt esse vacuum. Le. li. (Quod quidem si vacuum sit accidat contrarium) q̄ꝫ illud propter qđ ipsi antiqui (probant vacuum maximū esse ex dictis est: hi quidem igitur opinantur vacuum esse siquidem erit ſm locum motus discretum) idest separatum (ſm se hoc autem idem est a quod est locum dicere esse aliquod separatum sed hoc ꝙ sit impossibile esse dictum est prius.)

Notandum ꝙ rationes facte ex parte velocitatis ⁊ tarditatis in motu sunt quattuor demonstrationes ducentes ad impossibile quarum prima comparat ideꝫ mobile aut plura indifferenter ad diuersa media. Secunda comparat tantum idem mobile ad diuersa media. Tertia comparat diuersa mobilia ad diuersa media semper intelligendo vnum plenum ⁊ alium vacuum. Quarta autem comparat diuersa mobilia ad idem mediuꝫ scilicʒ vacuum: ideo tres prime rationes probant vacuū non esse ex diuersitate mediorum. quarta vero probat vacuum non esse ex diuersitate potentiarū motiuarum vt asserit cōmentator cōmēto septuagesimoquarto.

Contra predicta arguit multipliciter grauia ⁊ leuia simpliciter moueri in vacuo semper loquendo de motu successiuo ⁊ de vacuo ad modum intelligendi antiquorum: ⁊ primo sic: Impossibile est aliqđ mobile transire ab extremo ad extremum nisi prius veniat ad medium: sed omne prius veniens ad medium q̄ꝫ ad extremum mouetur successiue ⁊ in tempore: igitur graue simplex aut leue moueretur in vacuo: patet consequentia quia tale vacuum haberet medium ⁊ extrema. Secundo admisso vacuo sit. a. terra pura in concauo lune: ⁊ .b. ignis simplex in centro mundi debens ascendere per eandem lineam imaginatiuam per quaꝫ descendet. a. ⁊ quero vbi obuiabunt inuicem a ⁊ b nō in centro nec in concauo: quia a incipit recedere a concauo ⁊ b a centro. Si in medio vacui igitur prius venient ad medium q̄ꝫ ad extremum ⁊ per consequens successiue mouebuntur. Tertio. a. non est in centro ⁊ erit in centro vtrum per motum vel per mutationem subitaꝫ: si per motum habetur intentum: si per mutationem subitam ⁊ omnis talis est terminus motus per cōmentatorem sexto phisicorum: igitur a erit in centro per motum. Quarto ponantur in medio vacui due terre simplices in equilibri quarum vna sit altera grauior, ⁊ patet ꝙ terra grauior mouebitur successiue deorsum sicut terra minus grauis mouebitur successiue sursuꝫ. ¶ Iā auctoritatibus idem suadetur: Dicit enim philosoph⁹ in hoc quarto tractatu de tempore ꝙ prius ⁊ posterius in motu sunt ex priori ⁊ posteriori magnitudinis: sed vacuum esset magnitudo habens partem priorem ⁊ posteriorem: igitur transitus factus in vacuo haberet prius ⁊ posterius ⁊ per consequens esset mot⁹ successiuus. Dicit etiam quinto phisicorum ꝙ medium est illud in quod continue mutans prius venit q̄ꝫ in extremum: quod non esset verū nisi transitus mobilis in vacuo esset successiu⁹. ¶ Item sexto huius dicit ꝙ omne mobile prius pertransit equale sibi q̄ꝫ maius se: ⁊ .7. huius ꝙ mobile velocius motum in eodem tempore pertransit plus de spacio et .8. huius ꝙ omne mobile quod mouetur est continue in loco sibi equali. que nō essent vera nisi in vacuo fieret mot⁹ successiu⁹.


Notandum ꝙ est vna opinio famosa dicens corpora simplicia moueri successiue in vacuo non propter aliquaꝫ resistētiā intrinsecā vel extrinsecā positiuā sed tm̄ priuatiuā et negatiuam que est incompossibilitas essendi simul in termino a quo ⁊ termino ad quem: sicut enim gradus

catur moueri tm̃ circa centrum mũdi. scdo impossibile scdm omne factum fuit per tempus eternū. ⁊ omne tale semper fuit. qm̃ omne factum fuit per celum ⁊ ipsū celum est eternum omne: ⁊ omne ẽt factum fuit in omni celo: sed omne tempus est celum: ergo fuit in omni tempore ⁊ per ꝯsequens semper fuit. ¶ Tertiū impossibile ē ꝙ annus nõ est maior mense: nec mẽsis maiore die vel hora q2 tam hora quã dies ꝙ̃ mensis ꝙ̃ ãnus est celum ſm hanc opinionem modo celum nõ ē maius celo ⁊ ita sequitur ꝙ nihil potest moueri p horā precise q2 omne ꝙ mouetur per horam mouetur p diem mensem ⁊ annum ex quo vnum est reliquū sic arguendo: hoc celum est annus ⁊ idem celum est dies: ergo dies est annus. ¶ Quartũ impossibile ꝙ oẽ tps est finitum: q2 omne celum est finitum: ⁊ omne tp̃us est celum per hanc positionem: ⁊ ꝯsequẽter sequit ꝙ temporis multe partes sunt simul: quarum nulla alteram includit: q2 celi multe sunt partes simul existẽtes nõ se inuicem includẽtes: cum sit res permanens ⁊ sic habetur ꝙ tempus preteritum manet cum tempore futuro: q2 celum preteritū manet cum celo futuro neq3 aliquod ē istãs ꝙ sit finis temporis preteriti ⁊ iniciũ futuri: q2 nullum est instans qd̃ sit inicium ⁊ finis mundi futuri: aut finis mundi preteriti. Et non solum hec impossibilia immo ⁊ infinita alia sequũtur ex hac opinione ꝙ nõ solum illi veteres immo ⁊ multi moderni tenent. (Qm̃ autem videtur) Tertia opinio fuit ista ꝙ tempus est idē ꝙ motus cõmuniter accipiẽdo motũ ita ꝙ omnis motus est tempus siue sit localis siue ad q̃titatem siue ad qualitatem ⁊ hec opinio est dignior aliis inquã p̃hus: melius eni dicit tempus esse motum ꝙ̃ esse completam reuolutionem celi aut ipsum celum: q2 impossibile est imaginari tempus nisi cum motu: ⁊ multotiẽs id qd̃ sequit rē credit eẽ res. Contra istam opinionem arguit p̃hus dupliciter ⁊ primo sic nullus motus est vbiq3: sed tempus est vbiq3. ergo tẽpus nõ est motus. patet ꝯña cum minori: q2 motus ad formã nõ est vbiq3: sed indeterminato subiecto. v3 in ipo mobili generatio eni ⁊ alteratio ⁊ augmẽtatio est in subiecto tm̃ ꝙ generat alteratur vel auget similiter mot⁹ localis: non est vbiq3 sed tm̃ in subiecto qd̃ mouetur localiter: aut in loco in quo fit ille motus: minor autẽ sit euidens: q2 tempus similiter se h3 apud oĩa nõ eni est dicendum ꝙ tempus sit in celo ⁊ non in terra: aut ꝙ dentur diuersa tempora in diuersis partibus mũdi sint diuersi motus: sed illud idem tempus numero ꝙ est in celo est in terra ⁊ ꝙ est in oriente est in occidẽte: ⁊ in meridie: ⁊ in septentrione. Le li. Qm̃ aũt videtur maxime motus esse ⁊ mutatio q̃dam tempus ꝓpter ꝓpinquitatem illorum hoc ꝯsiderandum est videlicet vtrum tempus sit motus. Et arguit ꝙ nõ vniuscuiusq3 quidē. ergo mutatio ⁊ motus in ipso propter alteratione ⁊ augmentum mutato est solum aut vbiq3 fortasse est. i. aut forte motus est tantũ indeterminato vbi vel loco sicut ipsum ꝙ mouetur ⁊ transmutãs est tempus autem similiter ⁊ vbiq3 ⁊ apud omnia est.

Notãdum scdm cõmẽtato cm̃ ꝯmẽto .96. ꝙ Aristoteles conclusit in scda figura ꝙ tempus non est motus sic mot⁹ ñ est vnus in omni loco: ⁊ apud quodlibet ⁊ tempus ē vnum in omni loco ⁊ apud quodlibet igitur mot⁹ nõ est tempus. Ecce ſm p̃hm ⁊ ꝯmentatorem ꝙ tempus multiplicatur ad omnem punctū mũdi: non ãt mot⁹ sed est indeterminato subiecto. per hoc distinguitur tẽpus motu. Egidius autem ⁊ burleus dicunt ꝙ temp⁹ habet duplicem habitudinem s. forme ad subiectum ⁊ mensure ad mẽsurata ſm primam habitudinem tempus nõ est vbiq3: sed tm̃ in primo motu tanq̃ in subiecto suo. ſm v° habitudinẽ mẽsure ad mensurata dicit eẽ vbiq3 qm̃ omnia transmutabilia mensurat motus autem non dicit aliquam habitudinē mensure ad mensuratum: sed tantũ forme ad materiã vel ad subiectũ ideo nõ dicitur motus eẽ vbiq3. Et sup addit Burleus aliam causam propter ꝙ̃ tempus dicitur vbiq3 ⁊ non motus quia tempus relinquit in qualibet re temporali suum: quando ergo est in qualibet re temporali per suum effectum: motus autem non habet aliquem effectum in qualibet re temporali: tempus ergo dicitur eẽ vbiq3 non formaliter: sed tm̃ causaliter ⁊ mensuratiue Ista determinatio non saluat litteram neq3 ꝯmentum quoniã motus primus est mensura omniū aliorum motuũ ſm philosophum in isto tractatu. immo nõ solum motus mensuratur tempore sed etiã tempus mẽsuratur motu vt videbitur. ergo motus primus vt h3 rationem mensure ita videtur esse vbiq3 sicut tempus Nec sufficit dicẽ ꝙ tp̃s icludit respectũ mẽsurabilitatis ñ autẽ motus qm̃ q̃titas continua ita bene videtur eẽ in omnibus suis mensuratis sicut q̃titas discreta licet quãtitas discreta dicat respectu mẽsurationis ⁊ nõ q̃titas continua cum q̃titas continua sit per se mensura continuorum sicut q̃titas discreta discretorum: l3 non sit eadem perseitas. linea enim est per se mensura perseitate scdi modi. Et numerus est per se mensura perseitate primi modi. Et ita in proposito lic3 tempus includat resp^m mẽsurationem ꝙ̃ nõ includit primus motus tamen primus motus est per se mensura successiuorum: sicut tempus: licet non eadem perseitate: quia primus motus est p se mensura perseitate secundi modi ⁊ tempus est per se mensura perseitate primi modi cum diffiniatur a priori per numerum. si ergo tempus vt mensura est vbiq3 per idē ⁊ motus. preterea in speciali cõtra burleum impossibile est aliquẽ effectum ꝓuenire ab aliqua passione alicuius subiecti quin proueniat etiam ab illo subiecto ꝓpter dependentiam ⁊ ordinem essentialem vt patet inductiue. non enim potest prouẽire aliqua operatio arisibili vel discipliabili quin eadem proueniat ab homine: ⁊ hoc ideo quia risibile ⁊ discipl̃e est propria passio hoĩs. homo ergo a tempore potest fluere quando in temporalibus rebus quin etiã fluat a primo motu: si tẽpus sit passio primi motus ⁊ per cõsequens si tempus est causaliter vbiq3 per suum effectum peridẽ motus. Itē per motum celi continue in qualibet parte mundi generantur noue influentie vt colligitur a philosopho primo metheororum ⁊ scdo de generatiõe ergo ratione talis causalitatis motus celi est vbiq3 sicut tempus ⁊ remanet difficultas vt antẽ in ratione Aristo. ¶ Dicendum ergo lr̃a ⁊ cõmentum sunt intelligẽda sicut iacẽt ⁊ l3 dicatur tempus passio motus: nõ tamen oportet motum esse vbiq3 si tempus est vbiq3: aut tp̃s nõ esse vbiq3 si motus nõ est vbiq3: q2 tempus nõ est passio intrinseca motus sed extrinseca. Sicut eni eclipsis est passio intrinseca lune ⁊ extrinseca terre: q2 non potest competere lune nisi per terram. ita tempus est passio intrinseca mũdi: ⁊ extrinseca motus. q2 non pot̃ cõicari mundo: nisi per motum: nõ ergo ꝓprie dr̃ tp̃s eẽ in aliq̃ motu tanq̃ in subiecto: sed ꝓprijssime dr̃ tp̃s esse in mundo tanq̃ in subiecto: ⁊ qm̃ mundus est vbiq3

fm se vel fm aliqd sui ideo hec passio tps fluit a mūdo ad oēm punctū et⁹ p multiplicatiōez ita q sic ipe ... numero multiplicat ad oēs ... rum ad oīa puncta mediū inter oclm ⁊ astru ita idem tēpus multiplicat a mūdo ad oīa puncta et⁹ simplr ⁊ mō ꝯsimili. (Amplius aūt) scōo arguit phs ꝯ eandez opiniōez sic oīs mot⁹ est velox vel tard⁹: nullū tps ē velox vel tardū: ergo nullū tps est motus: pz pña cū pūa parte añcedētis. qm quēlibet motū ꝯparam⁹ alteri motui in velocitate ⁊ tarditate: ⁊ silr quālibz mutatiōnē nō faciēdo ad pñs dñam inter motū ⁊ mutatiōnē dicimus eni vnū motū esse alio velociorem vel tardiorē: aut eque velocē. 2ª vō ps añcedētis arguit. naz velox ⁊ tardū diffiniunt tpe: sed tps nō diffinit tpe. ḡ tps nō est velox nec tardū minor est euidēs cū in diffinitione tpis nō ponat velox nec tardū. maior vō ē nota qm velox sic diffinit velox est id q ptransit longū spaciū in breui tpe: ⁊ tardū sic diffinit. Tardū est illud q ptrāsit breue spaciū in longo tpe. ecce quō ponit tp stam in diffinitiōe tardi q in diffinitiōe velocis ... Ampli⁹ aut mutatio qdē ... velocior aut tardior est tps aūt nō est velox aut tardū: tardū eniz ⁊ velox tpe determinant. i. diffiniunt: velox qdem q in pauco tpe multū mouet. Tardū aūt q in multo tēpe paucū mouet tps aūt nō determinat tpe neqz quo q̄tū aliqd ē neqz quo q̄le. ... q est quātū neqz q est q̄le qd qdē igit tps non est motus manifestū est nihil aūt differat nobis dicere in pñti motū aut mutatiōez

Notanduz

primo fm ꝯmētatorē ꝯmēto. 96. q Arist. dic nz quo q̄tū aliqd est neqz quo quale nō intēdit q in tpe ē quodāmō q̄tū ⁊ quodāmō quale: qm tps est q̄tū nō q̄le: sz intēdit q ipm ... vt aliqd diffiniat ... neqz fm q̄le ... neqz fm q̄tū in motu ... qm velocitas ⁊ tarditas q sūt in eo sūt q̄le ⁊ diffiniūt per tps ⁊ silr p q̄tū q ē in eo diffinit p tps cū dr q mot⁹ magnus est in tpe magno ⁊ puus in paruo tpe. Ista ē dña fm cōmentatorē īter tps ⁊ motū ⁊ velox aut tardū qm tps ē q̄tū ⁊ nō quale nā vt pz tps est magnuz vel paruū ⁊ nō velox vel tardū: velox aūt ⁊ tardū est quale ⁊ nō q̄tū: cū velocitas ⁊ tarditas sint modi accidētales ipsius mot⁹: sed ipse motus est q̄lis ⁊ quāt⁹ cū sit magnus vel puus velox vel tardus. tps igitur nō diffinit tpe siue sit q̄tum siue sit q̄le: qz nihil diffinitur se ipo velox aūt ⁊ tardū bñ diffiniunt tpe vt pz ac ēt motus in eo q q̄tus dr⁹ motus magnus est ille qui sit in magno tpe ⁊ motus pu⁹ ē ille q fit in puo tpe. Intelligendū q cū ꝯmētator dicit velox ⁊ tarduz esse q̄le mot⁹ nō intēdit q sūt qualitates fūdate in motu: sed q sunt modi aut passiōes accidētales motus: sicut intēsum ⁊ remissum dñr modi vel passiones q̄litatis. Ex isto ꝯmēto soluit vna difficultas possibilis fieri ꝯ lrām pbando illā rōnez nō tenere: qz pari rōne pbaret hoiem nō esse risibilē: qz risibile diffinitur hoie: ⁊ hō nō diffinit hoie. Rñdetur qz lz rō Aristote. nō teneat simplr tñ tz ꝯtra opiōnē di. tps ⁊ motū esse oīo idez dixit. n. hec opinio q hec tria tps motus ⁊ velox vel tardū: nō solū sunt cōuertibilia imo sunt sinonia nō dña nisi ex pte noīuz ꝯ quē intelim pcedit scōa rō qz noīa sinoīa bñt eandē diffinitiōem oīno vt tunica ⁊ vestimētum: sed illa. 3ª nō bñt eandē diffinitionem oīno: qm velox ⁊ tardū diffiniunt tpe ēt motus magnus ⁊ motus puus diffiniūtur tpe: sed tps nō diffinit tpe: neqz acceptū vt q̄tum: neqz acceptū vt quale.

Secūdo

notandū q Auicena fecit 4ºr rōnes ... nō esse motū quaz p⁹ est ista tps est q̄titas ⁊ motus nō ē q̄titas. ergo tps nō est motus. ¶ Scōa rō duo motus non cōmunicantes sunt simul: sed nō possunt esse simul duo tpa nō ꝯmunicantia: ergo tps nō ē motus. ¶ Tertia rō dñe motus distinguuntur a differentijs tpis: ergo ⁊c. pz pña añs pbat nā dñe motus sūt velocitas ⁊ tarditas: dñe vō tpis sunt cito subito momētū paulo ante. ¶ Quarta rō mot⁹ velox fit in breuiori tpe: ⁊ nō in breuiori motu ⁊ mot⁹ tardus fit i lōgiori tpe ⁊ non in longiori motu: ergo tps nō est motus pz pña qz ... aliqua ... de quo ... q dicit vnum eoz. de eodem dicet alterū vt pz inductiue ¶ Ratio aūt ponentiū tps esse motū fuit ista fm Auicenam oē illud in cuius nā est q hēat ptem pteritam ⁊ ptem futuram est tps: sed in nā motus est q hēat ptez preteritam ⁊ partē futuram: ergo motus est tempus. ¶ Ad istā rndz Auicena ne⁹ maiorē di. q i nā diluuij aut belli troyani est q habeat ptem pteritā ⁊ partē futuram ⁊ tñ nullum illoz est tps. sed illud dr eē temp⁹ in cuius nā est p⁹ ⁊ essentialit q hēat ptem pteritā ⁊ ptem futuram. qd non contingit in motu. lz enim mot⁹ habeat p se partem pteritam ⁊ futurā: non tñ primo ⁊ eēntialiter. sed rōne tpis: nullus enim motus est preteritus vel futur⁹: qz fuit in motu preterito vel futuro: sz qz fuit in tpe preterito vel futuro: nullus ēt motus hz prius ⁊ posterius rōne sui: sed rōne tpis in quo prio ⁊ eēntialiter inuenit prius ⁊ posteri⁹. ¶ Ista rnsio est sufficiens dato q tps sit passio intrinseca motus: sed credendo ꝯrium dico q sicut tps de sui nā hz partē porem ⁊ posteriorem ita ⁊ motus: vñ sicut magnitudo non accipit suas ptes a motu sed magis ꝯ. ita motus non accipit partem pteritam vel futuram a tpe: sed ꝯ. tēpus accipit a motu fm phm in hoc capitulo: neqz dicunt partes motus esse in partibus tēporis: qz sunt a tēpore: sed qz mensurāt a partibus tēporis: si eni nullum tempus eēt tempus ⁊ aliqd mobile moueret motus illius haberet ptem pteritam ⁊ futurā sicut iam ergo pteritio ⁊ futuritio prium motus nō dependet a ptibus tēporis pteritis ⁊ futuris. (Et vō neqz 4º) opio de tpe ē Arist. ponentis duas ꝯclusiones quaruz. prima est ista. tempus nō est sine motu: scōa ꝯclusio tempus est passio motus ibi accipiēdum aūt prima ꝯclusio arguit sic. tempus nō est sine illo: sine cuius pceptione nō percipitur tempus: sed sine perceptione motus nō percipitur tēpus: ergo tempus nō est sine motu patet pña cuz maiori qz ea que nō separantur in cognitione non separantur in esse: vt inductiue liquet minor autem declarat dupliciter ⁊ primo sic. si nō intelligimus motum in nobis neqz in alijs: aut si intelligimus postea accidit obliuio: nō sentiemus neqz cōprehēdemus tempus omnino: q patet p testimoniū illorum qui dicuntur fabulose dormiuisse in sardo apud deos multis annis absqz perceptione temporis: quia non perceperunt motū copulabāt eni istās expergefactionis instāti quo dormire ceperunt nō percipientes tempus medium: quia non perceperunt motum: aut si aliqū perceperūt vel imaginati sunt ex grauitate somni obliti fuerunt. ¶ Intelligendum q in prouincia assie est vna ciuitas dicta Sardo in qua secundum fabulosam hystoriam viri septem quingentis ānis dormierunt habentes animas separatas ... ribus apud deos ex quorum consortio tantam

delectationē perceperūt q nō senserūt motū neq3 tempus: sed expgefacti visū erat eis nō apposuisse tēpus in dormiēdo sed in instāti surrectiōis: hoc iō q2 nō pcipientes motū auferebāt tēpus mediū copulātes primam instās. vltimo instāti dormiēdi. Te. ci. Et vo neq3 sine motu est tēpus: cū enim nihil nos ipi mutamur fm intelligētiam aut latet nos eē trāsmutans nō videt in nobis fieri tēpus: sicut neq3 qui i sardo fabulabātur dormire apud heroas). i. apud deos: cū expgisciūtur copulāt em nūc pmū posteriori nūc: et vnū faciūt ambo illa nūc remouētes ea ppter insensibilitatem motus ipm modū tēpus. Secūdo arguit phus eandē minorē: v3 q nō percipit tēpus nisi percipiatur motus: qm si nō eēt nisi instās nullū eēt tēpus ex eo q nullū eēt mediū iter duo instātia: ergo p idē si nō pciperetur nisi nūc nō pciperet tēpus q2 nō cōprehēderetur mediū inter duo istātia: s3 si nō pcipit motus nō cōprehēditur mediū iter duo instātia: ergo si nō pcipitur motus nō pcipit tēpus: qm ergo nos nō pcipim neq3 ymaginamur motū determinatū et finitū et inter duo extrema: s3 estimam nullū motū factū eē i nobis neq3 in alijs: et q nos sum inuicē in instāti: tūc accidit nobis nō sentire tēpus: cū autē sentimus et discernim motū: tunc dicim fieri tēpus q2 cognoscimus instātia variari: et non esse tm in vno instāti indiuisibili. Te. ci. Tanq ergo si nō eēt mediū nūc: sed idē et vnū instās et tm eā nō erat tēpus. i. non eēt tēpus sic et qm latet alter eē: nūc nō videt mediū eē tēpus. Si igit ita est: sequitur q nō opinari esse tēpus tunc accidit a nobis cū nō diffinimus. i. discernimus: nec vnā mutationē: s3 in vno indiuiduo videtur anima manere: cū aūt sentimus et determinamus. i. discernimus motū tūc dicim fieri tēpus manifestu3: q nō ē sine motu: v3 sine mutatione tēpus. Ex p dictis phus epilogādo cōcludit: q igitur neq3 motus neq3 sine motu tēpus est: manifestum est prima ps patuit in reprobatione tertie opinionis. Secūda aūt est probata i hac pte cōclusiōe.

Notandum primo fm cōmētatorē3 cōmento q Galien credidit q Aristoteles intēdebat q nos nō cōprehendimus tēpus nisi cū mouemur: quoniā per ymaginationē cōprehēdimus motum. et ptradixit Aristo. quia multotiens cōprehendimus res quiescentes et mouemur: cū omnis ymaginatio sit mot: vt quādo cōprehendimus polos mundi et centru3. Credidit ergo Galienus phm h intendere q quādocunq3 mouemur fm ymaginationē q tunc percipimus tēpus: ptra quē arguit Galienus sic: multotiens cōprehendimus res quiescens tātum. s. polos mundi et centrum et tamē tūc mouemur cum omnis ymaginatio sit motus. Respondet cōmentator dicens q Aristoteles non intendebat nisi q nos non sentimus tempus quādo non sentim motum: nō intendebat igitur Aristo. q ad motu3 ymaginationis: necessario sequitur perceptio temporis: s3 q non percipitur tēpus absq3 perceptione motus.

Secundo notandum fm commentatorem eodem cōmento q tempus non ymaginatur sine motu: et potest motus ymaginari extra tempus in hoc q mot precedit tempus naturaliter: et q tempus accidit motui: licet sint consequentia se complete: prima propositio commenti est h3 licet non cognoscatur tempus sine motu: tamen potest cognosci motus sine tempore. patet: nam sicut se h3 res ad esse: ita se h3 ad cognosci: sed motus est naliter prior tēpore: et tēpus naturaliter posterior motu ergo potest cognosci motus sine tēpore: et nō econtra. Secūda propositio est h: l3 motus sit prior tēpore: tamē motus et tēpus inuice3 conuertuntur: ita q si est tēpus est motus et econtra: nō tamen debet intelligi q vbicūq3 est tēpus in actu ibi sit motus: quoniam in centro terre est tēpus et nō motus aliquis in actu: et hoc ideo contingit: q2 l3 tempus sit accidens motus: nō tamē est subiectiue in motu: sed tantu3 in mundo.

Tertio notādum fm cōmentatorē3 eodē cōmento q accidit multotiēs dormiētibus multum et etiā eis qui faciunt opus delectabile sit eis tempus breue: q2 delectatio prohibet ipos cōprehendere motū: et econtrario eis qui laborāt. Non oēs dormiētes pcipiūt p sensū tēpus breue: q2 nō sōniantes nullū tēpus percipiūt: somniātes aūt percipiunt breue tēpus: etiā si multū dormiāt: q2 occupati ad sensibilia que apparēt modicū tēpus percipiunt: ppē quā cām etiā existes longo tēpore in delectatione modicū tēpus percipiūt: q2 p illū motū cōprehendunt: iō lōgū tēpus: illis videt breue: laborātes aūt et in afflictione positi cōprehendūt ptinue magnā trāsmutationem in seipsis: iō tēpus breue illis longū apparet.


Quarto notādū fm Themistiū sup tertio de aīa q sensus et fantasia i perceptibiles sunt oino tēporis: et maxime tēporis pteriti et futuri: sed ppriū est intellect aut potētie q est supra fātasiā pcipere tēpus preteritū et futuru: et intēdit Themistius p virtutē supra fantasiā extimatiuam vel memoriā: et p subm ipa3 virtutē exteriorē: non ergo tm p intellectū pcipit tēpus: s3 et per memoriā vel extimatiua3: dicit. n. phs in libro de memoria et reminiscētia q oē aial hñs memoriā pcipit tēpus. Sed dubitat: q2 p phm scdo de aīa motus est sensibile cōe: ergo pcipitur mot ab aliquo sensu exteriori fm ptē preteritā et futurā: s3 ista sunt de rōne tēporis: ergo sensus exterior: et pñter fantasia pōt pcipere tēpus nō tm vt psens s3 et vt pteritū et futuru. Itē dicit cōmētator infra q tps nō cōprehēditur nisi ex cōprehensiōe motus: p intellectum ergo tēpus nō cōprehenditur ab aliquo sensu interiori. Ad primū dicit q sensus exterior nō pōt cognoscere motū nisi piūgatur extimatiue discurrēti et cōsiderāti mobile fuisse et fore in diuersis sitib: et sic excludēdo extimatiuā ipossibile est sensū exteriorē: aut fantasiā cognoscere tēpus aut motū. pōt etiā psiderari tēpus et mot vt habēt rōnē preteriti tm: aut futuri tm aut pñtis includētis pteritū et futurū. primis duobus modis nō est possibile sensū exteriorē aut fantasia3 cognoscere tēpus pteritū vel futuru: qm nulla talis virtus aliqd psiderat: nisi p modū pñtis: s3 tertio mō sensus exterior pōt cognoscere tēpus ac etiā fantasia sicut enī cognoscit aliqd moueri: ita cognoscit aliquid durare. Et si querit vtrū sit tēpus sensibile ppriū vel cōe: dicat q cōe. neq3 obstat si nō est aliqd illo5. s. determinato5 a pho 2° de aīa v3 magnitudo finita numerus motus vel quies: q2 alia multa sunt sensibilia cōmunia que nō sunt aliqd illo5: sed reducūtur ad illa vt grauitas et leuitas: densitas et raritas: asperitas et leuitas: ita tēpus reducitur ad motū. Ideo male di. Bur. q nō percipitur tēpus nisi per subm interiorē: v3 memoriā extimatiuā aut cogitatiuā q2 eodē fundamēto probaret motū nō pcipi p sensū exteriorē sicut ipemet q precedit cōtra determinationē phi scdo de anima. Ad scdm dicit q sicut tēpus nō cōprehēditur a

sensu nisi ex cõprehẽsiõe motus cõprehẽsi. per sub̃in ita nõ cõprehẽdit ab itellectu nisi ex cõprehẽsiõe motus cõprehẽsi p intellectũ: ⁊ hec est intẽtio Cõmẽtatoris.q̃re ⁊c̃.(Accipiẽdũ aũt.)Scḋa cõclusio. tẽpus est passio motus.pbat.tẽpus est aliq̇d motus:⁊ non est pars motus.ergo est passio motus.p̃bãa cũ minori.qm̃ quelibet pars motus est motus:ſʒ tẽpus nõ est motus. Ex obiectiõibus factis ↄtra tertiã opinionez:ergo nõ est pars mot⁹.maior aũt sic arguit. q̃ñcunq̃ aliqua duo simul necessaria pcipiunt: aut sunt idẽ:vel vnũ est aliq̇d alterius:sed tp̃s ⁊ motus sũt necessario pcipiunt ⁊ nõ sunt idẽ ergo vnũ est aliquod alterius ... hoc q tẽpus ⁊ motus simul necessario pcipiunt. que quidẽ ppositio manifestat ... motu ... in motu extra aiam qm̃ ... in tenebris nullũ motũ pcipiens exterioré ... motũ imaginatiõis pcipit tp̃s. Idẽ etiã pʒ in motu extra aiam:qm̃ pcipiẽs motũ ad formã:vel ad vbi statim pcipit tẽpus.⁊ loquit hic phs nõ de pceptiõe itell's.q2 itell's p abstractionẽ põt pcipere motũ sine tp̃e:vt paulo añ dixit Cõmẽtator.sed loquit de pceptione sensus: ideo dicit sit enĩ motũ ⁊ tẽpus sentim⁹.ecõtra etiã nõ pcipit tẽpus q̃n pcipiat motus.arguat ergo sic.motus est aliq̇d tp̃is: vel tp̃s est aliquid mot⁹:sed motus nõ est aliquid tp̃is cũ sit eo prior:⁊ causa ipsius.ergo tp̃us ẽ aliq̇d mot⁹. Te. li.(Accipiẽdũ aũt qm̃ querim⁹ quid sit tẽpus lune incipiẽtibus quid motus est)cõstrue sic.quoniã sũt q̃rimus q̇d sit tẽpus lune i.a motu icipientibus accipiendũ ẽst q tẽpus est quid motus.i.q tẽpus est aliqd mot⁹.Simul.n.motũ sentimus ⁊ tẽpus ⁊ nãq̃ si sint tenebre:⁊ nihil p corp⁹ patiamur ab extrinseco. motus aũt aliq̇s in aĩa fit subito.simul videt fieri q̇dda3 tẽpus.ac vero cũ tẽpus videt fieri aliq̇d simul:⁊ motus aliquis fieri videt:quare aut motus in recto:aut motus in genitiuo aliquid est tẽpus.qm̃ aũt nõ ẽ motus in recto:necesse est motus in obliq̃ aliquid tp̃s esse.

Notandum primo q Cõmentator cõmẽto.45. pbat tẽpus esse accidẽs motus p hũc modũ ex quo tẽpus est aliquid motus.aut ergo est causa motus:aut aliquid sequẽs motũ:sed tempus nõ est causa motus cũ nõ appareat in diffinitiõe motus sed magis ecõtra. ergo tẽpus est aliquid sequẽs motũ:⁊ p ↄ̃ñs est accñs mot⁹ nõ quidẽ separabile: sed inseparabile: ⁊ ex hoc tempus dicit passio motus. ¶ Dubitat hic Cõmẽtator vtrum tempus sequatur omnem motũ indifferenter aut solum motum imaginationis: aut motum primi mobilis tñ iuxta doctrinã Aristo. dicit q tẽp⁹ sequitur motũ corporis celestis ⁊ capit cõtinuationem ab eo.Et arguit q nõ quẽlibet motum indifferẽter:quoniam tũc multiplicat tẽpus ad multitudinẽ motuum q est falsuʒ.nõ etiã est ↄ̃ñs tñ motus imaginationis qm̃ tẽpus eẽt in aĩa ⁊ nõ extra aĩam: q̇d nõ est dõm. Apparet etiã q nõ sequit primũ motũ: q2 tunc ceci a natiuitate ⁊ incarcerati nõ percipiũt tẽpus cũ nõ pcipiant motũ illũ.Respõdet Cõmẽtator q tẽpus ẽ cõsequẽs oẽm motũ sed nõ eodẽ modo. cõsequit enim passio ⁊ eẽnalr primũ motũ.s.motũ corporis celestis per se aũt ⁊ nõ primo est ↄsequẽs omnẽ aliũ motũ. ideo nõ multiplicat tẽpus ad multiplicationẽ motuum:ex quo nõ ĩsequit passio: ⁊ eẽntialr quẽlibet motum.⁊ qm̃ primus motus est tñ vnus que3 primo ⁊ essentialr ↄsequit.ideo tẽpus est tñ vnũ. Ex ista vult cõmẽtator q sicut ad perceptionẽ cuiuslibet mot⁹.sequit pceptio tẽporis.ita ad pceptionẽ cuiuslibet motus ... ex ... propositionibus:quarũ prima est ista. Q̃uãdocũq̃ percipimus aliquẽ motũ:tũc pcipim⁹ nos in trãsmutabilitate que quidẽ ppositio nõ est sic intelligẽda q q̃ñcũq̃ percipimus aliquẽ motũ q̇d nos tũc pcipimus non trãsmutari:sed q quãtũcunq̃ pcipimus aliquẽ motũ q̇d tũc nos pcipimus non consistere alicui trãsmutationi. ¶ Scḋa ppositio est ista. Q̃ñcũq̃ pcipimus nos esse in esse trãsmutabili:tũc pcipimus motũ per quẽ sumus in esse trãsmutabili:q̇d quidẽ nõ est intellectus determinate ⁊ in particulari:sed cõfuse ⁊ in vli q2 ceci ⁊ icarcerati quãtitate pcipiũt sese eẽ in esse trãsmutabili ⁊ nõ pcipiũt distincte ⁊ i pticulari illũ motũ p quẽ sũt in eẽ trãsmutabili vt bñ pʒ. ¶ Tertia ppositio est ista. Q̃ñcunq̃ pcipimus motũ per quẽ sumus in esse transmutabili:tũc pcipimus motũ celi. patʒ ex quo sumus in esse trãsmutabili.primo ⁊ eẽntialr per illũ.si.n.quiesceret celũ inquit ↄmẽtator nos nõ essemus in eẽ trãsmutabili. ¶ Quarta ppositio est ista. Q̃ñcũq̃ pcipimus motũ celi:tũc pcipim⁹ motũ quẽ tẽpus primo cõsequit.pʒ.q2 motus celi est ille motus quẽ tẽpus primo ⁊ essentialr ↄsequit:ex qua ppõne sequit q q̃ñcunq̃ pcipimus motũ p tẽpus. primo cõsequit q nos percipimus primũ motũ: ex quo ille ẽ primus mot⁹ simplr. Arguit ergo a primo ad vltimũ hoc modo. Q̃uãdocũq̃ pcipimus aliquẽ motũ nos pcipimus nos esse in esse trãsmutabili: ⁊ q̃ñcũq̃ nos pcipimus nos esse in esse trãsmutabili nos pcipimus motũ per quẽ sumus in esse trãsmutabili. Et q̃ñcũq̃ pcipimus motũ per quẽ sum⁹ in eẽ trãsmutabili nos percipimus motũ celi.⁊ q̃ñcunq̃ pcipimus motũ celi nos pcipimus motũ quẽ tẽpus primo ↄsequit. Et quãdocũq̃ nos pcipim⁹ motũ quẽ tp̃s primo ↄsequitur nos pcipimus primũ motũ.ergo a primo ad vltimũ.q̃ñcunq̃ percipimus aliquẽ motũ nos pcipim⁹ motũ primũ q̇d erat pbãdum.

Secundo notanduʒ q pter opiniones de tempore recitatas fuerũt alie quatuor opiniones:quarũ duas recitat Auicẽ.2. sue phie.harũ ergo opinionũ prima fuit q tẽpus est aggregatio momẽtorũ:⁊ ideo cũ agnouerimus momenta cognoscemus tẽpus. Ista opinio nõ põt stare: q2 momẽtũ aut est ens:aut mutatũ esse:aut mutatio indiuisibilis:aut pars motus.cõstat aũt tẽpus nõ p se esse aggregationẽ ... neq̃ mutationũ indiuisibiliũ:qm̃ tẽpus nõ cõponit ex indiuisibilibus:vt est demõstratũ.6.huius. si aũt momẽtũ est pars motus:tũc tẽpus esset motus:q2 est h̃ reprobatum. ¶ Scḋa opinio fuit:q tẽpus est substãtia eterna:⁊ rõ erat ista: q2 oẽ q̇d est de se necesse eẽ est substantia eterna:sed tẽpus est de se necesse eẽ:cũ tanta sit necessitas tẽporis:q qui nitit destruere tẽpus : ponat tẽpus. si enĩ destruit tẽpus:ergo nõ vel ante vel post: sed iste sunt differẽtie tẽporis : ergo destructo tẽpore ponit tẽpus. ¶ Preterea dicit hec opinio : q tẽpus nõ est posterius motu sʒ prius:⁊ põt eẽ sine motu ⁊c̃. Hec opinio etiã deficit:q2 si est substantia eterna:aut ergo celũ:aut alteri intelligẽtia abstracta nõ celuʒ: vt pbatũ est.nec aliqua itelligẽtia abstracta: q2 tẽpus ẽ quãtitas cõtinua:⁊ habet partẽ pteritã ⁊ futurã fm phm.nulla autẽ substãtia abstracta habet parteʒ aut ↄtinuitatẽ aliquã ppter suã idiuisibilitatẽ. ¶ Tertia

opinio fuit: ꝙ tēpus est q̇ḋlibet: ꝛ ꝙ tēpus est numerus motus ſm prius ꝛ posterius: modo anima qualibet re posita per aliam aiaꝫ qualibet re pti aliā rem mensurare ſꝫ prius ꝛ posterius. Ista opinio est ipossibilis: q2 tunc ideꝫ esset mēsura ꝛ mensuratū respectu eiusdeꝫ: ꝛ locus atq3 ignotius ꝙ illud: ꝛ tēpus eēt trāscendens sicut ens tpe q̇ḋ ē cōtra determinationē Aristotelis in p̄dicamētis dicētis: ꝙ tēpus est species quātitatis ꝯtinue. ¶ Quarta opinio posuit: ꝙ tēpus nihil est: sed est modus rei: aut cōplexe significabile. vꝫ. durare: aut ꝙ aliquid durat. sicut. n. motus nihil est: sed tm̄ motus rei vel ꝯplexe significabile: vtputa aliquid moueri. Sed hec opinio iterū nō valet: q2 Aristoteles dicit ꝙ tēpus est aliquid motus: ꝛ cōmētator ꝙ ē accidens motus: nō eni posset esse tēpus per se in aliq̄ predicamēto si esset modus rei [illegible] cōplexe significabile iuxta doctrinā Aristo. in ante predicamētis dicens singulū aūt incōplexoꝝ aut significat substātiā vl̄ qualitatē: aut aliquod p̄dicamētoꝝ alioꝝ: q̄re ꝛc̄.



Quoniaꝫ aūt ꝙ mouetur). Ista est secūda pars huius capituli in qua phus inuestigat quātitateꝫ cōplexā ꝛ diffinitiuaꝫ tēporis postꝙ inuestigat quātitateꝫ incōplexaꝫ eiusdeꝫ ponens quattuor cōclusiones quarū prima est ista. Cōtinuitas tpis est a cōtinuitate motus. ¶ Scḋa cōclusio. Prius ꝛ posterius tēporis sunt a priori ꝛ posteriori motus ibi (. Prius eni.) ¶ Tertia cōclusio. Tēpus est ꝯn̄s motū rōne prioꝝ ꝛ posterioꝝ i motu ibi. (At vero.) ¶ Quarta cōclusio. Tēpus est numerus motus ſꝫ prius ꝛ posterius ibi. (Quādoquidē ergo.) ¶ Prima cōclusio arguit sic. Sicut se hꝫ motus ad magnitudinē: ita tēpus ad motū: sed cōtinuitas motus est a cōtinuitate magnitudinis. ergo cōtinuitas tēporis est a cōtinuitate motus. patet ꝯn̄a cū maiori. q2 sicut nō esset mot⁹ si nō esset magnitudo: ita nō esset tēpus si nō esset mot⁹. minor aūt declarat. naꝫ oē q̇ḋ mouet: mouet ḋ q̇daꝫ in quodā: ita ꝙ semp̄ duꝫ mouetur est partiꝫ in termino a quo: ꝛ partiꝫ in termino ad queꝫ magnitudinis: supra quā mouet: sed oīs magnitudo est continua. ergo motus cōtinet ex cōtinuitate magnitudinis: ꝛ per ꝯsequēs cōtinuitas motus est a cōtinuitate magnitudinis. T. c. li. (Quoniā aūt omne q̇ḋ mouet mouet ex quoddā in quodā: ꝛ oīs magnitudo cōtinua est ideo sequitur magnitudinē motus: ꝓpter id eniꝫ q̇ḋ magnitudo cōtinua est ꝛ motus cōtinuus erit. quapropter. quātū eni motus tantū ꝛ tēpus videt fieri. ita ꝙ tāta est magnitudo tpis quāta est magnitudo motus.

Notandum ſm cōmētatorē ꝯmento. 99. ꝙ causa cōtinuationis eius est cōtinuatio motus queadmodū causa cōtinuationis motus est mēsura super quā est motus ꝛ signū eius ꝙ cōtinuatio accidit ei ex cōtinuatiōe motus qm̄ quātitas tēporis sequit etiā quātitatē motus .i. qm̄ equalis ei: vbi dicit Burleus ꝙ sicut substātia ē formaliter quāta per quātitatē sibi inherentē: ꝛ quātitas nō est quāta per substātiā vbi mouet sic motus est quātus duratiue sibi cōtinuus vel extensus ſꝫ durationē formaliter per tēpus sibi inherēs: ꝛ nō econuerso: nec māliter. Sed istud nō potest stare cū cōmento. q̄ṁ si cōtinuatio motus est causa cōtinuatiōis tēporis: ꝛ cū causa sit prior suo effectu p Arist. in post p̄dicamētis. ꝛ. 8. huius. ergo cōtinuatio motus prior ē quā cōtinuatio tēporis: ꝛ per ꝯn̄s motus nō est cōtinuus: neq3 extensus duratiue per tēpus: sed per ꝓpriā quātitatē. ideo dicit cōmētator ꝙ quātitas tēporis sequit quātitateꝫ motus: ꝛ ꝙ est equalis ei ad denotandū quātitateꝫ motus nō esse quātitatē tēporis. Dicēduꝫ ergo ꝙ sicut quātitas magnitudinis supra quam fit motus est alia a quātitate motus: ꝛ cōtinuatio magnitudinis est alia a cōtinuatione motus: ita cōtinuatio motus ꝛ quātitas illi⁹ distinguit a cōtinuatiōe tēporis ꝛ quātitate illius: ꝛ sicut motus est passio extrinseca magnitudinis: ita tēpus est passio extrinseca motus. fūdat eni subiectiue magnitudo i substātia supra quā fit motus. ꝛ ipse motus i mobili ꝛ tēpus in mundo. sed differt motus in hoc a magnitudinē ꝛ tpe: qm̄ magnitudo nō hꝫ quātitateꝫ preter partes eius: neq3 tēpus hꝫ aliā quātitatē preter partes eius ſm quā dicatur quātū: sꝫ motus p̄ter suas partes habet ꝓpriaꝫ quātitateꝫ successiuaꝫ que dicit duratio motus ſꝫ quā motus est cōtinuus: ꝛ est ꝓpria passio eius illi inherens sicut lōgitudo linee: ꝛ latitudo superficiei.

Contra predicta arguit. ꝛ primo ꝙ continuitas motus nō est a cōtinuitate magnitudinis: qm̄ graue motuꝫ a cōcauo lune ad centruꝫ mundi absq3 impedimēto mouet motu continuo: ꝛ tm̄ magnitudo in qua vel supra quā fit motus nō est ꝯtinua cū elemēta nō ꝯtinuent. possꝫ etiā aliq̇d mouere super decē lapidibus discōtinuis motu continuo. ¶ Secūdo arguit ꝙ cōtinuatio magnitudinis supra quā fit motus nō est causa cōtinuationis mot⁹: q2 nō videt in quo genere cause. ens etiā est motus cōtinuus: qui nō fit supra aliquā magnitudinē: sicut est calefactio vel infrigidatio corporis facta simul ab intrinseco quo ad oēs partes subiecti. Si etiā deus anihilaret totā sphērā elemētoꝝ: ꝛ totū celū ꝯtinuaret motus eius esset continu⁹: sicut etiaꝫ continu⁹ esset mot⁹ lapidis a concauo ad centrū: ꝛ tm̄ nullus istoꝝ motuuꝫ fieret supra aliquā magnitudinē. ¶ Ad primū dicitur ꝙ continuū dupliciter diffinit a pho. vno mō .i. ꝛ 6. hui⁹. ꝙ est id q̇ḋ est diuisibile in infinitū. alio mō in predicamētis. continuū est id cui⁹ partes copulantur ad vnū terminū quē. dico ergo ꝙ cōtinuitas mot⁹ est a continuitate magnitudinis nō intelligēdo per cōtinuitateꝫ magnitudinis copulationē partiuꝫ magnitudinis ad vnū terminū quē: sed diuersitateꝫ in infinitū vnde indubie si magnitudo supra quā fit mot⁹ nō esset diuisibilis in infinitū mot⁹ non esset ꝯtinu⁹. ¶ Ad scḋꝫ dicit ꝙ continuitas magnitudinis est causa cōtinuationis mot⁹ in genere cē mālis: nō ꝙ magnitudo illa sit materia ex qua: vel i qua mot⁹: sed est mā supra quā sicut est ad quē est materia ad quā: ꝛ forma media inter terminū a quo ꝛ terminū ad quē ē mā p quā in motu alterationis ſꝫ ꝙ colligit a cōmētatore. 5. huius. Sic ergo aliqua est materia alicuius que tm̄ est extrinseca illi: ita aliqua est forma vel passio alicui⁹ extrinseca illi. ideo nō miruꝫ si tēpus est passio mot⁹: ꝛ tamē est extrinsecū motui: sicut mot⁹ est passio magnitudinis supra quā fit: ꝛ tamē est extrinsec⁹ illi magnitudini. Iteꝫ nō intēdit phus omnē cōtinuationē cuiuscunq3 mot⁹ esse a continuitate magnitudinis: sed loquitur de motu qui necessario indiget tali magnitudine: sicut est mot⁹ aīalis vel elementi fact⁹ necessario in ma

gnitudine vel supra magnitudinẽ. loquit ergo tm̃ de motu locali ſm cõmẽtatorẽ hic ⁊ nõ de quolibet motu locali: sed tm̃ de illo qui fit supra magnitudinez necessario ꝯcurrẽtẽ ad ullũ motũ: ⁊ ideo causa vlis cõtinuitatis motꝰ nõ est magnitudo supra quã fit motus sed est continuatio actionis motoris: vt colligit a philosopho octauo huiꝰ. Ex quibꝰ sequit ꝙ cõtinuatio motꝰ facti supra magnitudinẽ hʒ triplicẽ causam. vʒ. effectiuaʒ materialẽ ⁊ formalez. continuatio. n. actiõis motoris est causa effectiua ꝯtinuitatis motꝰ ⁊ cõtinuatio magnitudinis est causa materialis. ꝯtinuatio vero quãtitatis motꝰ est causa formalis eiusdez ꝯtinuationis: ⁊ nõ tẽpus: vt dicit Burleꝰ. imo cõtinuatio motus est cã mãlis ꝯtinuatiõis tpis: nõ sic suba est causa mãlis ꝯtinuationis quãtitatis. sed sicut magnitudo ẽ causa mãlis ꝯtinuationis motꝰ. (Prius enĩ.) ¶ Secunda ꝯclusio. Prius ⁊ posteriꝰ sunt a priori ⁊ a posteriori motꝰ. pbat. sicut se hʒ motus ad magnitudinem: ita tẽpus ad motũ: sed priꝰ ⁊ posteriꝰ motꝰ sunt a priori ⁊ posteriori magnitudinis. ergo ⁊c̃. pꝛ ꝯña cũ maiori ⁊ minor declarat: qm̃ priꝰ ⁊ posteriꝰ sunt primo ⁊ principalr in magnitudine rõnis positiõis ⁊ situs. qꝛ. n. vna pars magnitudinis est posita ⁊ situata ante aliã: ideo in magnitudine reperitur principiũ medium ⁊ vltimũ: ⁊ qm̃ mobile priꝰ est in principio magnitudinis ꝙ̃ in medio: ⁊ prius ĩ medio ꝙ̃ in vltimo. ideo motꝰ necessario habet priꝰ ⁊ posterius ex priori ⁊ posteriori magnitudinis. Le. li. (Prius enĩ ⁊ prius in loco) .i. in spacio ⁊ in magnitudine supra quaʒ fit motus principiũ sũt. (Hic aũt locus põne ⁊ situ habet partẽ priorẽ ⁊ posteriorẽ.) quoniã aũt ĩ magnitudine primũ ⁊ vltimũ est necesse cũ in motu priꝰ ⁊ posterius esse ꝓportionalr his que sunt ibi. s. in magnitudine. At vero ⁊ in tẽpore est prius ⁊ posteriꝰ ꝓpter id quod sequit semper alterum ipsoꝝ. ita ꝙ tempus semꝑ est ꝯñs motum.

Notandum ſm cõmẽtatorẽ cõmento. 99. ꝙ prius ⁊ posterius inueniunt in mensura in qua fit motus primo: ⁊ est illa que est in situ: necesse est vt in motu inueniatur prius ⁊ posterius: ⁊ si nõ habeat situm quoniã ps motus que est in parte mẽsure priori ſm initiuz ex quo ẽ motus necesse est vt sit prior motu qui est in parte cõsequẽte mensurã. Est ergo differẽtia ſm cõmẽtatorez inter prius ⁊ posterius que inueniunt in magnitudine: ⁊ que inueniunt in motu: qꝛ prius ⁊ posteriꝰ repta in magnitudine sunt ſm positionẽ ⁊ situz cuz vna pars sit altera prior ex ordine positionis ⁊ situs. in motu aũt sunt prius ⁊ posterius ſm durationẽ: non ſm situ cũ nõ maneãt in luce prius ⁊ posterius temporis: sic prius ⁊ posterius motꝰ. Ex quibꝰ sequit ꝙ prius ⁊ posteriꝰ tẽporis sunt mãliter a priori ⁊ posteriori motus: sicut prius ⁊ posteriꝰ motus sunt mãlr a priori ⁊ posteriori magnitudinis: nõ tamẽ sunt in eodem subiecto: qꝛ prius ⁊ posteriꝰ magnitudinis fundãtur in magnitudinẽ: prius ⁊ posteriꝰ motus fundãtur in motu: prius ⁊ posterius tẽporis fundant in tẽpore. (Est aũt prius.) Ex ista cõclusione infert Arist. corrolarie: ꝙ priꝰ ⁊ posterius que sunt partes motus licet sint idez subiecto: tamen differũt rõne. prima ps patet. qꝛ quelibet pars motꝰ est motus: siue fuerit ps presens: siue futura: siue ꝑterita. Scda vero est nota: qꝛ prius ⁊ posteriꝰ ⁊ motus habẽt diuersas diffinitiones. sicut enĩ albũ ⁊ dulce sunt idẽ subiecto: qꝛ idez lac est albũ ⁊ dulce: ⁊ differunt rõne: qꝛ alia est ratio albi: ⁊ alia est ratio dulcis: ita prius ⁊ posteriꝰ in motu sunt idẽ motus subiecto: qꝛ idẽ motus ẽ prior ⁊ posterior: respectu diuersoꝝ. [illegible] idẽ motus quidem ẽ prior ⁊ quãdo erat posterior: rõnes tamẽ [illegible] prioris ⁊ posterioris ⁊ motus. Le. li. (Est autẽ prius ⁊ posterius de numero ipsoꝝ que sunt in motu: ꝙ quidem prius ⁊ posteriꝰ ens) .i. existens in motu. motꝰ est tamẽ esse diffinitiuũ ipsi: priori ⁊ posteriori: alterũ est ⁊ non motus.

Notandum ſm cõmẽtatorẽ cõmento. 99. ꝙ prius ⁊ posterius que sunt in motu habẽt quiditatẽ aliã a quiditate motus: lʒ sint cũ motu idẽ subiecto: qm̃ prius ⁊ posteriꝰ cũ fuerũt accepta ſm ꝙ sunt in subiecto: tũc erũt partes motꝰ: cũ aũt fuerint cõsiderata ſm diffinitionẽ ⁊ quiditatẽ: tunc prius ⁊ posteriꝰ erũt aliud a motu: quoniã motus est in quãtitate: prius ⁊ posteriꝰ sũt in numero: quoniã enĩ motꝰ habet partẽ priorẽ ⁊ posteriorem quarũ quelibet est motꝰ: ⁊ quelibet ẽ in eodez subiecto in quo est motꝰ. ideo prius ⁊ posteriꝰ in motu sunt idẽ subiecto cũ motu tam predicatione ꝙ̃ inhesione. predicatione quidẽ: qꝛ quilibet illoꝝ est actus. inhesione vero: qꝛ tam motꝰ ꝙ̃ quelibet pars eius est in mobili subiectiue. differunt autẽ prius ⁊ posterius a motu ſm quiditatẽ: cũ alia sit diffinitio quiditatiua vnius: ⁊ alia alterius: ⁊ aliter significat motus ⁊ aliter prius ⁊ posterius: cũ motus significet aliquid ꝙ̃tũ successiuũ. prius aũt ⁊ posterius importãt numeri ordinatiõem sicut hec aduerbia: ante ⁊ post: quẽ numerum non importat motus. ¶ Contra cõclusionẽ arguit ꝙ prius ⁊ posteriꝰ temporis nõ sunt a priori ⁊ posteriori motus: quoniã vna pars motus dicit alia prior: qꝛ est in priori parte tẽporis ⁊ nõ ecõuerso. nõ eniʒ dicit vna pars tẽporis alia prior: qꝛ est in priori parte motus. ergo prius ⁊ posteriꝰ motus sũt a priori ⁊ posteriori tẽporis ⁊ nõ ecõtra. Item si prius ⁊ posterius tẽporis sunt a priori ⁊ posteriori motus: ⁊ cũ motus habeat partẽ priorẽ ⁊ posteriorẽ: nõ solũ ſm durationẽ: sʒ etiã ſm situ: qꝛ diuidit determinatiõe mobilis ſm phm̃. 6. huius. igit tẽpus hʒ partẽ priorez ⁊ posteriorẽ ſm situ ⁊ durationẽ: quo cõcesso sequit ꝙ plura tẽpora sunt simul nõ cõmunicãtia sicut plures sunt simul partes motus nõ cõicãtes: ⁊ ꝙ tẽpus nõ est vbiqꝫ: cũ nulla ps diuisa ab alia situaliter ẽ vbiqꝫ hec aũt sunt cõtra determinationẽ phi. ¶ Ad primuz ergo dõʒ. ꝙ sicut tẽpus est formalis mẽsura motus ⁊ nõ ecõuerso: ita partes tẽporis formaliter mẽsurant partes motus ⁊ nõ ecõtra. ideo sicut dicimꝰ motũ eẽ in tẽpore tanꝙ̃ in mẽsura: ⁊ nõ tẽpus esse in motu: ita partes motus dicimus esse in ptibus tẽporis tanꝙ̃ in mensura ⁊ nõ ecõtra. ⁊ istud est signũ manifestãs tẽpus nõ esse subiectiue in motu: neqꝫ partes temporis esse in partibus motus: qꝛ tunc ꝓprie dicit partez priorem temporis esse in parte priori motus ⁊ partem posteriorẽ temporis esse in parte posteriori motꝰ. generaliter enĩ formaz accidens ⁊ passionez ꝓprie dicimus inesse in subiecto: neqꝫ est incõueniens prius esse in suo posteriori tanꝙ̃ in mensura sicut nõ est incõueniens prius esse in suo posteriori tanꝙ̃ in loco. mundus enĩ est in loco situali: ⁊ tamẽ prior est mũdus q̃libet situ eius: ita mundus est in tẽpore tanꝙ̃ in mensura: ⁊ tamẽ est prior tempore: ita pars motus nõ obstante ꝙ precedũt ordine nature partes tẽporis ad-

hec sunt in partibus tēporis tanq̄ in mensura. ¶ Ad
scdm respondet q comentator dicit tempus esse passio i-
trinseca motus: sed q2 est extrinseca. ideo prius ꝛ po-
sterius tempus non accipiunt a quolibet priori ꝛ po
steriori motus: sed tm̄ a priori ꝛ posteriori ſm dura-
tionē motus: ergo q2 mediat inter magnitudinē ꝛ tē-
pus. ideo habet vtriusq3 prius ꝛ posterius: vt cū qli-
bet eorum possit conuenire: ꝛ a quolibet differre ma-
gnitudo eniz habet prius ꝛ posterius tm̄ ſm sitū tem
pus: aut solū ſm durationē: sed motus habet prius ꝛ
posterius tam ſm situz q̄ ſm durationē. (At vero.)
¶ Tertia conclusio. Tempus est ꝯsequēs motū rōe
prioris ꝛ posterioris in motu. probat ratione illi⁹ tē
pus est ꝯsequēs motū: quo cognito cognoscit temp⁹
ꝛ quo non cognito non cognoscitur tempus: sed co-
gnito priori ꝛ posteriori i motu cognoscit tempus: ꝛ
eo non cognito non cognoscitur tempus. ergo ꝛc. pa
tet ꝯn̄a cū maiori. ex eo: quia ostensum est supra q tē-
pus est ꝯsequēs motū: ex hoc q simul cognoscimus
motuz ꝛ tempus. minor vero declarat. naz tūc cogno
scimus tempus ꝛ dicimus tempus fieri quādo cogno
scimus motū ꝛ discernimus i. sic tunc accipiendo ex-
trema illius: ꝛ mediū tanq̄ diuersa: ita q anima dicat
duo nunc extrema esse diuersa: ꝛ mediuz inter illa qđ
est tempus esse diuersuz ab illis. determinat eniz tem-
pus instanti: vt pbatur. 6. huius. ad presens aūt illud
supponat. i. e. li. (At vero vt tēpus cognoscimus cum
diffinimus). i. discernimus (motū prius ꝛ posteri⁹ il-
lius determinātes). i. distinguētes ꝛ tūc dicimus fieri
tempus quādo priorum ꝛ posteriorum in motu sensuz
percipimus). i. sensationē cognoscim⁹ (determinam⁹
aūt). i. cognoscimus tēpus (in accipiēdo aliud ꝛ aliō
ipsum nūc ꝛ mediū ipsorum cognoscimus esse alte-
rum) ab illis nunc (cum eniz altera extrema medij in-
telligimus: ꝛ duo dicat aīa ipsa nunc hoc quidem pri
us: illud vero posteri⁹: tunc ꝛ hoc q mediat dicim⁹ eē
tempus. determinandū enim ipso nunc tempus eē vi-
detur ꝛ supponatur) hoc presens.

Notandum ſm cōmētatorē cōmē-
to. 100. q sequitur ex
hoc sermone q motus diuisus per duo instantia pri-
us ꝛ posterius est ipsum tempus. s. scdz q est diuisus:
ꝛ cōpositio istius sermonis est sic. motus terminatur
ad duo instantia: ꝛ q terminat ad duo instantia est tē
pus. ergo motus ſm q terminat ab istis duobus in-
stantibus est tempus. nō dicit cōmētator q motus sit
tempus: q2 illud est impossibilis: sed q motus ſm q
est diuisus: ꝛ terminat⁹ p duo istantia ē tps. i. si motus
terminaretur duobus instantibus motus esset tēpus
sic arguendo. Omne illud est tempus quod terminat
duobus instantibus: sed motus terminatur duobus
instantibus. ergo motus est tempus. constat autez q
minor est falsa: quoniā vnūquodq3 cōtinuū3 habet p
prios terminos: linea eni terminatur pūctis: ꝛ super-
ficies lineis: ꝛ corpus superficiebus: ꝛ tēpus instanti-
bus: ꝛ motus mutatis esse: vt habet. 6. huius. si enim
superficies ꝛ corpus terminarent oīno eisdez terminis
superficies esset corpus: ita si motus ꝛ tēpus termina
rentur simpliciter eisdez terminis motus esset tempus:
sed termini ꝓprij ꝛ imediati tēporis sunt instantia. iō
si mot⁹ terminaret oīno instanb⁹ motus esset tēpus:
ꝛ hec est intentio cōmētatoris. Alibi tamē dixi q illa
ꝓpositio erit intelligēda in predicatione causali. s. in
motu diuiso: vel ex motu diuiso per duo instantia est

tempus iuxta expositionē Burlei: qm̄ tunc nō erat lo-
cus neq3 tempus exponēdi hoc cōmentuz. ¶ Contra
illaz cōclusionē arguit. tēpus est cōsequēs motū
maxime videt q primuz motuz ſz cōmētatorez. sed q
illud sit falsuz quadrupliciter arguit: ꝛ primo sic. Tē-
pus est cōsequēs illuz motuz: quo cognito cognoscit
tēpus: ꝛ quo nō cognito nō cognoscit tēpus: sed tem-
pus cognoscit nō cognito primo motu. ergo tempus
nō est cōsequēs primū motū. patet ꝯsequētia cū maio
ri per phz ꝛ cōmentatorē: ꝛ minor est clara de cecis ꝛ
incarceratis antentatiue. ipsi eniz cognoscūt tempus ꝛ
nō cognoscūt primū motuz: videlicet motuz celi. Et si
dicitur q cognoscūt primū motū cōfuse ergo deberēt
etiaz cognoscere confuse tēpus. ꝯsequēs ē falsuz: q2 di
stincte cognoscūt prius ꝛ posterius tēporis. ꝛ patet cō
sequētia. ex quo cognitio tēporis depēdet ex cogniti-
one motus q̄ prius cōsequit. ¶ Scdo. si tēpus ē cō-
sequēs primū motū. ergo si plures essent primi mot⁹
plura essent tēpora. ꝯsequēs falsuz ergo ꝛ an̄s. q cō-
sequēs sit falsuz arguit. naz ꝯsequēs est vna cōditiona-
lis: ꝛ aliquid antecedit ad antecedēs qđ nō antecedit
ad ꝯsequēs. naz sequit. plures sunt mūdi: ergo plures
sunt primi motus: ꝛ nō sequit. plures sunt mūdi: ergo
plura sunt tēpora: p phm ꝛ cōmētatorē. ¶ Tertio. ce
lo quiescente adhuc tēpus esset. ergo nō est ꝯsequens
primū motū. antecedēs pbat. si celū quiesceret adhuc
staret aliquid moueri localr vel quiditatiue: quo posi
to tēpus esset: quoniā motus ille esset velox aut tar-
dus: sed in diffinitiōe velocis ꝛ tardi ponitur tēpus p
Aristotelē in hoc. c. ergo tempus esset. ¶ Quarto. tē-
pus magis depēdet a motu solis q̄ a motu primi mo
bilis. ergo nō est ꝯsequēs primū motū primo ꝛ essen-
tialr: vt ostendit cōmētator. pbat an̄s. naz partes tē-
poris magis depēdent a motu solis q̄ a motu primi
mobilis: vtputa dies: mēsis: ver: autūnus: annus. q̄e
scente etiā primo mobili: ꝛ moto sole ponerent hec tē
pora. quiescente autē sole: ꝛ moto primo mobili non
ponerent hec tēpora. ¶ Ad primū dicit q ceci ꝛ icar-
cerati antentatiue percipiunt primū motū: lz nō percipi-
ant illuz motū esse primū motū: aut motū celi. ideo p-
cipiunt illū motū cōfuse: ꝛ tēpus distincte: neq3 est icō
ueniens illud: neq3 perceptio temporis dependeat ex
perceptione motus. perceptio eniz magnitudinis de-
pendet ex perceptione coloris: ꝛ perceptio grauitatis
ex perceptione motus: ꝛ perceptio asperitatis ex pce-
ptione si°. ꝛ aliquādo percipit distincte magnitudo:
grauitas ꝛ asperitas ꝛ cōfuse pcipit color: mot⁹ ꝛ fi-
gura. ¶ Ad scdm negat ꝯsequētia. ex quo tēpus non
est ꝯsequens primū motū tanquā passio intrinseca il-
lius. facit eniz phus illaz ꝯsequētiā cōtra ponētes tem
pus esse motuz celi. vnde in dubio ꝯsequētia teneret
si tempus esset motus celi: aut passio intrinseca ei⁹. Et
si arguat sic. tēpus est passio intrinseca mūdi. ergo si
plures essent mundi plura essent tempora. neget cōse
quētia. sicut nō sequit. risibilitas est passio intrinseca
hominis. ergo si plures sunt hoīes plures sunt risibi
litates. sed solū sequit q si plures sunt homines plu-
ra sunt risibilia. ita etiā sequit tempus est passio intri-
seca mundi igitur si plures essent mundi plura essent tē-
poralia. Intelligendū q tempuus est ꝯsequens mo-
tum in nullo mundo esset tēpus: nisi in eo esset motus
ideo si deus crearet illuz mūduz sine motu in eo nō es-
set tēpus: sed mēsuraret duratio illius mūdi eternita
te: aut euo; vbi autē in eo eēt motus quicunq3 eēt ille

ſtatī ad omnia puncta illius mundi multiplicaret tē-pus, nō ergo pōt eſſe tēpꝰ abſq; motu: neq; abſq; mū-do. ſi eni deus anihilaret totū mundū preter vnū la-pidem motū localiter vel alteratiue nullū eſſet tēpus. aut ſi faceret quieſcere totū mundū moto lapide ex-tra mundū nullū eſſet tēpus. ¶ Ad tertiū dicit. ꝙ tpſ licꝫ cōſequat per ſe primo motū celi: tamē eſt ꝯſequēs per ſe omnē motū. ideo ſi celū quieſceret: ⁊ mouētur la-pis in mūdo tempus eſſet. ſed eſt difficultas. dato ꝙ in mūdo nullus eēt motus: ⁊ ꝙ extra mundū mouēt lapis: vtrū ille motus eēt velox vel tardus: nō eſt di-cendū ꝙ nō eſſet velox vel tardus q: velocitas ⁊ tar-ditas ſunt differētie motus. ſi autē eēt velox vel tar-dus. ergo tēpus eēt. patet ꝯſequētia. q: in diffinitione velocis ⁊ tardi ponitur tempus. ¶ Reſpōdetur ꝙ ſi-cut homo diffinit per riſibile materialiter a poſterio-ri dicēdo: hō eſt aīal riſibile a qua per intellectū aut potentiā dei poteſt ſeparari: ita velox ⁊ tardū diffini-untur tempore materialiter a poſteriori a quo per in-tellectū vel dei potētiā illa poſſunt ſeparari. ideo ī ca-ſu illo aliquis motus eſſet velox aut tardus: ⁊ aliqs alio velocior vel tardior: ⁊ tamē nullū eſſet tempꝰ: ſi-cut ſi hō ſepararet a riſibilitate: aliquis homo eēt: ⁊ ⁊ nullum eſſet riſibile: ⁊ ſicut animal riſibile eſt dif-finitio hominis: ⁊ poteſt eſſe ꝙ non iā ſit diffinitio ho-minis ita pertranſire multū ſpaciū in modico tēpo-re: ⁊ modicū ſpaciū in multo tempore ſunt diffinitio-nes velocis ⁊ tardi ⁊ poteſt eſſe ꝙ non ſūt diffinitio-nes illorū. Item pōteſt dici ꝙ tempus ſumit dupli-citer: videlicet cōiter ⁊ proprie. tempus cōmuniter ſum-ptum eſt duratio ſucceſſiua habens prius ⁊ poſteriꝰ: ⁊ ſic quelibet duratio motꝰ eſt tempus: tempus pro-prie ſumptū eſt duratio ſucceſſiua mundi habēs pri-us ⁊ poſterius. ille ergo motus fieret in tēpore nō ꝓ-prie ſumpto: ſed tm̄ cōmuniter. duratio eni motus di-citur tempus: quia menſurat motū ſicut tēpus: ſed il-lud eſt improprie. nihil enī eſt tēpus ꝓprie niſi dura-tio ſucceſſiua mūdi: de quo tēpore loquit tm̄ philoſo-phus in predicamentis cum ponit illud eſſe ſpeciem ſpecialiſſimā predicamenti quātitatis ſub genere con-tinui. tempus autē improprie dictū nō eſt per ſeī ali-quo predicamēto: ſicut nec motus: ſed tamē per redu-ctionē: nec eſt incōueniēs aliquā eſſe quātitatē q̄ non eſt per ſe in predicamēto quātitatis illa videlicet que eſt cōſequēs motū primo ⁊ eēntialiter ab intrinſeco. ¶ Ad quartū dicitur: ꝙ hoc nomē tēpus tripliciter in genere contrahitur ad cōnotandū ſicut ⁊ termini per ſe vel per accidens ipſo inferiores: quādoq; eni cōno-tant exiſtentiā ſolis aut lune in aliquo ſigno zodiaci: vt annus: menſis: ſeptimana: ⁊ dies naturalis. Aliqn̄ cōnotant actus ⁊ diſpoſitiones ſublunares: vt tēpus ſerenū: tempus peſtilentiale: tempus ſeminādi: tempꝰ metendi. interdum vero connotant ſimul ſituationē alterius iſtorū planetarū cū diſpoſitione ſubluna-ri: vt ver: eſtas: autumnus: hyems: ac etiam dies ar-ti. qui dicitur tēpus per quod ſol durat in aliquo emi-ſpherio: ⁊ nox tempꝰ per quod ſol abeſt ab aliq̄ emi-ſpherio. Dico igitur ꝙ tempus et quelibet pars tēpo-ris abſolute ſumpta magis dependet a motu primi mobilis q̄ a motu ſolis: tamen alique partes tempo-ris vt connotant exñtiā ſolis in aliquo ſigno zodia-ci: vel in aliquo emiſpherio magis depēdēt a motu ſo-lis: vt dies: menſis: annus ⁊ huiuſmodi. hec enī ſpor-tant vnū principale ſignificatū: ⁊ vnū cōnotatum ſm̄ [illegible] a mo-tu primi mobilis: ⁊ ſcḋm connotatū magis dependet a motu ſolis. ¶ Ex illa diſtinctione ſequit: ꝙ licꝫ omne tēpus tam accidentaliter q̄ eēntialiter ſūptū ſit vbiq; non tamen econtra. prima pars patꝫ. quia quelibet hora: ⁊ quilibet annus eſt vbiq; tempus ſeminandi: ⁊ tempus metendi: eſt vbiq; ver: eſtas: autūnus: ⁊ hy-ems eſt vbiq;: ita ꝙ ſi nobis eſt tempus metendi vel ſeminandi: illud idē tempus eſt vbiq;. ſecūda pars ē nota: quia neq; eſt vbiq; eſt tempus ſerenū: neq; vbi-que eſt tempus pluuioſum: nec vbiq; eſt tempꝰ ſemi-nandi: neq; vbiq; eſt tempus metendi. illud enim tem-pus quod eſt nobis ſerenū eſt aliis pluuioſū: ⁊ qḋ ē nobis eſtas eſt aliis autūnus: ⁊ quod eſt nobis dies eſt aliis nox. nec ſequitur. hic non eſt dies: igitur dies [illegible] nox ibi eſt. ſic non ſequitur: deus creans eſt hic: ergo hic eſt deus creans: quoniā talia aduerbia faciunt appella-tionem. (Cum quidē igitur). ¶ Quarta concluſio. Tempus eſt numerus motus ſm̄ prius ⁊ poſterius. Tex. cō. ioi.
iſta concluſio manifeſtat diffinitionē temporis quā Ariſtoteles probat de diffinito. primo ex parte diffe-rentiarum que ſunt prius ⁊ poſterius. ſecundo ex par-te generis quod dicitur numerus ibi. (Signū autē.) Primo arguit philoſophus ſic. tempus eſt numerus motus ſm̄ illud. in motu autē cognito cognoſcit mo-tus: ⁊ nō cognito non cognoſcitur motus: ſed cogni-to priori ⁊ poſteriori in motu nō cognoſcitur motus. ergo tempus eſt numerus motus ſm̄ prius ⁊ poſteri-us. patet ꝯſequētia cū maiori. ⁊ minor declarat: quo-niam quādo cognoſcitur vnū nūc non cognoſcendo prius ⁊ poſterius in motu: aut ſi cognoſcimꝰ duo nūc tanquā idem nunc: ita ꝙ nō cognoſcamus ea vnū vt prius: alterū vt poſterius: ſed vt inſimul non videtur fieri tempus: quia non videtur fieri motus. cum autē percipimus prius ⁊ poſterius: tunc dicimus tempus fieri: quia tunc percipimus motū. Te. li. (Quādo qui-dem ergo tanq̄ vnum) tm̄ ipſū (nunc ſentimus) ⁊ nō ſit non prius ⁊ poſterius. in motu autē quoniā ima-ginamur videre [illegible] prioris autē ⁊ poſte-rioris alicuius non videtur tempus fieri nullum: q: neq; motus. cum autē prius ⁊ poſterius cū tunc dici-mus tempus fieri ſicut ⁊ motū. Hoc enim eſt tempus numerus motus ſꝫ prius ⁊ poſterius.) ¶ Ex ꝓba-tione iſtius concluſionis ſequitur ꝙ tempus non ſit motus: ſed eſt numerus motus ſm̄ ꝙ motus habet numerum. ſ. ſecūdū prius ⁊ poſterius. Unde arguit ſic. nullus numerus cuiuſlibet motus eſt motus: ſed tempus eſt numerus cuiuſlibet motus: igitur tempus nō eſt motus. patet cōſequētia cū minori per diffini-tionem temporis maior autem eſt euidens: quia ali-ter idem eſſet numerus ſuiipſius: quod eſt inconueni-ens. Te. li. (Non ergo motus tempus eſt ſed eſt nume-rus motus ſꝫ ꝙ numeri habet motus.)

Notandum primo ſm̄ Commentato-rem [illegible] ꝙ Ari-ſtoteles intendit per hunc motū nō quēlibet motū ſꝫ motū per quē videmꝰ res quieſcentes eſſe in tranſ-mutatione eterna: ⁊ quaſi tranſlatas: quia ſunt in trāſ-mutatione [illegible] mo-tus qui eſt determinatio generis ſupponēs pro omni motu: ⁊ motus qui eſt determinatio differentiarū ſup

ponens pro motu celi sm cōmentatorē quo res quie scentes sunt in transmutatione eterna:idest consistūt transmutationi eterne per continuam acquisitionem. secundus quando proueniens a tempore per ipsum motum celi:⁊ ex hoc res quiescentes videntur quasi mote:quia sunt in celo transmutabili aquo continue fluit in rebus quiescentibus huius secundus quando notanter ergo dicit Cōmentator:quasi translatas:q: res quiescentes non mouentur:sed apparent moueri propter continuam acquisitionem noue rei.

Notandum secundo sm Cōmentatorem:ꝙ diffinitio temporis est numerare numeri motum sm prius ⁊ posterius:idest comprehensio numerati motus:⁊ numeratio numeri motus.⁊ ex hoc ē numerus eius. ¶ Intendit Cōmentator ꝙ sicut pannus mensuratur dupliciter:scilicet intrinseca per propriam quātitatem:⁊ extrinseca:scilicet per vlnam:ita motus mensuratur duplici mensura:videlicet intrinseca que est sua quātitas successiua:⁊ extrinseca que est tempus.⁊ quoniam ratio mensure primo inuenitur in numeris:ideo tam duratio motus que est quātitas successiua motus quaʒ duratio mundi que est quātitas successiua mundi dicitur numerus:ideo motus mensuratur duplici numero:vʒ intrinseco ⁊ extrinseco. aliquid ergo mensurat ⁊ non mensuratur:videlicet tempus:⁊ aliquid mensuratur:videlicet duratio successiua motus per quam tēpus mensurat motum.hec enim duratio motus mensurat motum:⁊ mensuratur a tempore.ideo bene dicit Cōmentator ꝙ tempus est numerare numeruʒ motus seu ꝙ est numeratio numeri motus cum tempore sit illud quo numeratur numerus motus. Cum autem dicitur ꝙ tempus est comprehensio numerati motus. intelligit ꝙ tempus est comprehensum per numeratum motum:scilicet per numerū diuisum priori ⁊ posteriori in motu:nec est in querendo tempus comprehendi per motum ⁊ motum per tempus vt infra ostenditur.(Signum autem.) ¶ Secunda probatur con-

Tex. co.102. clusio ex parte generis:videlicet ꝙ tempus sit numerus motus.nam illud est numerus motus quo iudicamus motum magnum ⁊ paruum:maioreʒ vel minorem:sed tempore iudicamus motum magnuʒ vel paruum:maioreʒ vel minoreʒ.ergo tempus est numerus motus.patet cōsequentia cum maiori:quia numerus est illud quo iudicamus ad plus aut minus.minor autem est manifesta.nam cum queritur propter quid aliquis motus est magnus:⁊ aliquis paruus.respōdetur ꝙ fit in magno tempore vnus illorum:⁊ alius in paruo.⁊ propter quid vnus motus est alio maior.respondetur ꝙ fit in maiori tempore. Le.li.(Signū autē est ꝙ tp̄s ē numer⁹ motus plus quidē enim ⁊ minus numero iudicamus:motū autem plureʒ:pluremqʒ ⁊ minoreʒ dicimus tempore:numerus itaqʒ quidem tempus est.

Notandum ꝙ cum numerus motus sit quasi genus tēporis ⁊ prius ⁊ posterius quasi differentia illi⁹ sʒ cōmentatorem.probatis ambabus partibus de tempore probata est tota diffinitio:non quidem demonstratiue:sed tn̄ a signo:⁊ ex cōmuni modo loquendi:q: dicit Linconiensis hic ꝙ ista diffinitio non est de⁹ p°. sed est diffinitio exprimens quid nominis qua nulla notior potest inueniri cuʒ omnes audientes hoc nomen tempus statim intelligāt ꝙ importatur hoc nomine tempus quicquid sit illud est mensura motus sʒ prius ⁊ posterius.(Quoniaʒ autem numerus.) Dubium vnuʒ excludit philosophus:quoniā posset qs istare:aut nulla quātitas cōtinua est numerus:tempus est quantitas continua.ergo tempus non est numer⁹. tenet ɔsequentia.⁊ quelibet pars antecedentis colligitur a philosopho in p̄dicamentis cap°. de quātitate. Respōdet philosophus ꝙ numerus dupliciter sumitur:quoniaʒ aliquis est numerus quo numeramus vt binarius ⁊ trinarius:⁊ aliquis est numerus numeratus:scilicet virga decem palmorum:licet ergo tempus non sit numerus quo numeratur:tn̄ est numerus numeratus.propterea argumētuʒ nō valet si certe sumit numerus in maiori:⁊ in ɔclusione:quia tunc arguitur ex quatuor terminis:si tamen in maiori accipitur numerus pro numero numerato:aut pro numero cōmuniter accepto ad numeruʒ numeratuʒ:⁊ ad numerum quo numeramus.sic negatur illa maior:⁊ dicat ꝙ Aristoteles in predicamentis accipit numerum pro numero quo numeramus:hic autē pro numero numerato. Le.li.(Quoniaʒ autem numerus est dupliciter.nāqʒ ꝙ numeratur:⁊ quod est numerabile numerum dicimus ⁊ quo numeramus.tempus auteʒ est ꝙ numeratur:⁊ nō quo numeramus.est auteʒ alteruʒ quo numeramus:⁊ quod numeratur.)

Notandum primo secundum Cōmentatorem.cōmento.102. quod omne per quod numerātur omnia:autē numerus simpliciter:⁊ hoc est numerās non numeratū equaliter:aut aliquis numerus alicuius generis.⁊ huic accidit ꝙ sit numerans ⁊ numeratuʒ.alio modo ⁊ ista sunt illa que numerantur per vnitates existentes in illo genere:non per vnitateʒ simplicem:⁊ tempus est in hoc genere:scilicet ꝙ sit numerans ⁊ numeratū. Duplex ergo est numerus:videlicet simpliciter ⁊ sʒ quid. numerus simpliciter est ille quo omnia numeramus consimilis denominationis:vt binarius trinarius.binario enī numeram⁹ oīa duo:videlicet duos hoīes duas quātitates:duas q̄litates ⁊ sic de alijs.ternario vero numeramus omnia tria:⁊ q̄ternario oīa quatuor.ideo talis dicitur numerus simpliciter.numerus auteʒ sʒ quid est ille quo numeramus ea tm̄ que sūt alicuius determinati generis:vt vlna:seu virga decem palmoruʒ.tali eniʒ numero non numeramus omnia: sed tm̄ panos:⁊ ea que sunt illius generis.tempus ergo non est numerus simpliciter sed sm quid ⁊ determinati generis:quia tempore nō numeramus omnia sed tm̄ motum:⁊ habentia ordineʒ ad motuʒ. ¶ Ex his concludit Linconiēsis qd̄ Aristoteles dicēs tempus esse numerum numeratuʒ non intelligit per hoc ꝙ in diffinitione temporis accipiatur pro numero numerato:ita ꝙ sit sensus diffinitionis.tempus est numerus numeratus a motu:sed potius intelligit temp⁹ eē numeruʒ numerantē motuʒ:sed intelligit ꝙ preter hoc ꝙ tempus est numerus numerans motuʒ vt dictuʒ est in diffinitione temporis tempus ēt ē numeratus a motu:⁊ ita tempus non est numerus quo primo ⁊ per se numeramus.numerus enim inquit Linconiensis quo primo ⁊ per se numeram⁹ est collectio ex vnitatibus puris quo numeramus lineas ⁊ tempora:deinde per lineas numeratas numeramus alias quātitates continuas:⁊ per tempora numerata numeramus motus

⁊ alias durationes successiuas. Et ratio Linconiēsis potuit esse ista. quoniaȝ fm philosophuȝ decimo metaphisice. primo ratione mensure inuenitur in quantitate discreta: deinde transfertur ad quātitateȝ cōtinuaȝ. nam quantitas continua non mensurat: nisi vt habet rationem quātitatis discrete linea enim absolute sumpta non mensurat: sed linea reducta ad quātitateȝ discretā: puta ad numeruȝ determinatū: vt linea decem palmaruȝ habet rationeȝ mensure. linea etiaȝ deceȝ palmarū non mensurat: nisi fm q semel: vel bis aut ter replicatur in panno vel in alia quantitate continua. constat autē q ista dicunt quātitateȝ discretaȝ actu vel potentia. semel eniȝ dicit vnitateȝ que est potentia. omnis numerus bis dicit binarium: ⁊ ter dicit ternariuȝ. vult.n. philosophus decimo metaphisice. q quātitas discreta accepit rationeȝ mensure a quantitate discreta. ideo quantitas discreta est numerus simpliciter: ⁊ quātitas cōtinua est numerus fm quid sicut quātitate discreta numeramus per se primo: ⁊ quātitate continua per se non primo. ¶ Dubitat hic Cōmentator ex quo tempus est numerus numeratus sicut numerus numerās quare nō dixit Aristo. in diffinitione. tempus est numeratum motus sicut tempus est numerus motus. Respondet Cōmentator q dicit q diffinitio nō debet dari per ea que sunt per accidens distincto: sed tm̄ per ea que insunt diffinito per se modo: licet tempus numeretur tam a numero simpliciter quaȝ a motu: tamē accidit sibi q moueat ab aliquo illoruȝ sed illi non accidit q numeret tempus. ergo per se numerat ⁊ per accidens numeratur: ideo debet diffiniri per numerū ⁊ nō per numeratuȝ dicendo tempus est numerus mot⁹ ad innuenduȝ q tempus est per se mēsura numeralis motus. si auteȝ numeratur aut mensuratur a motu hoc est per accidens vt patebit.

Secundo notanduȝ fm Cōmentatoreȝ eodem cōmento q numerus motus: alius est partium motuum fm q sunt insimul: ⁊ alius est fm q inueniuntur in eis prius ⁊ posterius. i. numerus priorum ⁊ posteriorum existentium in motu. Intēdit cōmentator q motus habet duplices partes fm duplicē diuisionem videlicet temporis ⁊ subiecti. partes diuise diuisione subiecti sunt simul. partes autē diuise diuisione tpis nō sunt simul: sȝ vna est prior alia posterior. Propterea no eodeȝ nūero numerātur partes que sunt simul: ⁊ partes que nō sunt simul. partes que sūt simul numerantur numero simpliciter videlicet binario ternario, quaternario ⁊ huiusmodi. partes autem que non sunt simul numerant numero fm quid videlicet tempore fm q in eo inuenitur prius ⁊ posterius mensurans partem preteritam ⁊ futuram mot⁹: ita q tempus non est numerus motus fm partes simul existentes: sed fm partes non simul existentes. Dicit enim supra cōmentator cōmento .ioi. q tempus est numerus motus: idest numerat motum per suas partes priores ⁊ posteriores fm q sūt priores ⁊ posteriores: non fm q sunt insimul. vnde quia numerus simpliciter habet suas vnitates simul. ⁊ tempus non habet suas partes simul. ideo numerus simpliciter numerat partes motus simul existentes: ⁊ tēpus numerat partes motus non simul existentes.

Tertio notandum fm Cōmentatorem eodeȝ cōmento. q cum dicimus ipsum esse numeruȝ motus idest vnum cuiuslibet motus cum sit impossibile imaginari: nisi fm q numerat motum ⁊ interduȝ est per prius ⁊ posterius existentia in motu per cuius inuenitur tempus primo: ⁊ est ille per quem intelligimus transmutari: idest nos intransmutabili: quoniam si esset tempis esset per se prioris ⁊ posterioris in quolibet motu: tunc tempus multiplicaretur per multiplicationeȝ motuuȝ: aut non habebit esse nisi solūmodo in mente. Cōmentator ergo exponēs diffinitionem temporis dicit q cum tempus diffinitur p numeri motuȝ fm prius ⁊ posterius. ly motus supponit pro quolibet motu: ⁊ ly fm prius ⁊ posterius nō supponit pro quolibet priori ⁊ posteriori cuiuscū que motus: neqȝ pro priori ⁊ posteriori temporis: sed tm̄ pro priori ⁊ posteriori primi motus ad hunc intellectum q tempus est numerus cuiuscunqȝ motus fm prius ⁊ posterius primi motus. q eniȝ ly prius ⁊ posterius nō possint stare pro priori ⁊ posteriori cuiuscunqȝ motus: sed tm̄ motus primi. manifestuȝ est: q2 tempus nō est cōsequens primo ⁊ essentialiter quēlibet motum: sed tm̄ primuȝ motum: ⁊ q nō supponat pro priori ⁊ posteriori temporis arguit cōmentator quia dato illo sequitur vnuȝ istoruȝ: aut q temp⁹ multiplicatur ad multitudineȝ motuuȝ: aut q tempus non est nisi in anima quoꝝ quodlibet est inconueniens: ⁊ q sequatur vnuȝ istoruȝ declaratur: quoniā si tempus est numerus cuiuslibet motus fm prius ⁊ posterius temporis: aut igitur fm prius ⁊ posterius existētia in anima vel extra animaȝ. si in anima habetur vnuȝ inconueniēs q tēpus nō habet eē nisi in anima. si extra animam ⁊ cum tale prius ⁊ posterius indifferenter respiciat omneȝ motuȝ. ergo tempus est numerus cuiuslibet mot⁹ fm prius ⁊ posterius cuiuscunqȝ motus: ⁊ per cōsequens primo ⁊ essentialiter numerat quemlibet motum ergo multiplicatur ad multitudineȝ motuum quod est alteruȝ incōueniens. ¶ Sed contra Cōmentatoreȝ arguitur sic. Si tempus est numerus cuiuslibet motus fm prius ⁊ posterius primi motus est aliquis motus: sed primus motus est aliquis motus ergo tempus est numerus primi motus fȝ prius ⁊ posterius primi mot⁹ qd̄ est impossibile: quia tempus vt inquit Cōmentator non est numerus alicuius motus fm partes simul existentes: sed fm partes preteritas ⁊ futuras. ideo si tempus eēt numerus primi motus fm prius ⁊ posterius eiusdem motus: tunc tēpus numeraret partes preteritas ⁊ futuras primi motus fm easdeȝ partes ⁊ per cōsequēs idem respectu eiusdē ⁊ fm ideȝ esset numerus ⁊ numeratuȝ: quod est absurdum. ¶ Dicenduȝ ergo q sicut numerus simpliciter numerat alias res numerabiles: non per vnitates rerum numerabilium: sed per primas vnitates: ita tēpus numerat quēlibet motuȝ: non per partes alicui⁹ motus: sȝ per proprias partes preteritas ⁊ futuras. intelligenda est diffinitio temporis sic. tempus est numerus cuiuslibet motus fm prius ⁊ posterius qui inuenitur in tempore: ⁊ nūc ad argumentuȝ dicitur q tēpus est numerus cuiuslibet motus per prius ⁊ posterius temporis extra animaȝ ex quo non sequitur q tempus multiplicetur ad multiplicitatem motuuȝ: aut q sit cōsequēs quēlibet motum primo ⁊ essentialiter: quoniaȝ tempus est passio mundi: ⁊ mensura motus in eo q est passio mundi: ⁊ cōsequēs tm̄ primuȝ motuȝ inquātuȝ nō est mensura motus non est consequēs aliqueȝ motuȝ: quia vt sic indifferēs est ad omneȝ mo

tum.constat autem ꝙ mẽsura est prior mensurato ꝫ ꝙ huius ⁊c.

Tex. co.103.

Et sicut motus.) Istud est tertium capitulum huius tractatus ĩ quo philosophus respõdet ad difficultates tactas de tẽpore ⁊ instanti ĩ primo capitulo. postq̄ ĩuestigat quid est tempus tã grauitate quã diffinitiue. Et diuiditur istud capitulum in duas partes. ℂ In prima facit quod dictum est. ℂ In secunda comparat instans tempori manifestans naturam illius ꝭm ea que dicuntur de instanti ibi. (Manifestũ autẽ est.) ℂ In primo capitulo huius tractatus querebatur primo vtruȝ tempus sit arguẽdo id nõ esse. ℂ Secundo querebatur vtruȝ idem instans maneat per totuȝ tempus arguendo ad vtranq; parteȝ. propterea philosophus responsurus ad ambas difficultates ponit duas cõclusiones: quaruȝ prima est ista. Tempus est de numero successiuoruȝ. Secunda conclusio. Instans aliquo modo manet idem per totum tempus ⁊ aliquo modo non ibi. (Ipsuȝ autẽ nunc.)

Prima conclusio dicitur sic. Motus est de numero successiuorum: ergo per idem ⁊ tempus. patet consequentia. quia sicut motus consistit in fieri vnum post aliud ita ⁊ tempus: cum tempus sit numerus motus vt est declaratum ante. antecedens aũt ẽ manifestũ tertio huius. non tamen ex hoc oportet cõcludi ꝙ tempus sit motus: quia vt dictum est supra tempus vbiq; est ⁊ apud omnia idẽ non autẽ motus cuȝ ille motus q est in vna parte mundi non sit in alia: ⁊ ille qui est in capite non sit in pede: ⁊ ille qui est sursum non sit deorsuȝ: ꝙ autẽ tempus sit vbiq; ⁊ ante omnia idẽ manifestuȝ est: qm̃ instans est vbiq; ⁊ idem apud omnia. ergo per idem ⁊ tempus. patet cõsequentia. quia instans est mensura intrinseca temporis ꝭm prius ⁊ posterius. antecedẽs patet. quia dato opposito plura instantia essent simul ꝙ est impossibile. est ergo idem instans numero ꝫ suam essentiam in celo ⁊ in terra apud orientales ⁊ occidẽtales: licet ratio sit diuersa: quia alia est ratio instãtis vt est in celo: ⁊ alia vt ẽ in terra: ⁊ alia vt est apud oriẽtales: ⁊ alia vt est apud occidentales sicut alia est ratio instantis vt est finis: ⁊ alia vt est principiuȝ: licet idem instans numero sit finis preteriti: ⁊ initium futuri temporis. Le.li. (Et sicut motus semp aliud ⁊ aliud est successiue sicut ⁊ tempus non tamen sunt ideȝ quia motus non est vbiq; idem: sed tempus est vbiq; idem et ratio ꝙ autem simul omne tempus idem est construe sic. illud quod est omne tempus habet simul ꝭm se totum: videlicet instans idem est vbiq; ipsuȝ enĩ nunc quod est in tempore ꝭm se totuȝ simul idem est vbiq; quicquid. erat.s. secunduȝ essentiaȝ esse autem diffinitiuuȝ ipsi instanti alterum est ipsum autem nũc tempus mensurat ꝭm ꝙ prius ⁊ posterius.

Notandum primo ꝭm Cõmentatorem commento .103. ꝙ Aristoteles intendebat per hoc dissoluere questioneȝ predictam inesse temporis dicens ꝙ si tempus est necesse est vt omnes partes: aut quedaȝ sunt simul: ꝫ nõ est ita. posuit ergo hoc ꝙ rectuȝ est dicere ꝙ partes eius inueniuntur quedã post alias non in simul: sicut est dispositio in partibus motus. Soluta est ergo ratio illa negando consequentiam. tempus est ergo omnes eius partes aut alique sunt simul: quia motus est ⁊ tamen non habet omnes suas partes simul: nec aliquas: ⁊ non loquitur Cõmentator de partibus communicantibus: quia tam motus q̄ tempus habet infinitas partes que sunt simul: videlicet cõmunicantes: sed loquitur de partibus non cõmunicantibus: quia nulla pars preterita motus est simul cum parte futura: neq; aliqua hora vel dies est simul cum alia ad eẽ enim successiuorum sufficit existentia alicuius indiuisibilis copulantis preteritum cum futuro. Et ex hoc est etiam soluta alia ratio cum dicebatur. illud quod componitur ex non entibus impossibile est esse: tempus componitur ex non entibus. ergo tempus impossibile est esse. negatur prima pars antecedentis: quoniam motus est ⁊ tamen componitur ex non entibus: scilicet ex preterito ⁊ futuro. ⁊ si arguatur sic. instans copulat non entia: ergo non entia sunt. negetur ꝯsequentia. sed sufficit aliquod esse ad quod terminantur. illa nõ entia. dixi enim supra ꝙ ista verba. copulat. componitur. determinant. sunt verba ampliatiua.

Sed dubitatur si eniȝ existentia tẽporis assimilatur existentie motus: ⁊ motus alique partes sunt simul non cõmunicantes: vt patet de duabus medietatibus motus fundatis in duabus medietatibus mobilis ergo temporis alique partes sunt simul nõ cõmunicantes. ℂ Respondetur negando cõsequẽtiam. quia philosophus ⁊ Cõmentator non assimilant motum et tẽpus quo ad instantiaȝ simpliciter: sed tñ in duratione ⁊ successione. motus enim diuiditur diuisione temporis: ⁊ diuisione mobilis: ideo habet aliquas partes simul non cõmunicantes. tempus autem non diuiditur diuisione mobilis sed tantuȝ ꝭm durationem. Et si dicitur ꝙ frustra ponitur diuisio motus in suas partes per diuisionem mobilis ⁊ temporis: cuȝ eedẽ sint partes diuise diuisione mobili ⁊ diuisione temporis. hoc negetur. sicut enim idem corpus numero potest diuidi ꝭm longitudinem ⁊ latitudinem ⁊ tamen partes diuise ꝭm longitudinem non sunt partes diuise ꝭm latitudinem: ita idem motus numero diuiditur diuisione mobilis ⁊ temporis: nec partes vno modo diuise sunt partes alio modo diuise. quelibet enim pars motus diuisa diuisione temporis est preterita vel futura. quelibet auteȝ pars motus diuisa diuisione mobilis est presens composita ex motu preterito: ⁊ motu futuro.

Notandum secundo ꝭm Cõmentatorem eodeȝ cõmento.

q motus differt a tempore: quia motus non est idem apud illa que mouentur insimul: et tempus est idem illis qui sunt in tempore insimul: et causa in hoc est q tempus est idem: quoniam instans q est agens tempus est idem in omni motu cum fuerit demonstratum, secundum esse eius diuersa. s. per prioritatem et posterioritatem. Dicit Burleus q tempus idest duratio primi motus est vbique simul: quia tempus non est diuisibile nisi secundum longitudinem durationis: et ideo non est vna pars temporis apud existentes in oriente: et alia pars apud existentes in occidente. propterea tempus est idem apud omnes res existentes in tempore: sed non est sic de primo motu: quia motus extenditur ad extensionem primi mobilis secundum longum latum et profundum et ideo alia pars primi motus est apud existentes in oriente: et alia apud existentes in occidente: et ideo bene dicit philosophus: et commentator inquit ipse q tempus est idem apud omnes et non motus. ¶ Ista expositio est satis dubia quoniam tam Aristoteles q commentator vult probare tempus esse de numero successiuorum ad instar motus non habens partes suas simul sicut nec motus: ergo nullus eorum considerat motum secundum q diuiditur diuisione mobilis: neque secundum q habet diuersas partes simul vnam in oriente et aliam in occidente: sed tantum vt diuiditur diuisione temporis in partes inuicem succedentes: sed considerando motum hoc modo idem motus numero est apud omnes: ergo differentia Aristotelis et commentatoris non fuisset sufficiens. Item quando quod relinquitur a tempore in rebus temporalibus non diuiditur diuisione mobilis: sed tantum temporis: et tamen nullum quando quoniam vbique est sicut nec subiectum illius: ergo similiter contingeret de tempore si esset subiectiue in primo motu aut in primo mobili et non multiplicaretur ad omnem punctum mundi. ¶ Dicendum ergo consequenter ad precedentia q nullus motus est vbique: nec apud omnia que mouentur neque apud omnes res existentes in tempore sicut neque subiectum motus: tempus autem est vbique ad omnia puncta mundi multiplicatum sicut et vbique instans agens tempus. i. constituens tempus per copulationem partium preteritarum cum futuris: ita q sicut idem instans numero terminat infinita tempora preterita et infinita futura et non diuersificatur nisi in ratione cum alia sit ratio eius vt est post omnia tempora preterita: et alia sit ratio eius vt est ante omnia instantia futura ita idem instans numero demonstratum. s. presens in quolibet puncto mundi per presentiam et indistantiam: licet sub alia ratione sit hic et instantia ibi quatenus etc.

Ipsum autem nunc.

secunda conclusio instans aliquo modo manet idem per totum tempus: et aliquo modo non manet idem probatur instans secundum rem manet idem per totum tempus: et secundum rationem est diuersum in quantum est in diuersis temporibus: ergo conclusio vera tenet consequentia et antecedens probatur premittendo duas suppositiones quarum prima est ista: sicut se habet magnitudo ad motum ita motus ad tempus patet ex priori capitulo quoniam sicut motus est consequens magnitudinem ita tempus est consequens motum. l. c. li. (ipsum autem nunc est quidem sicut idem est vero sicut non idem secundum quidem secundum quidem enim q in alio et in alio tempore est. Alterum est hoc vero diffinitiuum esse erat enim nunc alterum inquantum enim q cum ens est indifferenter. s. hoc vel illud ipsum autem nunc idem est per totum tempus) ad cuius probationem sit hec prima suppositio. Sequitur enim sicut dictum est magnitudinem motus: hunc autem scilicet motum tempus consequitur sicut diximus. Secunda suppositio sicut se habet mobile ad motum: ita punctus ad lineam: patet quoniam sicut per mobile cognoscimus motum et prius posterius in motu: ita per punctum cognoscimus lineam: et prius et posterius in linea: et sicut mobile per suam actionem facit motum: ita punctus per suum fluxum facit lineam: et sicut mobile est principium et finis motus: ita punctus est principium: et finis linee. l. c. li. (Et similiter igitur puncto q fertur. i. puncto est simile q fertur: scilicet mobile quo motum cognoscimus et prius in ipso et posterius.)

Istis suppositionibus

hec premissis arguit philosophus sicut se habet mobile ad motum: ita se habet instans ad tempus: sed mobile secundum rem manet idem per totum motum: diuersum autem secundum rationem siue fuerit punctus siue lapis: siue aliquod aliud: ergo instans secundum rem manet idem per totum tempus diuersum autem secundum rationem patet consequentia: et probatur antecedens pro qualibet parte et prima primo sic sicut se habet mobile ad motum: ita punctus ad lineam per secundam suppositionem: et sicut se habet punctus ad lineam ita instans ad tempus ex communi processo omnium ergo a primo ad vltimum sicut se habet mobile ad motum: ita instans ad tempus: secunda pars antecedentis etiam arguitur. Nam sicut coriscus secundum rem est idem in foro et in theatro et tamen coriscus in foro est alius a corisco in theatro: vt dicunt sophiste et loyci: quia alia ratione est choriscus in foro et alia in theatro: ita mobile secundum rem manent idem per totum motum aliter motus non esset vnus: est diuersum ratione: quoniam mobile in motu pertransit diuersas partes spacii: et acquirit diuersa vbi: ideo mobile est aliud vt est supra vnam partem spacii: et aliud vt est supra aliam: et aliud vt est in hoc vbi: et aliud vt est in alio vbi. l. c. li. (Hoc iam mobile quodcunque ens sit idem est per totum motum secundum rem.) Aut enim punctum aut lap. : aut aliud: aliud huius est ratione autem aliud est sicut sophiste accipiunt alterum choriscum in theatro esse et choriscum in foro: et hoc ergo in eo q alibi et alibi est alterum.) ¶ Et confirmatur eadem maior videlicet q sicut se habet mobile ad motum ita nunc ad tempus quoniam sicut se habet magnitudo ad motum ita motus ad tempus per primam suppositionem igitur idem sicut se habet mobile ad instans: ita instans ad tempus patet consequentia: quia sicut per magnitudinem cognoscitur motus et per motum tempus: ita per mobile cognoscitur instans et per instans cognoscitur tempus: q patet: quia per mobile cognoscitur prius et posterius in motu que sunt antecedentia ad instans et ipsum instans est mensura temporis secundum prius et posterius: nunc arguatur sic sicut se habet mobile ad instans ita instans ad tempus: sed sicut se habet

mobile ad motum ita se habet ad instans ꝗ instans: qz mobile sicut est causa motus: ita est causa instantis: ergo sicut se habet mobile ad motum ita se habet instans ad tempus ꝙ fuit probandum. Cũ ergo mobile sit idẽ ſm esse in toto motu diversum autem ſm rationem cũ sit in alia ⁊ alia parte spacii i alio ⁊ alio ubi: ita instãs est idem ſm rem in toto tempore: diversum autem ratione propter diversitatem partium temporis ſm prius ⁊ posterius in quibus est ipsum instans. i. e. li. (Est autem ꝙ fertur) .i. mobili sequitur ipsum nunc sicut tẽpus motum eo enim ꝙ fertur .i. mobili cognoscimus prius ⁊ posterius in motu: ⁊ consequenter cognoscimus instans ſm autem ꝙ in tẽpore est numeralis prius ⁊ posterius ipsum nunc .i. facit cognoscere tempus qm̃ ipsum nunc est illud quo tempus est numerabilis ſm prius ⁊ posterius: quare ⁊ in his .i. in mobili ⁊ instanti simile contingat ꝙ quidem ens nunc est .i. ꝙ quidem nunc est ens presens idem est in toto tempore sicut mobilis in toto motu prius enim ⁊ posterius est i tempore sicut ꝙ in motu esse dicitur diffinitum mobilis alterius est sicut ⁊ instantis ſm enim ꝙ in tempore est numeralis prius ⁊ posterius: ipsum nunc autem alterum est diversum.

Notandum ſm cõmentatorem cõmento xci. ꝙ translatum quod agit motum est causa inesse instantis ꝙ agit tempus quemadmodum tempus sequitur motum .i. ꝙ motus est causa eius quia est subiectum illius quẽadmodum magnitudo est causa motus qz est subiectũ motus. Ex isto cõmento patet ꝙ tempus nõ est passio intrinseca motus sed extrinseca sicut nec motus dicitur passio intrinseca magnitudinis supra quã fit motus sed tñ extrinseca: neqz magnitudo dicitur subiectum in hesio motus: aut motus temporis: sed tñ est subiectũ dispositionis supra ꝙ: vel circa ꝙ: aut propter ꝙ: magnitudo est dispositio necessaria supra quã fit motus ⁊ motus est dispositio necessaria circa quam fit tẽpus cum tempus dicatur fieri circa motum vel propter motum. ¶ Dubitatur circa octavum tam in prima quã in secunda conclusione ꝙ instans est mensura temporis ſm prius ⁊ posterius cum instans non sit comparabile tempori in magnitudine ⁊ in parvitate neqz finities vel infinities sumptum potest reddere tempus. Respondetur ꝙ est mensura vz perfectionis adequationis replicationis ⁊ terminatõis. ¶ Prima mẽsura est perfectionis: ⁊ est illa que excedit mensuratũ in perfectione per cuius propinquitatem ⁊ distantiã cognoscitur magnitudo perfectõis mẽsurati ⁊ sic albedo est mensura omnium colorum ⁊ homo omnium animalium .i. imperfectione qz per accessum ad albedinẽ: vel recessum ab illo dicitur quilibet alius color magis vel minus perfectus ⁊ dicitur symia perfecti⁹ animal quam canis: qz propinquior est homini ⁊ sic loquitur philosophus .x. metaphysice dicẽs ꝙ in unoquoqz genere dare est unum ꝙ est meta ⁊ mensura omnique sunt in genere illo. ¶ Secunda mensura est adequationis ſm quam mensuram ⁊ mensuratum sunt equalia eo modo quo locus ⁊ locatum sunt equalia ⁊ sic quarta plena vino est mensura adequata illi⁹: qz non excedit: nec exceditur in longitudine ⁊ latitudine. ¶ Tertia mensura est replicationis ſm quam mensuratum est maius: sed per replicationem cognoscitur magnitudo eius eo modo quo quarta est mensura amphore aut dolii. quarta enim plena est mensura adequationis illius sed virtute replicationis amphore vel dolii ẽ mensura replicationis. ¶ Quarta mensura est terminationis .s. in extra cognoscitur quantitas terminati a qua cuius eo modo quo dicimus punctum esse mensurã linee qz punctus terminans lineam dat cognoscere eã esse pedalem: aut bipedalem et sic instans mensurat tempus: quia instans facit cognoscere tempus unius hore ⁊ duarum horarum: non tamen unum instans unũ sed duplicatum sicut nec unus punctus cũ sed duplicatus facit cognoscere magnitudinẽ linee. Prima ergo mensura excedit mensuratum. Secunda non excedit nec exceditur. Tertia exceditur a mensurato. Quarta autem non est comparabilis suo mensurato in magnitudine vel parvitate: ⁊ sic est soluta difficultas. ¶ Et notum autem. Ex predictis Aristoteles infert ꝙ instans est magis notum quam tempus qm̃ sicut se habet mobile ad motum ita instans ad tempus: sed mobile est magis notum ꝙ motus cum mobile maneat: ⁊ non motus: ergo per illud instans est magis notum ꝗ̃ tempus. i. e. li. Et notum autem maxime hoc est instans .i. respectu tempus ⁊ motus est in loco propter id ꝙ movetur in loco ⁊ loci mutatio ad locum propter id ꝙ fertur ad locum ideo mobile est notius motu. Hoc aliud enim ꝙ fertur .i. ipsum mobile est aliquid permanens: motus autẽ non est permanens. Deinde philosophus epilogat circa determinata concludendo secundam conclusionem dicit est quidem igitur sicut idẽ ipsum ꝙ nunc dicitur semper est autem sic non idem ⁊ nanqz est similiter ꝙ fertur .i. mobile quodãmodo idẽ in toto motu: ⁊ quodãmodo non idem. Tex. cõ. 104.

Notandum ſm cõmentatorem cõmento 104. quod motũ est notius motu ꝙ est demonstratum ⁊ motus non est demonstratus .i. aggregatis insimul: sed mens facit ipsum ⁊ motus est notior tempore sequitur ꝙ translatũ ꝙ agit motum sit notius instanti cuius proportio ad tempus est sicut proportio translati ad motum. commentator primo probat ꝙ mobile est notius motu: qz mobile ẽ aliõ demõstratum omnes partes simul motus autem non est aliud demonstratum habens suas partes simul nisi in anima pro quãto in anĩma cõsiderat plures partes simul ⁊ simul habet cõcept⁹ plurium partium temporis. ¶ Secundo arguit cõmentator ꝙ mobile est notius instanti sic arguendo qualis est proportio mobilis ad motum talis est proportio instantis ad tempus: ergo a coniuncta proportione qualis est proportio motus ad tempus talis est proportio mobilis ad instans sed tempus est notius tpe ergo mobile est notius instanti. Circa solutionem secunde questionis dupliciter probando ꝙ non manet ſm rem idem instans numero per totum tempus per rationem Aristotelis: qz omne tempus finitum terminatur duobus instantib⁹: si ergo idem instans manet per totum tempus plura instantia essent simul ⁊ cõsequenter ꝙ ea que fuerunt ante mille ãnos ⁊ ea que sunt iam fuerunt in eodem instanti: ⁊ ꝙ vel fuit alio prius neqz posterius ex idem instans numero manens in toto tempore omnia mensurat. ¶ Ad istam dubitationem sunt plures modi respondendi quorum primus est avicene secundo sue phisice dicentis: ꝙ instans sumitur dupliciter primo pro illo ꝙ circundatur tempore preterito ⁊ futuro ⁊ sic non ma-


net idem in toto tempore et secundum neque secundum diffinitionem. Alio modo pro extremitate termini imobilis facientis fluxum: et sic idem instans numero manet per totum tempus secundum rem. Est autem aliud secundum rationem sicut continue extremitas primi mobilis facit alium et alium fluxum rem in alio et in alio tempore. Secundus modus respondendi fuit egidij dicentis quod idem instans manet per totum tempus secundum essentiam et non secundum esse. quia continue variet instans sicut variatur tempus tamen essentia instantis continue manet sicut manet continue essentia temporis intelligendo igitur per rem essentiam et per diversum secundum rationem vt patet.

Tertius modus respondendi fuit burlei dicentis quod idem instans secundum substantiam manet in qualibet differentia temporis successiue cum idem instans numero sit primo futurum deinde preteritum. est autem diversum ratione. quia aliter debet diffiniri secundum quod est presens: et aliter secundum quod est preteritum. et aliter secundum quod est futurum.

Quartus modus respondendi fuit ocham dicentis quod idem instans manet secundum equiualentiam in toto tempore sicut manet idem locus secundum equiualentiam locato quiescente et variato corpore continente. est autem diversum secundum rationem inquantum quocunque instanti dato ipsum est finis preteriti: et inicium futuri: constat autem quod alia est ratio finis: et alia est ratio principij. In dubie quelibet istarum consimilium glosat illam propositionem: instans secundum rem manet idem per totum tempus et est diversum ratione sed nulla est propinqua intentioni aristotilis nec prima. Dicit enim philosophus quod sicut se habet mobile ad motum et punctus ad lineam ita nunc ad tempus. constat autem quod mobile non est aliquid motus neque punctus describens lineam est aliud linee descripte: ideo etiam nunc seu instans. de quo hic loquitur philosophus: non est aliquid intrinsecum temporis: sed extrinsecum causans tempus sicut mobile motum et punctus lineam ad modum loquendi methecorum. Unde comentator comento allegato sic inquit Instans agit tempus sicut translatum translationem et punctus mensuram: vt geometre dicunt: quoniam cum mouetur facit mensuram: constat autem quod nullus punctus alicuius linee facit illam lineam sed punctus extrinsecus illi: verbigratia dato quod sphericum mouetur super plano: quoniam ipsum sphericum non tangit planum nec in puncto dicunt geometre quod punctus sphericum per suum motum facit lineam. Dicendum ergo quod sicut album dupliciter sumitur. scilicet formaliter et materialiter: formaliter est albedo. et materialiter est subiectum albedinis. ita nunc seu instans dupliciter sumitur. videlicet formaliter pro termino intrinseco temporis: et sic non manet idem motus numero per totum tempus secundum rem neque secundum rationem: aut materialiter pro subiecto instantis: et sic manet per totum tempus secundum rem et non secundum rationem: quoniam subiectum instantis est mundus sicut est subiectum temporis a quo fluit tempus sicut a mobili motus: et a puncto descriptio linee: sicut igitur mobile causat motum et est subiectum eius et punctus causat descriptionem linee et est subiectum eius: dicit philosophus siue sit punctus siue lapis. ita mundus causat tempus et est subiectum eius: et per consequens sicut idem mobile manet per totum motum diversificatum tantum in ratione et idem punctus in numero in toto suo fluxu habens diversas rationes secundum diversa puncta causata ita mundus manet idem secundum rem in toto tempore eterno: variatur autem secundum rationem cum mundus vt est in a tempore non sit mundus vt est in b tempore: non igitur primum mobile neque extremitas primi mobilis est subiectum instantis quin tunc motus et tempus quoniam ad omnem punctum mundi est aliquid mundi sicut ad omnem punctum mundi multiplicatur idem instans numero et tempore. Ratio autem aristotilis soluta est quoniam illa procedit equiuoce et accipit enim instans formaliter: et hic accipitur materialiter. vnde conceditur quod aliquod instans secundum rem manet per totum tempus et aliquod non manet per totum tempus et conceditur quod omnia que fuerunt et ea que sunt fuerunt in eodem instanti naturali. sed non formali quia fuerunt in eodem mundo non tamen in eodem indiuisibili continuatio et diuisio partium mobilis. nunquam tamen sequitur quod nihil fuit altero prius vel posterius ex quo infra instantia formalia fuerunt successiue et nunquam simul. Contra determinationem factam a philosopho in conclusione huius capituli. et in duabus partibus precedentibus alterius capituli de differentia inter tempus et motum arguitur probando tempus esse motum quadrupliciter. et primo sic tempus est actus entis in potentia secundum quod in potentia tempus est motus patet consequentia a diffinitione ad diffinitum et antecedens arguitur. nam tempus est de numero successiuorum esse infir. vnum post aliud sicut motus per aristotilem in prima conclusione igitur tempus est in continua potentia et successione sicut motus et subiectum ipsius est in continua acquisitione: sicut subiectum motus: ergo tempus est actus entis in potentia secundum quid in potentia. Secundo omnis latio solis super terram est motus. sed tempus est latio solis super terram ergo tempus est motus: patet consequentia cum maiori minor vero arguitur sic. dies est latio solis super terram secundum philosophum in libro. ce. sed omnis dies est tempus ergo etc. Tertio tempus est prius et posterius motus per aristo. in alio capitulo. sed prius et posterius motus sunt partes motus per comentatorem. ergo tempus est pars motus: sed quelibet pars motus est motus. ergo tempus est motus. Quarto nihil est mensura extrinseca omnium motuum nisi primus motus per aristotilem in fine huius quarti. sed tempus est mensura extrinseca omnium motuum per comentatorem determinantem et exponentem diffinitionem temporis ergo tempus est primus motus. Et confirmatur auctoritate philosophi dicentis. x. metaphisice quod mensura et mensuratum debent esse vnigenita: quia vox mensuretur voce. et numerus numero: ergo per idem motus mensuratur motu sed motus mensuratur tempore, ergo tempus est motus. Ad primum dicitur quod diffinitio motus est sic intelligenda motus est actus entis in potentia ad terminum ad quem secundum quod est in potentia ad illum mouetur: licet tempus consistat in potentia et successione sicut motus: non tamen est ad aliquem terminum ad quem. Item cum motus sit actus inperfecti. tertio huius oportet subiectum eius esse in potentia ad vlteriorem perfectionem acquisibilem sibi: sed mundus non est in potentia ad aliquam perfectionem acquisibilem sibi licet partes mundi sunt in huius potentia: quia mundus est simpliciter perfectus per aristotilem primo celi. ergo tempus non est actus entis in potentia secundum quid in potentia patet consequentia. Quia tempus est actus et perfectio mundi. Ad secundum dicitur quod illa

Tex. co. ioi

ꝓpositio est falsa de virtute sermonis dies est latio so
lis super terrã intelligit in predicatione causali videli
cet dies est ex latione solis super terram aut in signi
ficatione temporali. s. dies est quando est latio solis
super terrã, dictum est enim supra: quia dies significat
principaliter tempus vel partem temporis: sed cono
tat motum solis super terram. Ad tertium respondet
cõsimiliter ꝓcedẽdo ꝙ tempus est: ⁊ posterius mot9:
ad hunc intellectum ꝙ tempus est ex priori et poste
riori motus intelligendo ꝫm durationem quoniam si
motus haberet omnes suas partes simul nullũ esset
tempus. Ad quartum dicitur ꝙ primus motus est mẽ
sura materialis omnium aliorum motuum temp9 au
tem est mensura formalis ex eo enĩ ꝙ tempus est pñs
primũ motũ essentialr ⁊ prio ⁊ nõ aliquẽ aliũ motũ
ideo primus motus dicitur mensura omnium aliorũ
motuũ, non tamen eo modo quo tempus. quia tem
pus est mensura formalis: ⁊ pannus est mensura ma
terialis. tempus est mẽsura per se prius: ⁊ motus pri
mus est mensura nõ per se ita ꝙ ex se non habet pri
mus motus rationẽ mensure: sed illam recipit a tem
pore: sicut magnitudo aut figura est ꝑ se visibilis nõ
tamẽ habet visibilitatem a se sed a colore: ideo color
est visibilis per se primo ⁊ magnitudo aut figura per
se. Nota primo per aristotelẽ secũdo de anima. Et ad
confirmationem respondet burleus ꝙ mensura ⁊ pri
mũ mensuratum sunt vnigenita ⁊ eiusdẽ nature: si enĩ
non sunt eiusdem nature vlna ⁊ pannus tamen sunt
eiusdem nature illud quo9 vlna mensurat: ⁊ illud quo
pannus mensuratur: primo quantitas vlne ⁊ quanti
tas panni quibus fit mensuratio sunt eiusdem rationis
⁊ nature: ita licet motus ⁊ tempus non sunt eiusdem
nature tamen tempus ⁊ primũ mensuratum in motũ
sunt vnigena ⁊ eiusdem nature: dic cõtra ꝙ tempus ẽ
mensura motus per quantitates accidentes motui.
Sed arguitur ponendo ꝙ a sit minimum tẽpus men
surans. ⁊ b motus mensuratus ab eo. Et quero vtrũ
b sit primum mensuratum ab ipso a scilicet aliquid a
liud: si primum9 mensuratum stat difficultas vt ante
si datur aliud mensuratum vtrum illud sic sit quanti
tas motus distincta a tempore: aut est pars ipsiuʒ a tẽ
pore: si primum ergo tempore non est passio intrinse
ca motus: sed est contra eum: ⁊ patet consequentia: q2
due quantitates successiue non possunt se inuicem pe
netrare: sicut nec due permanentes: si autem dicitur ꝙ
a est primum mensuratum: aut igitur a se vel a pte sua
mensuratur: si non a se propter inclinationẽ contradi
ctionis: igitur a parte sua mensuratur a tempus ⁊ per
consequens a tempore non est mẽsuratũ tempus mẽ
surans quod est contra suppositum immo erit proce
dere in infinitũ in mensuris quod est contra philosophũ
decime metaphisice dicentem ꝙ in9 genere quocunqꝫ
mensure est deuenire ad vnam indiuisibilem simpliciter
sicut in numeris. Aut ad vnum indiuisibile ꝫm institu
tionem humanam vt in continuis. Dicendum igitur
ꝙ mensura ⁊ mensuratum non debent esse sic vnigẽa
ꝙ sint eiusdem speciei specialissime neqꝫ subalterne: im
mo neqꝫ opꝫ ꝙ sint eiusdẽ generis principalis q2 mo
tus celi mensurat motũ alterationis ⁊ augmẽtationis
⁊ tamen non est in eodem genere pricipali cũ aliquo
illorũ ẽt vox mensuratur voce ⁊ non sunt eiusdeʒ spe
ciei specialissime omnes voces per aristoteleʒ. 2. de ani
ma binario etiã numeratur quaternarius: ⁊ non sunt
illi numeri eiusdem speciei specialissime: sed intẽtio9 ari
stotilis est ꝙ sunt vnigena in denominatione ⁊ in vo
catione: ita ꝙ quantitas discreta mensuratur quantita
te discreta: ⁊ quantitas continua quantitate continua
⁊ res permanens re permanente: ⁊ res successiua re suc
cessiua, ideo concedo ꝙ motus non est prius mẽsura
tus tempore: sed duratio motus primo mensuratur tẽ
pore que est vnigena cum tempore: cum dicitur quã
titas quã cõmentator exprimit: cũ dicit: mensura mo
tum per quantitatẽ accidentem motui. non igitur tem
pus est quantitas accidens motui: sed est quãtitas ac
cidens mundo: sicut igitur burleus põt pannum men
surari a quantitate extrinseca sibi intrinseca vlne ꝑ q̃
titatem intrinsecam sibi: ita debuit ponere de motu ꝙ
mensurat a tempore tanquã a quantitate extrinseca si
bi ⁊ intrinseca mundo per vnam aliam quantitatẽ in
trinsecam sibi in qua est essentialiter prius ⁊ posteri9
ꝫm durationem sicut in tempore: differũt autẽ in alio
quoniã licet duratio motus sit essentialiter ⁊ ex se mẽ
sura illius9 motus cuius est passio: non tñ est essentialr
mensura omnium motuuʒ tps autem est passio ⁊ per
se mensura omnium motuum.



(Manifestum autẽ est.) Ista est secũda pars hu
ius capti. in qua philo
sophus determinat de
motu per cõparationẽ
ad tempus manifestan
do naturam eius ⁊ cõ
ditiones. Postq̃ respõ
dit ad questiones mo
tas de instanti. ⁊ tẽpo
re ponens quatuor cõ
clusiones. quarum pri
ma est. ista instans ⁊ tempus inuicem consequuntur.
Secũda ꝯclusio motus continuat ⁊ diuidit temp9 ibi
⁊ continuũ. Tertia cõclusio nullum instans est ps tẽ
poris: sed est passio ⁊ numerus tẽporis ibi est adhuc
Quarta cõclusio instans secundum ꝙ tres est solius
temporis: ⁊ ꝫm ꝙ numerus est aliorum a tẽpore ibi
(Siquideʒ eniʒ.) Prima questio arguit sic: sicut se ha
bent inuicem motus ⁊ mouetur loquendo de motu
locali: ita se habent inuicem numerus motus: ⁊ nume
rus illius ꝙ mouetur. sed motus ⁊ id quod mouetur
inuicem conuertuntur. ergo numerus motus: ⁊ nume
rus eius quod mouetur inuicem conuertuntur: patet
consequentia cum maiori. quia qualis est ꝓportio mẽ
suratorum inuicem. talis est proportio mensurarum.
minor est euidens: quia sequitur motus est: ergo illud
quod mouet est ⁊ ecõtra tam affirmatiue q̃ negatiue
tunc arguitur sic. Numerus motus ⁊ numerus ei9 qd
mouetur: inuicem conuertuntur. sed tempus est nume
rus motus. vt patuit. ⁊ instans est numerus quod mo
uetur non quidem numerus diuisibilis sed indiuisi
bilis: eo modo quo vnitas dicitur numerus ⁊ mensu
ra omnium numerorum in actu: ergo tempus ⁊ istãs
inuicem consequũtur. ꝙ si tempus est motus est ⁊ ecõ
tra. Te. c. li. Manifestum autem est ꝙ nisi tempus sit ip
sum nunc nõ erit. Sicqꝫ ipsum nunc non erit tempus
non erit. simul enim est sunt sicut quod fertur loci nu
Notandum ꝙ cõmentator cõmẽ [illegible] ex his duabus rationibus facit unam in hac forma in omni transmutatione vera invenitur velocius ꝛ tardius in eo invenitur prius ꝛ posterius ꝛ omne in quo invenitur prius ꝛ posterius est in tempore ergo omnis transmutatio est in tempore sive finis transmutationis fuerit de genere illius sive de alio genere dupliciter accipit motus ſm cõmentatorem tertio huius. i. pro forma fluente ꝛ pro fluxu illius forme. i. pro caliditate ut est in fieri ꝛ pro calefactione: si dicitur motus pro forma fluente sic motus ꝛ terminus eius sunt eiusdem generis. i. caliditas: ut est in acquiri ꝛ caliditas ultimo acquisita sunt enim ambe caliditates de predicamento qualitatis si vero accipitur motus pro fluxu sic sunt diversorum generum motus ꝛ terminꝰ eius qm̃ calefactio ſm cõmentatorem est de predicamento passionis caliditas autem est de predicamento qualitatis sed qualitercunqꝫ accipitur motus vel transmutatio sive pro forma fluente: sive pro fluxu illius forme omnis motus ꝛ omnis transmutatio est in tempore sic arguẽdo a primo ad ultimum: in omni transmutatione vera sunt velocius ꝛ tardius ꝛ in quacunqꝫ est velocius ꝛ tardius est prius ꝛ posterius quia velocius est ꝙ prius pertransit equale ꝛ tardius est ꝙ posterius pertrãsit equale sed in quocunqꝫ est prius ꝛ posterius illud est in tempore ex quo prius ꝛ posterius sunt differentie temporis ergo omnis transmutatio est in tempore intelligendum ꝙ philosophus ꝛ cõmentator non loquuntur de omni priori ꝛ posteriori sed tantuꝫ de priori ꝛ posteriori ſm durationeꝫ habentia enim prius ꝛ posterius ſm situm vel magnitudineꝫ non sunt proprie in tempore sicut non proprie mensurãtur tempore cũ sint entia permanentia: sed dicuntur esse in instanti.

¶ Dubitatur arguẽdo ꝙ potest inveniri prius ꝛ posterius sine tempore ponendo ꝙ deus destruat mundum ꝛ omne tempus ꝛ creet unum angelum quo creato ipsum annihilaret sicut enim deus hoc potest facere in tempore ita potest facere sine tempore quomodo igitur utruꝫ ille angelus simul est ꝛ non est aut prius habet esse quam non esse non potest dari primum quia illud repugnat primo principio si datur ſm habetur intentum. Idẽ debemꝰ argui de tempore ꝛ mũdo querendo utrum simul habeat esse ꝛ non esse aut prius esse quam non esse si primum duo contradictoria sunt simul natura pro eadem mensura adequata si ſm habetur intentuꝫ. Respondet Burleus ꝙ loquẽdo de simultate temporis naturalis ꝛ de priori ꝛ posteriori temporis naturalis sic ille angelus nõ simul est ꝛ non est neqꝫ prius neqꝫ posterius sed loquendo de simultate eternitatis ille angelus simul est ꝛ nonꝰ ẽ ꝛ omnia cõtradictoria que fuerunt vera fuerunt simul vera simultate eternitatis non tamen sequitur ꝙ duo contradictoria sint vera in eadem mensura adequata quia eternitas non ẽ mensura adequata alicuius partis contradictionis intelligendo per mensurã adequatam illaꝫ que est mensura unius contradictorii ꝛ nõ alterius nec est inconveniens ꝙ duo ꝯtradictoria sint vera in eadem mensura dummodo illa mensura non sit adequata alicui illoruꝫ. Sed theologi aliter dicũt ponentes differentiam inter eternitatem euum ꝛ tempus quoniam eternitas ſm boetiuꝫ quinto de consolatione est duratio immutabilis tota simul ꝛ dicitur primo duratio ĩmutabilis quia claudit contradictionem aliud adeo esse in eternitate vel eternitate mensurari proprie loquendo de eternitate. secundo dicitur tota simul qꝛ implicat contradictionem deũ fuisse aut fore in eternitate cum sit mensura indivisibilis non habens prius nec posterius. Evum auteꝫ est duratio mutabilis tota simul ꝛ hac mensura mensurantur intelligentie separate ꝛ intellectus humanus que quideꝫ durando licet non habeat prius ꝛ posterius essentialiter tamen mutabilis est sicut ꝛ quelibet creatura propter dependentiam quam habet ad deũ ꝛ sic loquitur auctor de causis dũ dicit intelligentias ꝛ animas hominum esse creatas in evo supra tempus ꝛ ꝙ sunt huius entia tot sunt entia habentia ordinem inter se sicut ꝛ illa entia. Tempus vero est duratio mutabilis successiva habens prius ꝛ posterius ꝛ hoc ideo qꝛ depẽdet essentialiter a motu cuꝫ nõ sit tempus si non sit motus neqꝫ eꝫ ſm philosophũ ita ꝙ celũ si necessario movet necessario est in tempore ꝛ omnia inferiora si necessario veterascunt aut habent esse transmutabile necessario sunt in tempore ꝛ econtra si possibile est celum nõ moveri ꝛ res inferiores nõ sic veterascere vel moveri possibile est ipsa non esse in tempore sed in evo. ¶ Dicendum igitur ad difficultatem ꝙ sicut est triplex duratio vꝫ temporis evi ꝛ eternitatis sicut igitur non est possibile aliquid esse ꝛ non esse in eodem instãti temporiꝫ nec est possibile duo contradictoria esse simul vera simultate instanti temporis ita non est possibile aliud esse ꝛ non esse in eodem instanti evi aut eternitatis neqꝫ est possibile duo contradictoria esse simul vera simultate evi vel eternitatis implicat enim contradictionem aliquod non eternum esse in eternitate tanꝙ in mensura iõ angelus ille non esset in eternitate sicut nec in tpe sed esset in evo ꝛ cum queritur utrum angelus ille hꝫ simul esse ꝛ nõ esse aut prius eẽ quaꝫ nõ eẽ dico ꝙ habet prius esse ꝙ non esse: unde licet in nullo instanti inveniatur prius ꝛ posterius tamen unum instans est altero prius ꝛ posterius instans enim eter-

nitatis est prius instanti cui ⁊ instans cui est prius instanti temporis semper prioritate nature ⁊ causalitatis in tempore autem vnum instans est altero prius prioritate successionis. Propterea si instans eternitatis non est prius neq; posterius suo nō esse tñ istans cui ⁊ tpis pōt eē prius ⁊ posterius suo nō esse. Et ita non inconuenit aliud esse prius vel posterius ꝙ non sit differentia temporis sicut aliqua potest esse duratio vel instans extra omnem rationem temporis. Et sicut secundum philosophum esse rei generabilis ⁊ corruptibilis mensuratur tempore sed solum non esse vt est perpetuum in materia non mensuratur tempore ita non esse angeli mundi aut temporis nulla mensura mensuratur licet esse eiusdem aliqua mensura mensuretur difficultas ergo procedit equiuocando: quia philosophus stricte capit prius ⁊ posterius admodum loquendi naturalium ratio autem tacta procedit s̄m considerationem mathemathicam vel theologicā accipiendo prius ⁊ posterius preter considerationem naturalem. (Contraria autem.) vnū3 dubium remouet hic philosophus posset enim aliquis dicere si prius ⁊ posterius inueniūtur in tempore per comparationem ad instans presens vtrum consimiliter inueniantur in tempore preterito ⁊ futuro per comparationem ad instans presens respondet philosophus ꝙ non consimiliter inueniuntur immo ꝙ prius ⁊ posterius contrario modo dicuntur de tempore preterito ⁊ futuro: quoniam illud tempus preteritum dicitur esse prius ꝙ est longius ab instanti presenti ⁊ illud dicimus posterius in preterito ꝙ est propinquius presenti instanti dicimus enim ꝙ homerus prius fuit q̃ plato ⁊ ꝙ resurrectio christi fuit posterius incarnatione qm̄ tempus in quo fuit homerus fuit magis distans ab hoc instanti q̄ q̄ in quo fuit plato ⁊ tempus in quo resurrexit christus fuit minus distās quā tempus in quo incarnatus est. Sed contrarium contingit in futuro quoniam in tali tempore id dicitur eē prius ꝙ est propinquius presenti instanti ⁊ id posterius ꝙ est remotius a presenti instanti prius enim erit antixp̄s q̃ dies iudicij: quia tempus in quo erit antixp̄s minus distans erit ab instanti presenti q̃ tempus in quo erit iudicium ⁊ festum ascensionis erit posterius festo resurrectionis: quia tempus in quo erit festum ascensionis erit magis distans ab hoc instanti quam tempus in quo erit festum resurrectionis l. c. li. Contrarie autem prius dicitur ⁊ s̄m preteritum tempus ⁊ futurum in preterito quidem enim prius dicimus ꝙ longius est ab ipso nunc posterius autem ⁊ ꝙ prope est in futuro autem prius quidem ꝙ propinquius est ipsi nunc posterius autem ꝙ procul deinde concludit philosophus cōclusionem intentatā ex secunda ratione di. quare quoniam prius in tempore est vt ad omnem autem motum sequitur prius manifestum est ꝙ omnis mutatio ⁊ motus omnis in tempore est.

Notandum ꝙ cōmentator cōmento 4. mouet illud dubium cum multe sint transmutationes que fiunt in non tempore vt illuminatio totius orientis a sole ⁊ totius domus a candela ⁊ factio rei generate in actu quomodo igitur omnis transmutatio est in tempore sumus enim inter hec duo inquit cōmentator: aut ꝙ sensus peccat in iudicando illas mutationes subito fieri: aut ꝙ demonstratio Aristotelis non est vniuersalis sed ꝙ tantum tenet in quibusdam motibus ⁊ transmutationibus in quibus inuenitur velocitas ⁊ tarditas. ¶ Respondet cōmentator ꝙ transmutatio dupliciter dicitur de transmutatione per se ⁊ per accidens. transmutatio per se est transmutatio diuisibilis transmutatio per accidens est transmutatio indiuisibilis terminans transmutationem diuisibilē de qua non loquitur Aristoteles sed solum de transmutatiōe per se que est vera transmutatio. ¶ Egidius autem dicit ꝙ mutatio sumitur dupliciter vno modo vt includit totum motum precedentem ⁊ sic quelibet mutatio est diuisibilis habens partem priorem ⁊ posteriorem velocitatem ⁊ tarditatem alio modo vt est terminus instans precedentis et sic est indiuisibilis non mensurato tempore sed in instanti.

Contra predicta arguitur ⁊ primo ꝙ transmutatio indiuisibilis est transmutatio per se: quia generatio est transmutatio indiuisibilis s̄m commen. ⁊ ē trāsmutatio p se q2 est ad terminū per se posuit enī3 ph̄us tertio huius motum in quatuor predicamentis connumerando predicamentum substantie. ¶ Secūdo arguitur ꝙ transmutatio sb̄e non est in instanti quoniam in eodem instanti in quo substantia incipit esse non est sua generatio sed immediate ante illud instans cum igitur non sint duo instantia immediata sequitur ꝙ generatio substantie nō est ī instanti ꝙ enim non sit generatio in instanti inceptionis sub̄e ostensum fuit tertio huius ⁊ maxime q2 philosophus quinto huius ponens differentiam inter motum ⁊ generationem dicit ꝙ mouetur est ⁊ ꝙ generatur non est. sensu ⁊ intellectu fiunt transmutationes indiuisibiles nō terminantes aliquē motum diuisibilē3 vt colligitur a philosopho secundo ⁊ tertio de anima de sensatione ⁊ ītellectione. ¶ Quarto arguitur ꝙ illuminatio medij mensuratur tempore: quia in tali mutatione sunt plura mutata esse .s. plura puncta s3 cuilibet mutato eē correspondet vnum instans ergo illi mutationi correspondent plura instantia sed non sunt plura instantia absq; tempore igitur illuminationi medij correspondet tempus pro mensura. Item si in illuminatione medij sunt plura mutata esse ⁊ inter omnia duo mutata esse cadit motus medius secundum philosophum sexto huius ergo illuminatio medij est motus successiuus ⁊ per consequens mensuratur tempore. Item medium potest successiue illuminari sicut esse potest successiue disponi ad receptionem luminis: sed omnis successio fit in tempore ergo ⁊c̄. ¶ Ad primū3 respondet Burleus ꝙ generatio substantie est transmutatio per se ratione termini ad quem qui est ens per se scilicet substantia sed ratione nominis transmutationis non est transmutatio per se: quia hoc nomen transmutatio significat primo ⁊ principaliter mutationem successiuam habentem prius ⁊ posterius ⁊ ideo non dicitur de generatione primo sed solum per accidens ⁊ ex consequenti. Ista responsio potest esse dubia: quoniam motus primus significat motum localē3 q̃ motū3 alterationis vel augmentationis s̄m cōmentatorem tertio huius ⁊ tamen tam alteratio quā3 augmētatio est motus per se ita transmutatio licet significet principaliter mutationem successiuam ⁊ minus principaliter subitam adhuc poterit esse ꝙ mutatio subita sit per se transmutatio. dicendū3 igit̄ s̄m cōmentatorē: ꝙ duplex ē trāsmutatio .s. p se ⁊ p accidēs. trāsmutatio

p se ē illa q̄ ē p se de positiuo ĩ positiuū ⁊ q2 generatõi ⁊ talis necessario est successiua transmutatio: per accidens est illa cui accidit q̄ sit de positiuo in positiuum ⁊ quia generationi substantie ⁊ cuilibet alteri mutationi indiuisibili accidit q̄ sit de positiuo ĩ positiuū: cū sit p se de ẽrio in ẽrium ẽm philosophum quinto huius igitur generatio substantie ⁊ quelibet alia mutatio indiuisibilis est transmutatio per accidens scilicet ratione motus precedentis sicut etiam ratione talis mot⁹ ē mutatio idiuisibilis de positiuo ĩ positiuū: tō negat illa cõsequētia: hec mutatio est ad per se terminum: ergo est transmutatio per se: sed deberet sic argui hec mutatio est per se de positiuo in positiuum: ergo est transmutatio per se: philosophus autem tertio huius ponens motum in quattuor predicamentis locutus est de motu large hic autem magis stricte.

¶ Ad scḋm dicitur q̄ aliqua mutatio indiuisibilis est in instanti ⁊ aliqua non vt illuminatio mediĳ ⁊ inductio alicuius gradus fit in instanti. generatio autē ⁊ corruptio substantie non sunt in instanti: vnde in eodem instanti in quo medium primo est illuminatum in eo instanti illuminatur: ⁊ in eodē instanti simul ducitur aliquis gradus ⁊ est primo inductus ⁊ maxime in continuatione motus: sed non simul aliqd generatur ⁊ habet genitum esse: imo prius generatur q̄ sit genitū ⁊ prius corrumpitur quam sit corruptum: talis ergo mutatio non est in instanti: sed in quolibet tempore terminato ad instans inceptionis vel desinitionis sbē: neq̧ inconuenit aliquam mutationem non mensurari tempore nec ĩstanti: sed sufficit motū q̄ terminat mensurari tempore: vel dicatur q̄ sicut punctus non est in subiecto per se: neq̧ in loco per se sed per accidens ratione alterius: ita aliqua talis mutatio indiuisibilis non est in tempore per se ʒ per accidens ratione motus precedentis: ratione cuius simul cū illo mensuratur tempore. ¶ Ad tertium dicitur q̄ philosophus ⁊ cõmentator non loquūtur hic de mutatione intentionali sed reali: non de motu qui fit ratione anime: sed ratione corporis ⁊ materie: vnde dicit philosophus secundo de anima q̄ talis mutatio: aut nõ est motus aliquo modo: aut si est motus aliquo modo: hoc est alterius generis quam sit diffinitum in hoc libro. ¶ Ad quartum dicitur q̄ sicut non est nisi vnū lumen in actu ⁊ ĩfinita ĩ potētia que sunt partes eius: ita non est nisi vna illuminatio in actu ⁊ infinite illuminationes in potentia que sunt partes illius ⁊ consequenter non est nisi vnum illuminatum in actu ⁊ infinita illuminata in potentia que sunt partes totius illuminati: concedatur igitur in illuminatiõe mediĳ sunt ĩfinita mutata esse sicut infinita pūcta illuminata his tamen oĩbus nõ correspondet nisi vnum instans: q2 hec omnia sunt mutata esse in potentia ratione vnius totius mutati esse q̄ mensuratur instanti. ¶ Et cum arguitur q̄ inter omnia duo mutata esse, cadit motus medi⁹ istud non est verum: vnde sicut motus dupliciter diuiditur. s. diuisione mobilis ⁊ diuisione tēporis ita mutata esse dupliciter diuiduntur: aut diuisione punctorum mobilis: aut diuisione ĩstantiū tēporis. primo modo non cadit motus inter duo mutata esse sed. secundo modo ⁊ ita intelligit philosophus sexto huius: cum vero subiungitur q̄ medium potest successiue illuminari idem conceditur ⁊ consequenter q̄ aliqua illuminatio potest mēsurari tempore non tamen quelibet: quarum ⁊c̄.

Dignum aũt ɔsideratione. Illud est tertiū ⁊ vltimū ca. huius tractatus tertĳ quarti phisicorū. ĩ quo postq̄ phs determinat de causalitate temporis sicut res temporalia consequenter [illegible] tatem anie supra tempus declarans diuersitatē mensurationis in tempore ex diuersa numeratiõe recepta ab anima. Et diuiditur istud capitulum in duas partes in quarum prima philosophus ostendit dependentiam temporis ab anima vna cū identitate eius ⁊ actiua mensuratione illius. In secunda exprimit numerum temporis alium esse a numero motus ex passiua mensuratione ipsius temporis ibi (qm̄ autem loci numeratur.) In prima parte Aristotiles ponit tres conclusiones quarum prima propter quid tempus est vbiq̧. Secunda ɔclusio vtrum tempus dependeat ab anima ibi. (Utrum autē.) Tertia ɔclusio vtrū tempus sit numerus ⁊ mensura cuiuslibet motus ibi. (dubitabit autem.) ¶ Ad primam ɔclusionem cum queritur propter quid tempus videtur esse in terra in mari ⁊ in celo ⁊ generaliter in omnibus rebus. respondit philosophus q̄ ideo tempus ē et est vbiq̧: q2 tempus est passio quedam: vel habitus: vel numerus ipsius motus: constat autem motum esse vbiq̧ vʒ ẽm actum: vel ẽm potentiam: q2 arguitur sic vbicunq̧ inuenitur esse in loco ibi inuenitur motus ẽm actū vel ẽm potentiam ʒ vbicūq̧ ĩuēit eē ĩ loco igit̃ vbicūq̧ inuenit motus actū vel potentiā patet ɔña cum maior inductiue: nam quocunq̧ dato q̄ est in loco illud mouetur actu: vel est potentia mobile: minor fuit declarata tractatu primo huius quarti vbi est ostensū omne corpus esse in loco per se vel per accidens

Tex. cõ. 130.

Le. li. (Dignum autem consideratione est) quomodo ergo se habet tempus ad animā querendo tria ⁊ primo propter quid in omni re videtur esse tempus ⁊ in terra ⁊ in mari ⁊ in celo: aut. l. respondetur q2 tempus ipsius motus passio quedam est vel habitus: aut numerus existēs hic aũt mobilia oĩa ĩ loco aũt sunt oĩa tp̄s aũt ⁊ motus simul sunt ⁊ ẽm actū: ⁊ ẽm potētiā.

Notandum primo [illegible] q̄ tempus [illegible] in terra ⁊ in mari: ⁊ in celo: q2 est accidēs motui ⁊ forma eius cum sit numerus illius. s. quoniam numerus est accidens numerati. Ex isto cõmento concludit tam egidius quam Burleus q̄ tempus est passio intrinseca motus licet non consimiliter dicant. Egidius enim tenet q̄ motus ⁊ tempus sunt idem materialiter ⁊ realiter sed differūt formaliter ⁊ ratione. Ita q̄ sunt vna ⁊ eadem res habens diuersas rationes recte sicut motus actio ⁊ passio sunt materialiter idem differunt autem formaliter inquantū alia est ratio motus ⁊ alia actionis ⁊ alia passiõis: ita tempus ⁊ motus sunt materialiter idē: ⁊ q2 alia est ratio motus ⁊ alia est ratio temporis ideo formaliter differunt ⁊ dicitur tempus esse passio motus nõ q2 sit alia res a motu: sed q2 sunt diuersorum predicamentorū ⁊ ratio temporis presupponit rationem motus: dicimus enim q̄ vnū est passio entis ⁊ tamen vnum ⁊ ens non dñt diuersas realitates: ʒ tñ diuersas rationes. Burleus autē sustinet q̄ tempus est passio intrinseca motus per q̄ motus est quantus ⁊ sicut alia est ratio motus ⁊ alia temporis: ita alia est realitas motus ⁊ alia temporis sicut generaliter alia est realitas subiecti alia sui accidentis: sed mihi videtur q̄ intentio cõmentatoris sit q̄ tēpus

sit passio intrinseca mundi ꝙ cum dicit ꝙ tempus exi-
stit in terra ⁊ in mari ⁊ in celo sed est passio extrinseca
motus cum sit accidens motius ⁊ non possit inesse
modo nec per motum: est enim tempus forma mo-
tus sicut numerus numerati per cōmentatorē: sed cō
stat numerū esse formam extrinsecam numerati cū nu
mero quinqꝫ digitorum meorum numerentur quinqꝫ
homines ⁊ quinqꝫ canes: ergo tempus est forma ex-
trinseca motus. ¶ Secundo notandum ſm cōmen-
tatorem eodem cōmento: ꝙ cū tempus est numerus
rerum mobilium ⁊ numerus inueniatur in numerato
⁊ ista omnia .s. terra ⁊ celū ⁊ mare naturaliter habēt
moueri necesse est ꝙ tempus inueniatur in eis: vbi di-
cit Burleus ꝙ tp̄s inuenit̄ in oībus ī quib⁹ īuenit̄ mo
tus actu vel potētia: ita ꝙ vbi ē mot⁹ in actu ibi ē tp̄s
in actu vbi motus in potentia ibi tempus in potentia
sed ego credo ꝙ tempus sit vbiqꝫ in actu sufficit ꝙ ab
actu moueat̄ ⁊ ꝙ vbiqꝫ sit mobile modo sint partes
centrales terre ⁊ si non possunt moueri aliquo motu
tamen sunt mobiles motu locali ita ꝙ habent aptitu
dinem ⁊ potentiā ad motum localē. Si enim totū ele
mentum terre poneretur extra locum naturalem cer-
tum est ꝙ moueretur ad locum naturalem per cā gra
uitatem ⁊ potentiam ꝙ habet: neqꝫ oꝫ ꝙ illa potentia
⁊ aptitudo ponatur in actu illo indiuiduo: sed sufficit
ꝙ in alio eiusdem speciei: vnde media regio aerum ha
bet naturalem potentiam ⁊ aptitudinē ad esse humi-
dum ⁊ calidum ⁊ tamen non potest esse naturaliter ca
lida neqꝫ oportet ꝙ illa potētia vel aptitudo vnq̄ re
ducatur ad actum in media regione aerum sed sufficit
ꝙ in alio indiuiduo eiusdē speciei ⁊ hoc contingit qꝛ
aliquis est aer actu humidus ⁊ calidus. ¶ Tertio no
tandum ſm cōmentatorem eodem cōmento, ꝙ tem-
pus non inuenitur in omnibus his eodē ordine qm̄
primo inuenitur in celo ⁊ in aliis: secūdo propter hoc
ꝙ inuenitur in celo ⁊ inuenitur in quiescente: propter
hoc ꝙ inuenitur in motu tēpus ergo qꝛ est consequēs
motū celi primo ⁊ essentialiter: ideo primo inuenitur
in celo: ⁊ qꝛ est consequens omnem alium motum per
se non primo ideo tempus inuenitur: secundo in om-
nibus aliis a celo que actu mouentur: tertio autem in
uenitur in quiescentibus propter hoc qꝛ in eis est po-
tentia ad motum ideo non inuenitur tempus proprie
in subiectis separatis qm̄ in illis non inuenitur mo-
tus actu vel potentia per se vel p accidēs. ¶ Quarto
notandum ſm cōmentatorem eodem cōmento ꝙ est
ex istis rebus motum in potentia ⁊ est illud ꝙ est qui
escens tempus inuenitur in eis in potentia ⁊ ꝙ est mo
tum in actu tempus inuenitur in eo in actu. Non inten
dit cōmentator ꝙ tempus nō sit actu nisi in rebus mo
tis actu qm̄ tunc tempus nunq̄ esset actu in terra: inten
dit cōmentator ꝙ tempus in actu inuenitur ex illo ꝙ
est motū in actu: ⁊ tempus in potentia inuenitur ex eo
ꝙ est motum in potentia: aut quiescens: ita ꝙ si nihil
moueretur: sed omnia corpora quiescerent nullum eēt
tempus nisi in potentia: efficitur autem tempus in actu
per motum in actu. Contra predicta arguitur primo
ꝙ tempus non sit vbiqꝫ qꝛ si tempus est ad omnem
punctum mundi ⁊ ad omnem partē mundi est quā
titas permanens sequitur ꝙ plures quantitates sunt
inuicem coextense ꝙ est falsum. Item sequitur ꝙ acci-
dens migrat de subiecto in subiectum: nam tempus ē
vna res que iam est in isto homine corrumpens eum
faciendo ipsum tabescere ⁊ senescere vt patuit per Ari

stotilem ex cōmuni modo loquendi ⁊ post modū erit
[illegible]
[illegible] agitur etiam imo tempus moueretur lo-
caliter ad motum sui subiecti sicut ⁊ alia accidentia tā
multiplicata quā extensa ꝙ est inconueniens. ¶ Se
cundo arguitur ꝙ tempus nō sit passio intrinseca mū
di: qꝛ aliter sequitur ꝙ mundus non est essentialiter ⁊
per se diuturnus vel duraturus: ꝙ est falsū: qꝛ est per
se ⁊ essentialiter eternus ſm philosophū ⁊ probatur
consequentia: nā si tempus est passio accidentalis mū
di: ergo mundus durat per aliꝙ accidens inherens il
li sicut homo est quantus vel albus per accidens su-
peradditus illi: sed homo non est per se: neqꝫ essen-
tialiter quantus: aut albus: ergo mundus non est per
se: neqꝫ essentialiter diuturnus vel duraturus. Item si
mundus durat per tempus nunq̄ per accidens super
additum illi ⁊ tempus etiam durat cum sit quantitas
successiua habens prius ⁊ posterius agitur per aliam
durationē ⁊ sic erit procedere in infinitum in duratio
nibus temporalibus ⁊ erunt infinita tempora simul
[illegible] que sunt inconuenientia. ¶ Ad pri
mum dicitur negando consequentiā: qꝛ licet tempus
sit diuisibile ſm longitudinem durationis non tamen
est diuisibile ſm situm ideo cum nullo habet extensio
nem. Et si arguitur sic tempus est passio motus celi ex
tensi impossibile est rem diuisibilem ⁊ extensam per se
agere rem multiplicatam ad omnem punctum mundi
igitur tempus non est sic indiuisibile ⁊ multiplicatum
negat̄ consequētia: qꝛ licet tempus sit passio motus ce
li non tamen agitur a motu celi per se sed ab intellectu
mouente celum: motus tamen est causa sine qua non
fieret nec multiplicaretur tempus: deinde cum conclu-
ditur ꝙ accidens migrat de subiecto in subiectū nega
tur consequentia vnde primo modo vnicū intellectū
omnibus hominibus dicitur illū nouiter actuare pla
tonem desinendo actuare sortē ⁊ tamen non migrat
de subiecto in subiectum cum non moueatur: sed desi-
nit actuare sortē per desinitionē sortis ⁊ incipit actua
re platonem per inceptionem platonis: ita in sorte est
tempus ⁊ idē aliquando erit in platone per multipli
cationem non tamen migrat sicut nec moueri potest:
nec intelligo ꝙ tempus sit in sorte vel in platone: aut
in aliqua parte mundi subiectiue: sed solum mensura-
tiue per presentiā ⁊ indistantiam mensurando dura-
tiones illorum: ⁊ cum dicitur tempus moueri sicut su
biectum eius respondetur ꝙ nullum est subiectum in-
hesionis temporis nisi mūdus qui non mouetur: nec
per se: nec per accidens sicut nec .3⁰. puncta eiusdem vi
delicet centrum mundi ⁊ puncta polaria celi. Et dato
ꝙ tempus esset subiectiue ī celo non propter hoc mo-
ueretur tempus: qꝛ accidens non mouetur ad modū
subiecti nisi habeat esse fixum in subiecto vel saltem di
uidatur diuisione subiecti: sed tempus non habet esse
fixum in subiecto: neqꝫ diuiditur diuisione subiecti: er
go non mouetur ad motum sui subiecti etiam. ¶ Ad
secūdū dicitur ꝙ sicut homo est essentialiter animal:
⁊ non essentialiter eternus vel diurnus neqꝫ duratu-
rus: sed solū per se in secundo modo est mundus eter
nus diuturnus ⁊ duraturus eo ꝙ passio predicatur
de subiecto suo: ⁊ si Aristotiles concederet mundum
essentialiter esse eternum vel duraturum non sumeret
essentialiter stricte vt dicit perseytatem primi modi: sed
solū cōiter vt dicit pseytatē in cōi: ⁊ licet mund⁹ sit du
ratur⁹ p aliꝙ accn̄s supadditū non tn̄ est p accidens

duraturus sicut sor. est albus vel quantus qz duratio mundi est accidens proprium ⁊ albedo aut quantitas est accidens cōmune. ¶ Cum autem concluditur processus infinitus in durationibus mundi ⁊ in temporibus non cōmunicantibus dico q illud non sequitur quoniam sicut quantitas continua permanens est per se quanta ⁊ non per aliq aliud. quia per se mensurat extensiones aliorum ita tempus per se durat ⁊ non per aliud formalr: quia per se mensurat omnis alias durationes. (¶ Utrum autem) secunda questio est ista vtrum tempus dependeat ab anima ad q̄ respondet philosophus per duas conclusiones quarū prima est ista: tempus dependet ab anima ad quez respondet philosophus quo ad suū esse formale. secunda cōclusio tempus non dependet ab anima quo ad suū ēē materiale ibi: (sed aut hoc.) Primam ꝯsequentiam arguit philosophus sic impossibile est vnum esse impossibile est tempus esse qz tempus est essentialiter numerus ⁊ si impossibile ē numerantem esse impossibile est numerum esse qz numerus est illud quo aliud numeratur: vel ad numerabile ⁊ si impossibile est animam esse. s. intellectiuam impossibile est numerantem esse qz numeratio non potest fieri nisi ab intellectuali ergo ēt vt arguitur sic a primo ad vltimum si impossibile est animam intellectiuam esse impossibile est numerantem esse ⁊ si impossibile est numerantem esse impossibile est numerū esse ⁊ si impossibile est numerum esse impossibile est tempus esse: ergo de primo ad vltimum si impossibile est animā ēē s. intellectiuam impossibile est tempus ēē ⁊ per consequens tempus dependet ab anima quo ad suum esse formale q ē numeratio: vel nūerabilitas. Tex. c. li. Utrū autem cū non sit anima erit vtiq tempus aut non dubitabit vtiq magister respondet di. impossibile cū sit numerantem esse aliqd construe sic cū sit impossibile aliq numerantē ēē est impossibile ⁊ numerabile aliq quare manifestum est qz neq numerus poterit ēē: numerus enim aut q numeratur ē aliqd numerabile. Si autem nihil ad aptum natū est q̄ anima numerare ⁊ anime intellectus possibile est tempus ēē aīa si nō sit.

¶ Notandum s̄m Burleum q ꝯsequentia Aristotelis non solū tenet cū numero īpossibilitatis isto mō sed impossibile est animam ēē impossibilitate est tempus ēē sed ēt tenet sine nota impossibilitatis: qz bn̄ sequitur nulla anima est ergo tempus non est ex eo qz tēpus significat tm̄ quantū hec oratio quantitas successiua per quam aīa numerat ⁊ mensurat motum ita q hoc nomen tēpus significat vnum copulatū ex quātitate successiua ⁊ ex aīa ⁊ ex actuali numeratione motus ab aīa: cum enim aīa actu mensurat motum copulantur adinuicē aīa ⁊ motus ⁊ quantitas p quā aīa mensurat motū ⁊ actio aīe que quidē actio est formale ī significato tpis sicut ī significato huius orōnis lapis visus a me formale est ipsa visio que copulat lapidem visui meo ⁊ illud cōmentator videtur intelligere cū dicit hic cōmento. 131. q numerus est actio numerātis in numerato. i. illud q hec vox numerus ī actu numeratus significat ē actio numerantis q̄ actio copulat adinuicē numerantē ⁊ numeratū. ¶ Ista determinatio est inductiua in multis primo quidē qz non videtur hanc consequentiam ēē bonā nulla aīa est igitur nullum tp̄s est sicut nec istā nulla aīa est igitur nullus numerus est qz numerus non tm̄ dicit actualē numerationē: sed ēt aptitudinalem s̄m philosophū di. in littera q numerus est quo aliqd numeratur: vel est numerabile igit hec ꝓpositio tp̄s est non significat quātitatē successiuā p quā aīa mensurat motum sed p quā aīa pōt mensurare motū propterea phs procedit per notā [illegible] ⁊ non p ꝓpositionē de inesse simpliciter: scd̄o non videt q tp̄s significet aliq copulatum ex q̄titate successiua ⁊ ex anima ⁊ ex numeratione actuali motus ab anima qm̄ tp̄s vel ēēt sicut nec illud copulatū ꝯ philosophū di. tp̄s aliud ēē motus ⁊ q est passio vel habitus motus ⁊ contra cōmentatorē di. tp̄s ēē accidens ⁊ formā motus imo tp̄s in nullo p̄dicamento ēēt neq foret quantitas successiua: neq continua sicut: neq illud aggregatum vel copulatū. Tertio non apparet que numeratio que ē actus aīe sit formale in tp̄e qm̄ materiale tp̄s est simpliciter extra animam. s. duratio successiua habens prius ⁊ posterius numeratio aūt ꝓpria est tm̄ in aīa cōstat aūt q nihil existens subiectiue in anima est subiectiue in aliquo existente extra animam: ergo nihil existens in anima est formale alicuius existentis extra aīam. Quarto nō est verū q visio sit formale in significato huius orōnis lapis visus a me qz īpossibile est aliquid ēē absq suo formali: sed aliquis lapis ē visus a me ⁊ tamen nulla est visio lapidis in eo non igit visio est formale in significato illius orōnis lapis visus a me: sz ē formale ī potētia visiua ipse aūt respectus visibilitatis bn̄ ē formale in significato illius orōnis. Dicendū igit q sicut verū dicit respectū ad intelligendū ⁊ bonū ad appetitiuū qz verū est ens apphēsibile per itellectū ⁊ bonū est ens desiderabile per appetitū ⁊ tamē aliud ē bonū ⁊ verū nullo intelligēte nec aliquo desiderante: ita numerus ⁊ tp̄s dīt respectū ad aīam numerantē ⁊ mensurantē non obstāte q tp̄s ⁊ numerus ē nulla aīa mēsurāte vel numerāte qm̄ talis respectus nō est respect⁹ actualis sed aptitudinalis sicut ē respectus veri ⁊ boni visibilis ⁊ intelligibilis: nulla enim aīa existēte adhoc aliud est visibile ⁊ intelligibile: sed nō actu: quia s̄m Aristotilem. secundo de anima sensus in actu ⁊ sensibile in actu conuertuntur ⁊ sunt simul ideo nihil est actus visibile vel intelligibile quādo actualiter videatur: vel intelligatur: ita numerus ⁊ tempus non sunt ī actu nisi sit actualis numeratio anime sunt autē in potentia quando non est actualis operatio anime tamē quelibet illarum est vera tempus est numerus est siue sit anima: siue non sit anima. Et ista videtur ēē intētio cōmentatoris di. cōmento allegato q tempus in actu non erit nisi anima sit in potentia erit licet anima non sit. Et ad cōmentatorem di. q numerus est actio numerantis in numerato illud est sic intelligendum numerus importat actionem numerantis in numerato non q illa actio sit in numerato subiectiue: sed tm̄ terminatiue eo modo quo dicimus visionem ēē subiectiue in oculo ⁊ terminatiue in lapide sic etiā tempus importat mensurationem anime non quidem actu sed potentia tm̄ siue ergo sit anima siue non sit non vnus tempus est eo q instans ⁊ tempus conuertuntur s̄m philosophum in hoc. 4°. sed nulla anima existente instans est igitur etiam nulla anima existente tempus est sed si nulla anima potest esse nullum potest esse tempus neq numerus sicut nihil potest esse verum vel visibile aut intelligibile. Sed aut hoc secunda conclusio tempus non dependet ab anima quo ad suum esse materiale probatur materiale tempus ē duratio successiua habens prius ⁊ posterius: sed hoc nō

dependet ab aia igitur et cp3 cõsequentia cũ maiori et
minor declarat:na posito motu ponitur duratio suc-
cessiua habens prius et posterius cũ prius et posteri-
us tpis sicut ex priori et ex posteriori motus sed mot⁹
nullomodo dependet ab aia qm motus est siue aia
possit esse siue nõ possit esse igitur et duratio successiua
habens prius et posterius est sine anima sit siue īpos
sibile sit ipsam esse l.c.li. Sed aut. Dubitabile hoc
q vt causam eius est tempus .i. illa res que est tempus
non dependeat ab anima. vt si contingat motum esse
sine anima:prius aũt et posterius in motu sunt absq
anima tempus autem h sunt fm q numerabilia sunt
h propositio h sunt tempus .s. prius et posterius ī mo
tu est intelligenda in probatione causali .i. ex his vide
licet ex priori et posteriori motus est tempus.

Notandum primo fm cõmentato-
rem cõmento .iii. q esse
temporis est in potentia propter subiectum propriu3
et esse eius in anima est in actu quãdo anima egerit il
lam actionem in subiecto pparato ad recipiendũ illa3
actionem que dicitur numerus. intendit cõmentator q tps
aliquando est in actu et aliquando in potentia tẽpus
in actu est quando aia numerat subiectũ tpis q ē mo
tus tẽpus aũt dicitur esse in potentia quando subiectũ
propriũ tpis est v3 motus et aia nullũ actũ numerãdi
h3 circa motum sicut igitur visibile actu est quando co
lor actualr videtur ab aia et visibile potentia est quã
do color non actu videtur:sed põt videri ab aia: ita
tẽpus actu est quando motus mensuratur et numerat
actualiter ab aia. est aũt in potentia quando non mẽ
suratur nec numeratur ab aia s3 põt numerari et men-
surari sicut et vel ē subiectũ vel pdicatũ actu:neq3 aliõ
est scĩs actu nisi aia habeat actualẽ psideratione3: sed
oĩa h dicuntur potentia talia seclusa psideratione aie.
Et quando cõmentator dicit q actio aie est ī subiecto
preparato ad recipiendũ illã actionẽ q̃ est numerus
non intendit q actio aie que est numerus vel numera
tio sit subiectiue in motu vel in moto tanq̃ accidens in
subiecto: q2 actio aie tm̃ ī aia ē subiectiue s3 p subiectũ
pprium vel preparatum ad recipiendum actionẽ aie
intelligit subiectum circa q est numeratio aie et recipit
actionẽ aie non subiectiue:sed terminatiue eo mõ quo
color recipit visionẽ. ¶ Secundo notandũ fm cõmẽ
tatorẽ eodẽ cõmẽto q ista pscrutatio de tpe est magis
philosophica quã naturalis et inducit ipsa3 in hoc lo
cõ q2 est cã in ipsum latere .s. q2 est diminutũ in se. phi-
losophus igit q2 principaliter psiderat de tpe fm suũ
esse materiale et methaphisicus principaliter fm suu3
esse formale. Ideo ista qõ vtrum tẽpus dependeat ab
aia est magis methaphisica quã naturalis ex quo tẽ-
pus non dependet ab aia fm suum esse materiale sed
tm̃ formale Aristoteles tamẽ induxit istã qõne3 ad de
notandũ tẽpus habere eẽ diminutum sine aia nume-
rante qm existente numeratiõe aie tẽpus est in actu ea
aũt non existente ipsa est in potentia sed esse in poten
tia ē eẽ diminutũ sicut eẽ in actu est eẽ cõpletum. Et li
cet tẽpus significet numerationẽ aie vltra durationẽ3
successiuã nihil tm̃ ē temp⁹ nisi duratio successiua sicut
et videns significat visionẽ et ipsum visibile et tamen
nihil est videns proprie loquendo nec animal. Item
pono q a conuertatur cũ hoc cõplexo lapis visus et p3
q a significat lapidem et visionem et aiam videntem
propter respectum visibilitatis includentẽ3 hec omnia
et tamen nihil est a nisi lapis ideo non d3 dici q visio
sit in a formale q2 visio est formale potentie visiue:
sed visibilitas dicens respectum actualem vel aptitu-
dinalẽ est formale a. (¶ Dubitabit aũt.) Tertia que Tex.
stio vtrum tempus sit numerus cuiuslibet motus ad cõ.iii
quam respondet philosophus q sic ponendo tertia3
conclusionem huius capituli v3 tempus est numerus
cuiuslibet motus quam ipse probat sic tempus est nu-
merus cuiuslibet motus facti in tempore s3 omnis mo
tus fit ī tempore ergo tempus est numerus cuiuslibet
motus patet consequentia cum maiori q2 esse in tpe
est esse in loco et sicut in numero vt ostensu3 est supra
minor vero declaratur inductiue qm omne q̃ augetur au
getur in tempore et omne q alteratur:alteratur in tem
pore:et omne q mouetur localiter mouetur localiter
in tempore tempus ergo non est numerus vnius mo
tus tm̃ sed ē numerus cuiuslibet motus continui .s. ha
bentis successionẽ3 et continuationẽ in suis partibus q
ideo dicit philosophus propter motus indiuisibiles
et instantaneos quoru3 tempus non est numerus l.c.
li. Dubitabit autem aliquis et qualis motus sit tem
pore numerus vtrum alicuius tm̃ vel cuiuslibet aut)
i. respondetur q cuiuslibet:et naturam sit in tempore:
q2 omnis motus et augmẽtatur et alteratur in tempo
re et fertur localiter in tempore fm igitur q motus est
sic est vniuscuiusq3 numerus vnde tempus motus sim
pliciter numerus est continui sed non eiusdem ita q
tempus est simpliciter numerus motus: et non alicu-
ius determinati solum.

Notandum fm cõmentatorem com
mẽto: q tempus licet sit
numerus cuiuslibet motus tamen non eodem modo
sed fm prius et posterius qm est numerus aliorũ mo
tuum preter motũ translationis qm est numerus trã
lationis qm si translatio non esset tempus non esset si
alteratio non esset:neq3 augmentatio:neq3 generatio:
neq3 corruptio:et esset hic translatio tm̃ esset tempus:
et si de modis translationis non esset translatio circu-
laris non esset tempus et de circulari velocioris circu
lationis .s. motus diurnus tempus igitur et si ē nume-
rus cuiuslibet motus tamen attribuitur eis principali
ter et secundario. Tres distinctiones intendit cõmenta
tor in hoc cõmento quarũ prima est q duplex est mo
tus .s. ad vbi et ad formam motus:ad vbi est motus
localis motus ad formam ē motus de pdicamẽto sbẽ
quantitatis et qualitatis omnibus his motibus attri
buitur tempus sed principaliter motui locali [illegible] p[illegible]
cipaliter vero motui ad formam siue fuerit generatio
siue alteratio:siue augmentatio:vel diminutio. ¶ Se
cunda distinctio duplex est motus ad vbi v3 rectus et
circularis motus rectus est motus elementorum sur-
sum et deorsum motus vero circularis est cõmuniter
corporum celestium:cuilibet istorum motuum attri-
buitur tempus sed principaliter motui circulari min⁹
vero pricipaliter motui recto. ¶ Tertia distinctio du
plex est motus circularis .s. velocissimus motus circu
laris velocissimus motus et diurnus .s. totius celi
ab oriente in occidens:motus autem circularis nõ ve
locissimus est motus alius circularis a motu diurno
et huius inuenitur in oĩbus octo orbibus celestibus
.s. in orbe signorum et septem orbibus planetaru3 mo
tis ab occidente in oriens iterum cuilibet istorum mo
tuum attribuitur tempus sed motui diurno velocissi
mo principaliter attribuitur [illegible] vero ex [illegible] et
nõ pricipaliter. Intẽdit ergo cõmẽ. q tps attribuit prio

motū diurno secundo motibus orbium planetarū ⁊ signorū. tertio motib⁹ rectis. quarto motibus ad formā. s. augmētatōis ⁊ alteratiōis. ℂ Ex p̄dictis sequitur primo sm̄ cōmen. q̄ si esset tm̄ motus localis absqȝ motu ad formā tp̄s esset ⁊ non ecōuerso pȝ ex quo motui ad formā attribuitur tp̄s propter motū localē Secūdo sequitur q̄ si esset tm̄ motus circularis celi sine motu recto tp̄s esset: ⁊ non econtra pȝ qꝛ tp̄s nō attribuitur motui recto: nisi qꝛ attribuit̄ motui circulari. Tertio sequitur q̄ si tm̄ motus diurnus eēt absqȝ alio motu circulari tp̄s esset ⁊ non ecōtra pȝ ex quo tp̄s attribuitur principaliter motui diurno ⁊ alijs motibus circularibus ⁊ consequenti pp̄ motū diurnū. ℂ Sed dubitatur qm̄ dictū est supra q̄ tp̄s est pn̄s oēm motum sic q̄ quocūqȝ motu dato per exclusionē cuiuscunqȝ alterius tp̄s esset: ergo posito q̄ esset motus ad formā sine motu locali esset tp̄s. Et si esset motus rectus absqȝ motu circulari eēt tp̄s ⁊ pariter si esset motus circularis absqȝ motu diurno esset tp̄s. Respōdetur q̄ sine dubio tp̄s esset quocunqȝ motu posito in mundo: sed intētio cōmē. est q̄ posito solo motu ad formā vel posito solo motu recto mund⁹ non esset: cū igitur tp̄s sit passio mundi sequitur q̄ tp̄s non esset: q̄ autem nō sit mūd⁹ posito tm̄ motu ad formā vel motu recto arguitur qꝛ sequitur tm̄ motus rectus est: aut tm̄ motus ad formā est igit̄ nullus ē motus circularis ⁊ p̄ ꝯsequēs celū non est pȝ ꝯsequentia qꝛ motus circularis est passio inseparabilis a celo ꝯstat aūt q̄ deficiēte passione deficit subiectū sȝ celum est pars principalissima mundi ergo si celum non esset mūdus non esset. ℂ Similiter si omnia elementa mouerentur ⁊ oēs orbes celestes: ⁊ nullus esset motus diurnus primus motor nō esset sm̄ cōmē. qꝛ frustra poneret̄ prim⁹ motor absqȝ primo motu deus enim est in circunferentia primimobilis qꝛ ibi est sua maxima operatio. s. mot⁹ diurn⁹ velocissim⁹ sm̄ phm̄. 8°. huius constat autem q̄ si deus non esset: aut primus motor: nullus mūdus eēt eo q̄ sicut ex oībus elementis particulariter acceptis sit vnum mixtū p̄ formā supadditā formis elementorū: ita ex oīb⁹ speris elemētorū ⁊ corporū celestiū sit vnus mūdus vnitate primi mobilis se habētis p̄ modū forme quapropter ⁊ habes phorū primus ⁊ aliorū plurimi tp̄m deū vocauerunt aīam mundi. Intentio igitur cōmen. ⁊ sua ꝯsideratio erit tm̄ naturalis ⁊ non theo⁹. neqȝ diuina qm̄ ꝓcedere debuit: q̄ nō est tanta dependentia essentialis inter motus īuicē neqȝ tanta colligantia inter celū ⁊ motū circularē vel diurnū qn̄ deus posset imobilitare celū motibus remanentibus elementorū in quo casu tp̄s esset ⁊ nullus esset motus diurn⁹ neqȝ circularis: neqȝ frustra poneret̄ primus motor si non esset primus motus sicut non frustra ponit̄ aīal si aliquando non mouet̄: neqȝ frustra ponitur homo si aliquando non intelligit. (Sed est nunc) ꝯ conclusionē arguit philosophus ꝓbando q̄ tp̄s nō est numerus cuiuslibet motus: qꝛ si tp̄s est numerus cuiuslibet motus: ⁊ ꝯtingit duo mobilia simul moueri: ⁊ i equali tp̄e igitur tp̄s numer⁹ ē duorū motuū simul existentiū: sȝ alterius ⁊ alterius motus est alius ⁊ alius numerus: ergo plura sunt tp̄a simul non cōcantia l. e. li. Sed est i. cōtingit moueri vnū mobile ⁊ aliud ēt cū illo quorū vtriusqȝ motus erit numerus diuersus alterꝫ ⁊ alterū igitur tp̄s erit ⁊ simul duo tp̄a equalia erunt. (ℂ Aut non) [illegible] tp̄s similiter est numerus enim motuū tam equaliū quā inequaliū taȝ simul existentiū quā non simul existentiū: ⁊ tūc ad rōnem dicit [illegible] simul [illegible] mot⁹ equales sunt simul: qꝛ tp̄s n̄ multiplicat̄ ad multiplicationem motuū [illegible] plures sunt [illegible] plures sunt motus qꝛ ad [illegible] numeratorū nō sequit̄ multiplicatio numerorū nā septem canes ⁊ septē equi [illegible] idem est numerus septē canū ⁊ septeȝ equorū qm̄ numero quinario quinqȝ digitorū meorum mihi noto numerabo. 5. canes ⁊. 5. equos ⁊ numero [illegible] numerabo septē canes ⁊ septē equos non igit̄ multiplicat̄ tp̄s ad multitudinem motuū ex quo tp̄s est numerus motus cui q̄tūcūqȝ motus sint diuersi vt si vnus sit velox alius tardus ⁊ si vnus sit motus alteratiōis ⁊ alius sit augmētatōis: aut si vn⁹ sit motus localis rectus ⁊ alter circularis sp̄ tp̄s est idē dūmodo illi motus simul fiāt qm̄ numerus est idē apud oīa numerata seu equalia ⁊ simul existentia l. e. li. (Aut non). i. rn̄det q̄ nō sunt tp̄a equalia simul si mot⁹ equales sint simul oē nāqȝ tp̄s vnū similiter ⁊ simul est. i. oē tp̄s vnū vnitate numerali est motus oīum motuū simul existentiū ⁊ equaliter se habentiū: spēs aūt. i. sm̄ spēm est numerus eorū qui sunt simul ⁊ qui nō simul sunt. Si. n. ⁊ hi sunt canes illi vero equi vtrūqȝ hn̄tē si idē numerus sic enim ⁊ motuū simul terminatorū. i. simul existētiū ⁊ equaliū ideȝ tp̄s est sed hic velox fortassis alius vero non ⁊ alius quidē loci numeratio est hic aūt alteratio tp̄s aūt idē est tamen siquidē numerus equalis sic ⁊ simul alterationis ⁊ loci numerationis ⁊ propter hoc motus quidem alteri sunt ⁊ seorsum sunt tēpus aūt vbiqȝ idē qꝛ ⁊ numerus vnus ⁊ idē vbiqȝ ē qui ē equaliū ⁊ simul.

Notandum primo sȝ cōmen. cōmē. 103. q̄ tēpus sequitur hunc motū. s. circularem ⁊ iste motus accipitur in diffinitiōe eius ⁊ ipsuȝ mensurat illū nō sm̄ q̄ numerus mensurat numeratū. s. q̄ numeratū nō accipitur in diffinitione numeri istud commen. hȝ duas difficultates quarū prima est cū tēpus sit numerus cuiuslibet motus quare magis ponitur in diffinitiōe tp̄is motus circularis seu motus diurnus quā quilȝ alius motus ⁊ precipue qꝛ tēpus esset dato q̄ in mundo nullus esset motus circularis: sȝ tm̄ rectus aut alius motus ad formā. ℂ Secūda difficultas ē qꝛ apparet ex hoc cōmēto q̄d tēpus sit subiectiue in primo motu si mensurat illū tanq̄ forma in re alios vero motus tanq̄ numerus numeratū suū. ℂ Ad primā difficultatē dicitur q̄ sicut diffinitio motus cōpetit cuilibet motui tm̄ tamen prius motui locali: quam alijs motibus p̄ cōmentatorē tertio huius ita q̄ in diffinitione motus includit̄ motus localis principaliter ⁊ min⁹ principaliter alij motus includunt̄ sic ēt est dicendū de tp̄e q̄ diffinitur p̄ oēm motū tamen principaliter p̄ motū primuȝ ⁊ ex consequenti p̄ alios motus ⁊ rō colligit̄ ex cōmen. qm̄ tēpus ꝯsequitur hunc motū principiū alios aut rōne illius. ℂ Ad scdaȝ difficultatē respondetur q̄ non intendit cōmen. tp̄s esse formā intrinsecā motus primi: sed q̄ queādmodū quantitas ꝯtinua ⁊ numerus primo mensurat subiectū in quo est formaliter ⁊ ꝯsequēter alia numerata vt numerus quinqȝ digitorū meorū primo mēsurat subiectū in quo est formaliter ⁊ cōsequenter alia numerata vt numerus quinqȝ digitorū meorū primo mēsurat quinqȝ digitos meos ⁊ sario quinqȝ canes ⁊ quinqȝ equos ⁊ ita tēpus primo mensurat motū primū deinde alios ⁊ rōem assignat qm̄ si

ent subiectuz numeri principaliter ponitur in diffinitione numeri: et nō alis numerata: ita motus primus principalr ponit̄ i diffinitōe tpis et nō aliq̄s alioꝝ motuū.

generatio ſicut generatur: vꝫ ſubiectiue. ſed hoc eſt fal
ſum. nā generatio coꝛrūpitur cū mox ſit. i. ſubito neq̄
poſteri⁹. eē eni opꝫ ꝙ coꝛrūpat tā ſubiue q̄ terminatiē.

Notandum ſm̄ cōmētatorē cōmen
to. 9. ꝙ hoc qð dicit ari
ſtoteles. generatiōis nō eſt generatio ſubiectiue. funda
tur ſup ꝓpōnes: quarū vna eſt ꝙ res mota in rebus
que mouētur motib⁹ oppoſitis eſt eadem. verbi gr̄a.
qm̄ illud qð mouetur in loco idē eſt cum illo qð quie
ſcit. ⁊ ſimr̄ illud qð generat̄ idē eſt cū illo qð coꝛrumpi
tur. ¶ Scōa ꝓpoſitio eſt ꝙ oē generabat̄ generabi
le eſt coꝛruptibile: ⁊ hoc apparet p inductionē ⁊ decla
rabitur p̄fecte in primo celi ⁊ mūdi. ¶ Tertia vero ē
ꝙ coꝛrūpitur ꝙ nō coꝛrūpit̄ dū generat̄ neq̄ res mo
ta quieſcit dū mouetur. cū igitur poſuerim⁹ ꝙ genera
tio h; generationē. ſeqtur vt habeat coꝛruptionē ⁊ cū
habuerit coꝛruptionē ſequit̄ vt ipſa generatio coꝛru
ptionē recipiat: ⁊ ſic cōtrariū recipit ſuū cōtrariū ꝙ eſt
īpoſſibile. incōueniēs ergo ꝙ deducit ꝯmētatoꝛ eſt ꝙ
vnū ꝯtrariū recipit ſuū ꝯtrariū ſi generatio coꝛrūpit̄.
⁊ hoc ſuppoſitis illis tribus ꝓpōnib⁹ que nō īdigēt
expoſitiōe. (Amplius opꝫ.) ¶ Scōo arguit ph̄us ad Tex. cō. 59.
idem ꝓbādo ꝙ generationis non eſt generatio tanq̄
ſubiecti: quoniā omne ſubiectū motus vel mutatiōis
eſt mā vel habēs materiā: ſed generatio nō eſt mā vel
habēs materiā. igitur generatio nō eſt ſubiectū genera
tionis. p; ꝯſequētia cū maioꝛi. minoꝛ autē eſt nota ex
eo q2 nō apparet que mā ſit generatio: cū nō ſit coꝛp⁹
nec aīa. coꝛpus. n. eſt ſubiectū trāſmutationū realiū: ⁊
aīa trāſmutationū intētionaliū. ideo ſi generatio de
beret eē ſubiectū: opoꝛteret ꝙ eſſet ſub; vno iſtoꝝ mo
doꝝ: ſ; nō ē ſub; alq̄ iſtoꝝ mōꝝ. igit̄ ⁊c̄. Le. ii. (Am
pli⁹ opꝫ māꝫ ⁊ ei ꝙ ſit ⁊ mouētī). i. ei ꝙ gn̄at ⁊ mouet̄
ſi igit̄ generatio gn̄at ſubiectiue: igit̄ gn̄atio ē aliquo
modo materia. que igitur erit hec materia quā di. nul
la. nō. n. ſicut alterabile eſt aliq̄d qð alteratur vt coꝛp⁹
aut aīa. ſic eſt aliquid qð ſit. i. generatur motus aut ge
neratio: ita ꝙ nō ꝯſimiliter ſe habēt alterabile ⁊ gene
ratio vel motus: q2 alterabile eſt illud qð alteratur. ſ.

corpus:aut aīa. generatio aūt nō est id qđ generatur: neqꝫ motus est illud quod mouetur cum neutrum sit corpus vel anima.

Notandum primo ſm cōmētatorē cōmento.15. ꝙ subiectū motus intelligitur duobus modis: quorum vnus est illud in quo est motus. s. corpus motum. Secundus vero modus est genus in quo est motus. s. qualitas transmutabilis: aut substātia: aut quātitas: aut vbi. distinctio cōmētatoris est ista. duplex est subiectuz motus. s. subiectū in quo ꝛ subiectū ad quod. subiectū in quo, ē id quod recipit motū vt corpus vel aīa. subiectum ad quod est id qđ terminat motū vt substātia terminans generationē ꝛ quātitas terminās augmētationē ꝛ q̄litas terminās alterationē: ꝛ vbi terminās motū localem. ¶ Ex ista distinctione sequit primo ꝙ si termin⁹ ad quē dicit subiectū motus. per idez termin⁹ a quo ꝛ ꝯsequēter mediū ſm materiā siue id demōstrat specifice ab extremis: siue ſꝫ magis ꝛ minus: ita ꝙ si sor. moueatur a nigredine ad albedinē per rubeum non solū sor. aut rubedo dicit subiectū dealbationis: sed etiā nigredo ꝛ rubedo: ꝛ quilibet gradus albedinis vel nigredinis medians inter terminū a quo ad terminū ad quē. ¶ Scđo sequit ꝙ quadruplex est materia videlicet in qua ad quā ex qua ꝛ per quā: quoniā oē subm est materia: ſꝫ duplex est subiectū motus: videlicet subiectū in quo recipitur motus: ꝛ subiectuz ad qđ est motus: ꝛ subiectū ex quo est motus: ꝛ subm per qđ ē mo motus. ergo etiā oībus his modis accipiēda est materia motus.

Secundo notandū ſm cōmētatorē eodem cōmēto ꝙ īpossibile cōtingētia ponētibus ꝙ motus hꝫ motū: ita ꝙ mot⁹ sit subiectus motui: eadez cōtingūt ponētib⁹ ꝙ mot⁹ est motū: ita ꝙ subiectū sit aliquid: qm̄ sequit ex hac positione ꝙ motus moueat sicut sequit ex prima: qm̄ sicut in trāsmutatiōe de albedine in nigredinē: seqtur vt nigredo sit trāsmutata. sitr si genus motū in quo est fuerit motū seqtur vt mot⁹ moueat. ſꝫ vt patuit dupl'r potest imaginari motus esse motū aut tanq̄ subiecti: aut tanq̄ termini si alicui⁹ motus est aliquis motus tanq̄ subiectū ostēsuz est motū moueri: ꝛ idez sequit si ponitur motus eē motū tanq̄ termini: qm̄ termin⁹ ad quē motus mouet. si ergo mot⁹ est terminus ad quē mot⁹ oꝫ motū moueri. ꝙ aūt terminus ad quē motus moueatur arguit cōmētator: qm̄ si aliquid transmutat de albedine in nigredinē dicimus nigredinē esse trāsmutatam: igitur nigredo trāsmutatur aliqn̄: ꝛ p ꝯn̄s mouetur cū trāsmutatio nigredinis sit motus. ¶ Sed ꝯtra. Termin⁹ mot⁹ nō hꝫ eē nisi in fine mot⁹ ſꝫ ī fine mot⁹ nō ē mot⁹. igit termin⁹ mot⁹ nunq̄ mouet: q2 nō ante finez mot⁹ cū tūc nō sit termin⁹ mot⁹: nec in fine motus ex quo tūc nō est motus. ¶ Item Aristo. dicit expresse in primo caplo huius q̄nti phisicoꝝ ꝙ termini motuū sunt imobiles. ꝛ cōmētator supius ꝙ albedo est forma quiescēs īmobilis ꝛ qui fingit eā moueri nō est loquēdū cū eo in hac scia. Respōdet ꝙ sicut cōtingit aliquid dupl'r generari ita ꝛ moueri videlicet subiectiue ꝛ terminatiue. naꝫ materia prima generat subiectiue: q2 per generationē fit subiectū forme. ipsa autē forma generat terminatiue: q2 per generationē accipit esse post nō eē. ita subiectū motus mouet subiectiue: ꝛ terminus ad quē terminatiue: q2 accipit esse post non esse per motuz. ¶ Et cū querit vtrū terminus ad quez moueatur in fine motus aut ante. Respondet ꝙ sicut forma substātialis nō generat in instāti in quo accipit esse: sed ante: ita terminus motus nō mouet in fine motus sed ante nō quidē in aliquo instāti: sed in quolibꝫ tēpore terminato ad vltimū instās: neqꝫ est incōueniens moueri illud qđ nō est dūmodo moueat terminatiue. H enī est differētia īter subiectū in quo ꝛ terminuz ad quē: q2 subiectū in quo est generatio: aut motus nō generat neqꝫ mouet: nisi qn̄ est. terminus aūt ad quez generatio generatur qn̄ nō est: ꝛ terminus ad quem motus mouet qn̄ nō est. ¶ Et ad phm ꝛ cōmētatorem di. ꝙ termini motuū sunt imobiles: ꝛ ꝙ albedo ē forma quiescēs īmobilis. Respōdet ꝙ loquūtur de immobilitate subiectiua ꝛ nō terminatiua: ita ꝙ albedo ꝛ alij termini motuū nō mouentur subiectiue cuꝫ quo stat ꝙ moueatur terminatiue. (Et iterū aliquid.) postq̄ phus ꝓbauit diuisim primū ꝛ scđm intētuꝫ videlicet ꝙ motus nō est motus: neqꝫ mutatiōis mu⁹ loquēdo ꝓprie ꝛ stricte de motu ꝛ mutatione. ꝯñter ꝓbat cōiunctim tertiū intentū. s. ꝙ nec motus nec mutationis est motus vel mutatio qualitercunqꝫ accipiatur mot⁹ vel mutatio: quoniā si motus vel generationis ē motus vel generatio: aut igit per modū termini vel subiecti eo modo quo cōtinue argutum est in ꝓcedentibus sed nec per modū termini: nec p moduꝫ subiecti: igitur nullius coꝝ est motus vel mutatio. patet ꝯn̄a cū maiori. ꝛ minorē Aristo. ꝓbat. ꝛ primo ꝙ nullius illorū est motus vel mutatio per modū termini. scđo ꝙ non per modū subiecti. (Amplius si tres.) ¶ Quātuꝫ ad primum arguit sic philosophus ꝙ nullus motus vel generatio est ad rem fluentē sed quiescētem tanq̄ ad p se tm̄: sed oīs motus vel generatio est res fluens ꝛ nō quiescens: igitur null's motus vel generatio est ad motum vel generationē tanq̄ ad per se terminū. patet cōsequētia cū minori. maior declarat inductiue. vniuersaliter enī videmus in motu ꝛ generatione terminos esse quiescētes ꝛ nō fluētes. Doctrina enī terminat ad scientiā ꝛ nō ad doctrinā: calefactio ad calorem ꝛ non ad calefactionez: ꝛ generatio aeris ex aqua ad formā ꝛ nō ad generationē. cōstat aūt ꝙ sciētia: calor: ꝛ forma substātialis sunt res quiescentes ꝛ nō fluētes sicut ergo motus vel generatio in particulari nō est ad motum vel ad generationē in particulari tanq̄ ad per se terminuꝫ: ita in vniuersali motus nō est motus: neqꝫ generationis generatio tanq̄ per se termini. T. c. 16. (Et iteruꝫ in motu est dare aliquid in quod mouetur: ꝛ in generatione est dare aliquid in qđ generatio tendit. oꝫ enim aliquid esse huiusmodi ex hoc quiescente in hoc quiescens ꝙ sit motū aut transmutatuꝫ per generationem ꝛ nō in motū aut generationē cum sint res fluentes. simul autē ꝛ quomodo erit in termino ad quē res quiescens ꝛ res fluens, quasi dicat nullo modo non enim erit doctrina que doctrine generatio sed scientie quare in generationis in cōmuni est terminus ad quē neqꝫ quidē generatio in particulari est termin⁹ ad quē generationis in particulari. ꝛ cōsimil'r dicat de motu.

Notandum ſm cōmentatorē cōmento. 16. ꝙ si motus haberet generationē tūc esse rei in via generatiōis esset esse eius perfecte in actu: ꝛ sic res que est iaꝫ cōplete generata generetur. Duas rōnes intendit hic cōmētator ꝓbantes motuz nō posse esse per se terminū generationis quarū prima est ista. si motus est termin⁹ generationis: ꝛ omnis p se terminus generationis ha

Tex. cū. 16.


bet esse in actu completo cum sit res quiescens, igitur mot⁹ est in actu cõpleto. ꝯsequēs ē ipossibile. quoniã mot⁹ est formaliter ens successiuũ nunq̃ habens totũ suum esse simul. ℭ Secũda ratio est ista. si motus est per se terminus generationis: ⁊ oīs p se terminus generationis est res complete generata: igitur motus est res complete generata quãdocũq; motus ē: ille generatur: quia suuz esse est suũ fieri ⁊ generari: igit res cõplete generata generatur ꝙ ē impossibile. Duo igitur incõuenientia sequunt ꝫm cõmētatorez, dato ꝙ mot⁹ sit per se terminus generatiõis primũ ꝙ motus est in actu cõpleto ꝙ est cõtra phm tertio huius di. ꝙ mot⁹ est actus perfectus ⁊ actus admixtus potentie ⁊ act⁹ entis in potentia ꝫm ꝙ in potentia ꝫm ꝙ res complete generata generat ꝙ est cõtra Aristo. in hoc quinto di. ꝙ res quãdo generatur nõ est. ⁊ arguatur sic ꝙ quãdo res generatur non est loquendo de re que est terminus generationis: sed res quando est complete generata: est igitur idē simul est ⁊ nõ est ꝙ est cõtra primuz principiuz. (Amplius si tres.) Secũdo ꝓbat philosophus ꝙ nullius motus vel generationis est motus vel generatio per moduz subiecti: quoniã cuiuslibet motus vel generationis subiectũ per se est permanens ⁊ nõ fluens: sed quilibet motus ⁊ quelibet generatio nõ est permanēs sed fluens: ergo nullius motus vel generationis est subiectũ per se motus vel generatio. patet ꝯsequētia cuz minori. ⁊ maior arguitur inductiue: quoniaz tres sunt species motus ꝓprie dicte. s. motus ad vbi ⁊ motus ad quãtitatē ⁊ motus ad q̃litatem. cõstat autē ꝙ cuiuslibet istoruz motuũ subiectũ per se: ē res permanēs. s. illud quod mouet localiter ⁊ augetur ⁊ q̄d alterat. Si enim motus esset per se subiectuz motus: tunc motus p se moueret: aut igitur eadem specie motus aut alia nõ eadem specie motus: quoniam tunc motus localis moueret localiter: ⁊ augmētatio augeretur: ⁊ alteratio alteraretur que sunt impossibilia. si autem dicitur ꝙ motus mouetur alia specie motus: sequit motũ localē alterari: augeri: vel diminui: ⁊ econtra. patet ꝯsequētia. q2 nõ sunt plures q̃ tres species motus: sed ꝯsequēs est absurduz vt liquet. Et sicut motus ꝓprie dicti est res permanēs ⁊ nõ fluens: ita cuiuslibet motus impꝛoprie dicti: ⁊ cuiuslibet generationis ⁊ corruptiõis nunq̃ esse fluēs est per se subiectum permanētis q̃ fluentis. L. c. li. (Amplius si tres species sunt motus. hoꝝ autem aliquē necesse est esse naturã subiectaz permanētem ⁊ nõ fluxuaz: ⁊ in q̃ tuz idē ꝫm quã mouet aliquid aliquo illo ⁊ motuũ aliter continget loci mutationē alterari aut ferri quoꝝum quodlibet est incõueniēs. Ex predictis infert phus ꝙ cũ tripliciter ꝯtingat aliquid moueri est vt declaratuz in principio huius q̃nti, impossibile est motuz moueri ꝫm partem: aut per se sed bene per accidens. verbi gratia. si aliquis dum sit sanus currat aut discat potest cõcedi ꝙ sanatio currit per accidēs ⁊ addiscit per accidēs quia sanatio accidit alicui subiecto ꝙ p se currit ⁊ addiscit: sed tale per accidēs est relinquēdũ in scientia speculatiua vt dictũ ē supra. L. c. li. (Omno ãt q̃m q̄d mouet dr q̄d mouet tripr aut in eo ꝙ ē ꝫ accidēs aut q2 pars aliq̃ q2 aut per se ꝫm accidēs solũ cõtingit mutare mutationē: vt si quis sanus sit curratque aut discat. hanc autem mutationē ꝫm accidēs diffiniuimus olim: scilicet in primo huius cõmenti.

Notandum

ꝙ cõmentator cõmento 17. ꝓbans motum non moueri ꝫm partem dicit. Intende de illo qui ē ꝫm partem: quia omne quod habet motuz ꝫm partē possibile est vt motus sit in toto q2 cuz pars diuiditur sit totuz: si igitur esset possibile vt motus moueat ꝫ partez esset possibile vt moueretur ꝫm totũ. Intendit sic arguere cõmētatoꝛ. illud quod mouet ꝫm partez potest moueri per se quia potest diuidi ⁊ sit totũ: sz motus mouet ꝫm partez per aduersarium: igitur mot⁹ potest moueri per se ꝙ est reprobatuz.

Sed dubitatur

vtrũ motus localis moueatur localiter per accidens: ⁊ augmētatio augeat per accidēs ⁊ alteratio alteretur per accidēs ⁊ videt ꝙ sic. et quo motus dicit moueri per accidēs ad motũ subiecti. In cõtrariũ apparet esse phus in littera. nõ enī dicit ꝙ sanatio sanetur: aut ꝙ disciplinatio disciplinet: sed tñ ꝙ sanatio currit ⁊ discit p accidēs. Respondet ꝙ sicut ex cõmuni modo loquēdi: albedo nõ est alba per se vel per accidēs: nec caliditas est calida per se vel per accidens: sed quelibet earum est extensa rõne quantitatis ita nõ est dicenduz ꝙ motus localis moueatur localiter: nec ꝙ augmētatio augeat: neq; alteratio alteretur per se vel per accidens ꝓprie loquēdo: ⁊ maxime ꝫ eandē speciez motus: sed ꝫ diuersaz forte nõ esset incõueniēs vt ꝙ motus localis rectus moueat circulariter q̃n ipsa mouet sursuz vt deorsuz ⁊ ꝙ decalbatio calefit: q̃n idē sit calefit ⁊ albefit. ℭ Sz aduertēdũ ꝙ lz tota caliditas alicuius nõ dicat calida p se vl p accidēs ex quo ipsa nõ supaddit sibiipsi per se vel per accidēs tamē aliqua pars caliditatis potest dici calida per accidens rõne alterius caliditatis illi addite nõ extensiue: sed intēsiue. sicut enī caliditas intēditur per accidēs ad intēsionē totius ꝓpter additionē intensiuã partis ad partem: ita calefit per accidens: ⁊ efficitur calidioꝛ per accidens nõ tñ est incõueniens cõcedere ꝙ caliditas est calida ⁊ albedo alba per accidens: sicut ꝙ caliditas est alba ⁊ albedo calida per accidens. ⁊ ad regulaz cõmunē ꝙ nihil predicat de seipso denominatiue illud est intelligēdũ per se: ⁊ nõ per accidens. isti tamē modi loquendi quia sunt multu per accidens sunt relinquendi ⁊ solum illi acceptandi qui sunt per se iuxta doctrinam Aristo. in hoc quinto.



Quoniam autem neq; substantie. Tex. cõ. 18. Ista est secunda pars huius capituli in qua philosophus postquã manifestat predicamenta in quibus non est motus per se manifestat ea in quibus est motus precise ⁊ adequate: ⁊ qualiter in eisdem motus denominationem suscipit genericã ⁊ specificaz ponens quattuoꝛ cõclusiones: quarum prima est ista. Tantũ in tribus predicamentis est motus: scilicet in qualitate quãtitate ⁊ vbi. ℭ Secũda cõclusio. motus ꝫm qualitatem sunt eiusdem denominationis remote ⁊ non propinque ibi. (Motus quidem igitur.) ℭ Tertia conclusio. motus ꝫm quãtitatem non sunt eiusdem denominationis remote: ⁊ tamen tantuz specie differunt ibi. (Qui vero ꝫm quãtum.) ℭ Quarta conclusio. motus ꝫm locum ꝓprie loquendo non habent nomen simplex cõmune neq; propriũ ibi. (Qui autē ꝫm locum.) ℭ Prima cõclusio arg. sic. in qualitate quãti

Margin notes: Tex. cõ. 17. (beside "(Amplius si tres.)"); Tex. cõ. 18. (beside "Quoniam autem").

tate ⁊ vbi est per se motus ⁊ in nullo alio predicamēto est per se mot⁹ igitur est tm̄ in qualitate quātitate ⁊ vbi est per se motus. patet ꝯsequētia ab exponentibus ad expositam. prima pars antecedētis fuit ꝓbata in prima cōclusione huius capituli assignando causam quare in his tribus ꝑdicamētis est per se motus: quia in his est per se cōtrarietas subiecti quo. ⁊ termini ad quē. Secunda pars antecedētis etiā patuit in secunda parte huius capituli in qua est ostēsum in substātia nō esse motuz per se: neqꝫ in relatione: neqꝫ ī actiōe ⁊ passione. ⁊ ꝯsequēter nō est motus per se in alijs tribus sequētibus: quia ita cōsequunt terminos motuū propinquos ⁊ īmediatos: sicut substantia vel relatio aut actio vel passio. Le. ll. (Quoniā autem neqꝫ substātie neqꝫ ad aliquid: neqꝫ ipsius facere: aut pati est motus per se relinquitur ꝭm quale aut quātuz ⁊ vbi motum esse solum. in vnoquoqꝫ enim hoꝝ est ꝯtrarietas.

Notandum [illegible] ꝓpter quā est possibile vt motus solūmodo sit in istis tribus predicamētis est quia cōtraria existunt in eis. hec enim est causa necessaria inesse eoꝝ. Moduz autem quo in his tribus predicamētis est cōtrarietas tm̄ declarat Egidius di. ꝙ forma potest tripliciter cōsiderari. Primo vt cōparatur ad suā essentiam per quam collocatur in specie: ⁊ sic in formis nō est cōtrarietas: quia cōtrarietas est indistantia inter formas mō essentie formarū nō distant sed sunt simul. sicut eniz sunt simul in eodem medio species albi ⁊ species nigri: ita simul in eadem materia [illegible] ⁊ [illegible] nigredinis: neqꝫ inuicem separant nisi negatiue pro quāto vna [illegible] non est alia. Secūdo modo potest cōsiderari forma ꝭm suum esse ꝙ habet in materia: ⁊ sic cōtrariant forme de predicamēto qualitatis cū in eis sit distantia gradualis ꝭm intensionez ⁊ remissionem ꝯuenientez ex parte materie: cum in eodez subiecto alique tales forme intendātur ⁊ remittant: scilicet caliditas ⁊ frigiditas: humiditas ⁊ siccitas: albedo ⁊ nigredo: dulcedo ⁊ amaritudo. Tertio potest considerari formaliter ꝭm esse suuz acquisituz per motum: ⁊ sic contrariantur ea que sunt in predicamento quātitatis: ⁊ habent enim distantiaz quātitatiuam ⁊ localem ſʒ ꝙ̄ successiue per motum acquirunt vt quātitas pedalis ⁊ quātitas bipedalis: locus sursuz ⁊ locus deorsuz: q2 aut forme naturales diffundūtur per materiaz ⁊ non per motuz. ideo cōtrarietas reperta in predicamento qualitatis est cōtrarietas simpliciter. cōtrarietas autē reperta in predicamento quātitatis aut vbi est cōtrarietas ſʒ quid. huius autē forme siue cōtrarient simpliciter siue ꝭm quid cōtinue habent cōtrarietatez per se sicut per se acquiruntur per motum. ideo soluz in ꝑdicamento qualitatis quātitatis ⁊ vbi est cōtrarietas per se. in alijs autem predicamētis si est aliqua cōtrarietas: vtputa in predicamento relationis actionis vł passionis. huius cōtrarietas est tm̄ per accidens rōne cōtrarietatuz repertaruz in tribus nominatis predicamentis. Ex predictis sequitur ꝙ Joānes bridanus ⁊ alij parisienses moderni male assignant causam perseitatis motus alicuius predicamēti di. ꝙ ideo ꝭm aliquod predicamētuz est motus per se: quia necesse ē ad aliquē motū factuz variare responsionez ꝭm terminos istius predicamenti de eo ꝙ mouetur: ⁊ quia impossibile est ꝙ fiat aliquis mot⁹ quādo oporteat fieri variationem denominationis de isto qḋ mouetur ſʒ terminos alicuius trium predicamentoꝝ dictoꝝ. ꝓpterea ꝭm illa tria est per se motus. ꝭm autem illa predicamenta est motus per accidens que sic se habēt ꝙ non est necesse sed contingentem ꝓpter aliquem motum factuz variare denominationez de isto quod mouetur ꝭm terminos istorum predicamentorum. verbi gratia. posito ꝙ sortes ⁊ plato sint similes in albedine: ⁊ ꝙ albedo sortis intendatur licet per istum motū varietur denominatio secundū istos terminos simile ⁊ dissimile qui sunt predicamenti ad aliquod illud: tamen nō est necessariū: quia si proportionabiliter itenderetur albedo platonis nō fuisset variata responsio. neqꝫ denominatio terminorum predicamenti relationis: sed soluz qualitatis. Et consequenter dicunt ꝙ nō propter hoc aliquis motus dicitur ꝭm quātitatem: q2 per illum acquiratur quātitas: quia tunc omnis motus esset ꝭm quātitatē cum omnis res extensa sit quātitatis. neqꝫ ex eo aliquis motus est secundū qualitatem: quia per eum acquiratur qualitas: quia sic omis motus esset ꝭm qualitatem: cum per omnem motum acquiratur forma que est paritas ⁊ imparitas: ⁊ cōsequenter qualitas. ⁊ idez dicatur de vbi. sed ille motus est secundum quātitatem propter quaz necessario mutatur responsio per terminos de predicamento quantitatis ad interrogationez factam per quātum ⁊ non per interrogationez alterius predicamenti: ⁊ ita dicūt de motu secundum qualitatem: ⁊ secunduz vbi proportionabilr. ¶ Sed ista nō vident esse vera. primo quidem: quia non potest fieri motus secūdum quantitatem neqꝫ ꝭm qualitatem absqꝫ actione ⁊ passione. igitur necessario ad quēlibet illorum motuum sequitur variatio denominationis terminoꝝ predicamēti actionis ⁊ passionis de substantia prima sicut terminorum predicamenti quātitatis ⁊ qualitatis ꝙ est contra doctrinam Aristotelis dicētis ꝙ ad actionem ⁊ passionem non est motus non etiam potest fieri motus localis quādo illud qḋ mouetur vł aliquid eius fuit propinquum alicui ⁊ distans ab alio: sed propinquitas ⁊ distantia sunt denominationes predicamēti relationis: igitur ad relationem est per se motus ꝙ iterum contradicit determinationi philosophi in hoc capitulo. Secundo quia non potest fieri motus secūdum quātitatem loquendo de motu aug⁹ proprie dicte quando varietur denominatio terminorum predicamenti qualitatis ⁊ predicamenti vbi: cum non possit fieri talis motus absqꝫ alteratione ⁊ motu locali ⁊ per ꝯsequens secundū predicamentum quātitatis nō est per se motus. tenet ꝯsequētia per regulas suas. ⁊ cōsequens repugnat philosopho ⁊ etiam determinationibus illorum. Dicendum ergo cuz philosopho ⁊ cōmentatore ⁊ alijs antiquis expositoribus ꝙ ideo in predicamento aliquo est per se motus: quia in eo est ꝑ se contrarietas ⁊ in predicamento aliquo est per accidens motus: quia in eo est per accidens cōtrarietas. Et si allegatur cōmentator supra dicitur secundū themistium ꝙ illa ꝯsequentia non valet: in substantia est contrarietas: igitur in substantia est motus: ideo in aliquo predicamento est per se motus: quia in eo est per se contrarietas. negatur ꝯsequentia. h enim talis est vera quia deus est tu es: quia tu es hedificator: tu hedificas: ⁊ tamen non sequitur. deus est: ergo tu es. nec sequitur. tu es hedificator: igitur tu hedificas. Aristoteles tamen ⁊ cōmentator loquuntur hic de cōtrarietate que est circa subiectum in actu ⁊ non circa subiectuz

in potentia modo si in substantia esset contrarietas ista esset circa subiectum in potentia et non circa subiectum in potentia modo si in substantia esset contrarietas illa esset circa subiectum in potentia et non circa subiectum in actu secundũ commentatorem: ibi ideo concludit quod in substantia non esset motus: etiam si in ea esset contrarietas.

Sed dubitatur si in quãtitate qualitate est per se motus et non in aliquo alio predicamento: quare philosophus non probauit in situ vel in positione et quãdo habitum non esse motum per se sicut probatur de substantia et relatione actione et passione quod in nullo istorum est motus per se. Respõdet Burleus quod nõ fuit expediens: quia ex probationibus aliorum sequebatur non esse per se motum in aliquo illorum iam nominatorum. vnde quando causatur ex adiacentia tẽporis et habet esse successiuum sicut tempus. constat autem motum non per se terminari ad aliquod fluxiuum vt determinauit philosophus. habitus autem dicit relationem ad illud cui adiacet: et quia ad relationẽ non est per se motus: ideo nec ad quando: nec ad habitum est per se motus. consimiliter dicit de situ quod situs dicit quẽdam ordinem partium. ordo autem est relatio: ideo ad situm non est per se motus: sed ista sunt dubia: quia si habitus dicit relationem ad illud cui adiacet et ordo partium in loco est relatio sequitur quod situs et habitus non faciunt predicamẽta distincta a predicamento relationis contra doctrinam philosophi et commẽtatoris quinto metaphisice. et auctoris. 6. principiorum. Ideo dicendum quod ad quando et habitum non est per se motus: quia potest quodlibet eorum aduenire alicui absque mutatione facta in eo. entia enim quiescentia sicut sunt continue in alio et in alio tempore ita habẽt aliud et aliud quando non per mutationem sui: sed per mutationem celi potest etiam aduenire alicui nouiter vestito nouus habitus non per mutationem sui sed per mutationem vestimenti. Positio autem et si non potest alicui venire nisi per mutationem factam in eo non tamen ad positionem est per se motus. forma enim substantialis non potest aduenire alicui: neque etiam passio nisi per mutationem factam in eo nõ tamen ad substantiam est motus per se neque ad passionem secundum philosophum. et hoc ideo quia tã forma substantialis quã passio indiuisibiliter acquirit in fine motus alterationis: sed etiam positio indiuisibiliter acquiritur in fine motus localis: igitur etiam ad positionem non est per se motus.

Contra predicta arguitur et primo quod ad quãtitatem non est per se motus: quia ad illud non est per se motus: quia non est acquisibile per motum sed quãtitas nõ est acquisibilis per motum. ergo etc. patet consequentia cum maiori. minor autem arguitur ex eo quoniã quantitas est coeterna materie et est ĩgenerabilis et ĩcorruptibilis sicut materia per cõmentatorem in de substantia orbis. ¶ Secundo arguitur quod ad qualitatem nõ est per se motus scilicet ad caliditatem vel ad albedinem quia ad illud non est per se motus quod est subito acquisibile per motum: sed albedo et caliditas sunt acquisibiles subito per motum. ergo ad nullam illarum est per se motus. tenet consequentia cum maiori. quia propter illam causam ad substantiam et ad passionem et ad positionem nõ est per se motus. minor patet de albedine generata in mixto ex elementis et de caliditate ignis nouiter geniti ex aere. subito enim ignis acquirit totam latitudinem caliditatis a gradu remisso caliditatis aeris ad gradum summũ ex quo nullam habet resistentiam. ¶ Tercio arguitur quod ad vbi non est per se motus: quia vbi potest nouiter aduenire alicui absque mutatione facta in eo. ergo etc. patet consequentia. quia ex hoc probatũ est ad relationem non esse per se motum: neque ad quãdo: neque ad habitum. antecedens arguitur. nam quãdo vbi est effectus prouenie[n]s ex circũscriptione loci ad locatum secundũ auctorem sex principiorum: sed illa circũscriptio potest nouiter aduenire alicui: sicut etiam locus absque mutatione facta in locato: sed per solam mutationem factam in corpore locante: vt patet. ergo etc. ¶ Quarto arguitur quod ad passionem est per se motus: quia ad situm est per se motus vt determinatum est quarto huius ex doctrina Auicenne: sed positio est quidam situs per auctorem sex principiorum. ergo etc. vnde sedere et stare que sunt passiões videntur ĩmediate acquiri per motum localem. Item positio non distinguitur ad vbi: sed ad vbi est per se motus. igitur ad positionem est per se motus. patet consequentia cum minori per philosophum in littera. et maior patet ex eo. quia eedem sunt differentie positionis. omnes enim dicunt quod sursum et deorsum ante et retro: dextrum et sinistrum sunt differentie loci et differentie positionis. vnde potest sic argui. qualitercunque aliquid vbi causatur ipsum taliter pa[ssi]o et econtra. ergo positio est vbi. ¶ Ad primum negatur quod quãtitas nõ sit acquisibilis per motum: et tamen dicitur quantitas est coeterna materie. concedo ad hunc intellectum quod quantitas nunquã separatur a materia: et quod ipsa est ingenerabilis et incorruptibilis sic quod ipsa nõ potest accipere esse quãdo infinicies fuerit: nec potest desinere esse quãdo infinicies erit. materia enim prima dicitur esse eterna non quia nunquã incipiat vel desinat esse: quia materia prima per vnionem partium inuicem incipit esse: et per diuisionem earũdem desinit esse: ex quo totum non est sue partes: sed dicitur esse eterna: quia infinities fuit et infinities erit: et quia est ĩgenerabilis et incorruptibilis sic quod non potest esse terminus generationis vel corruptionis: ita per motum augmentatiões vel diminutionis acquiritur quãtitas. non quidem eo modo quo albedo aut caliditas: quia tam albedo quam caliditas taliter acquiruntur quod nunquã prefuit quantitas aut prefuit non obstante quod incipiat esse. ¶ Ad secundum dicitur quod sicut ad quãtitatem dicitur esse per se motus: et tamen nõ ad quãlibet quãtitatem: quia nõ ad lineam: neque ad superficiem: neque ad tempus: neque ad numerum sed solum ad quãtitatem que est corpus et sic ad qualitatẽ que est per se motus: quia non est motus ad qualitates prime speciei nec quarti predicamẽti qualitatis per Aristotelẽ septimo huius. ita ad albedinem est per se motus et tamen non ad quãlibet albedinem est per se motus. homo enim per se ridet: et tamen non quilibet homo ridet: sed quilibet homo est risibilis: ita ad albedinem in cõmuni est per se motus non tamen quelibet acquiritur successiue per motum: sed sufficit quod sit successiue acquisibilis per motum. Consimiliter dicatur de caliditate quod ad aliquã est per se motus: dato quod aliqua indiuisibiliter et aliqua diuisibiliter acquiratur per motum. ideo enim ad calidita

tem in cõmuni est per se motus: quia omnis caliditas
est successiue acquisibilis per motuȝ tanquã terminus
propinquus ⁊ imediatus eius. vbi tamen poneretur
aerem habere caliditatem summaȝ: aut ignem remis-
sum habere frigiditatem admixtam suo contrario nõ
oporteret dicere aliquaȝ caliditatem subito acquiri:
sed solum successiue: ⁊ ꝙ successio proueniret ex parte
resistentie: scilicet frigiditatis admixte cum caliditate.
¶ Ad tertiuȝ dicitur iuxta doctrinam auctoris .6. pri
cipiorum ꝙ duplex est vbi videlicet simplex ⁊ com-
positum. vbi simplex est illud quod procedit a loco
simplici. ⁊ vbi compositum est illud quod procedit a
loco composito ⁊ per locum simplicem intelligit au-
ctor .6. principiorũ centrum mundi indiuisibile secun
dum Alb. ⁊ per locum compositum intelligit superfici
em ambientem locatum. vbi ergo proueniens a loco
composito est simplr corporis circũscriptio: sed vbi
proueniens a loco simplici est situs mundi vel par-
tis eius. non igitur ad quodlibet vbi est per se motus
sicut neqȝ ad quãlibet quantitatem vel qualitatem: sed
tantũ ad vbi simplex est per se motus. moto enim va-
se pleno aqua motu recto illa aqua mouetur loca-
liter per maiorem vel minorem distantiam a medio
mundi. ergo acquirit cõtinue ⁊ deperdit aliquod vbi:
ex quo ad vbi est per se motus secundũ philosophuȝ
hic: sed non acquirit neqȝ deperdit vbi proueniens a
loco composito: quia semper manet in eadem super
ficie numero: igitur deperdit vel acquirit aliquod ali
ud vbi q̃d non potest esse aliud nisi vbitatio situalis
corpus etiã fixuȝ in aere: vtputa ecclesia aut turris cõ
tinue descit localr: igit̃ ꝯtinue ẽ in eodẽ vbi: sed nõ ꝯti
nue ẽ in eodẽ vbi ꝓueniente a loco ꝯposito: sicut enĩ
variat̃ sup̃ficies sic variat̃ tale vbi: q2 depẽdet a sup̃fi
cie locante in fieri ⁊ in facto esse: ergo est in alio vbi: sȝ
non videtur esse aliud vbi ꝙ vbitatio situalis imobi-
lis prouenẽs a medio mundi. ergo ⁊c. De hac tamẽ
materia diffuse locutus sum quarto huius. Et si ar-
guitur contra auctorem sex principiorum ꝙ vbita-
tio proueniens a loco simplici est composita: ⁊ vbi
tatio ꝓueniens a loco composito ẽ simplex: quia pri
mo habet partem extra partem sicut ipsum vbitatum.
Secunda vero est indiuisibiliter in re locata non ha-
bens partem extra partem cum pars non sit in loco
composito per se sed per accidens secundũ Aristotelẽ
quarto huius. Respondetur ꝙ iste vbitatiões possũt
dupliciter comparari: videlicet denominatione intrin
seca ⁊ extrinseca. ꝑmo modo vbitatio proueniens
a loco simplici est composita: ⁊ proueniens a loco cõ-
posito est simplex ꝓpter rationeȝ dictam. si secundo
modo contrarium dicitur: quoniaȝ ista est simplex
que a loco simplici est: ⁊ ista est composita que est a
loco composito iuxta moduȝ loquendi auctoris sex
principiorũ. ¶ Ad quartum respõdetur ꝙ situs sumi
tur tripliciter. primo pro ordinatione partium in toto
⁊ sic loquitur cõmentator quinto metaphisice di. ꝙ si-
tus inuenitur in omni habente partes: ⁊ isto modo ẽ
differentia quãtitatis sicut positio sumpta pro dispositi
one partium cõtinui cum qua cõuertitur. Secundo
accipitur situs pro ordinatione partium in loco ⁊ sic
est idem cum positione faciente predicamentum distin
ctum ab alijs. Tertio pro ordinatione totius in loco:
⁊ sic est vna species vbi existens subiectiue in mundo
secundũ se: ⁊ quodlibet sui vt dictuȝ est quarto huius.

non ergo ad omnẽ situm est per se motus: quia nõ ad
situm qui est positio predicamenti quãtitatis vel posi
tio faciens propriuȝ predicamentuȝ: sed tantuȝ ad si-
tum qui est species vbi dicit quod locutus sum in tertia
responsione, ꝓpterea notanter dicit auctor sex princi-
piorum ꝙ positio est quidam situs partium in loco:
quia sicut est duplex duratio: scilicet vniuersalis ⁊ par
ticularis duratio. vniuersalis est duratio mundi di-
cta tempore. ⁊ duratio particularis est duratio partis
mundi que cõmuniter dicitur quãdo ita duplex est si-
tus habens respectum ad locuȝ: scilicet vniuersalis ⁊
particularis. situs vniuersalis est ordo totius per cõ-
parationeȝ ad locuȝ simplicem. situs autẽ particula-
ris est ordo partiuȝ inuicem per comparationem ad
locum simplicem vel compositũ. non est ergo motus
per se ad situm particularem sed vniuersalem vti sede
re ⁊ stare que dicunt positiones ⁊ situs particulares
indiuisibiliter acquiruntur per motum localem. ideo
non sunt termini imediati eius: sed terminus imedia-
tus motus localis quo aliquis nouiter sedet vel no-
uiter stat est situs vniuersalis ad quẽ idiuisibiliter se-
quitur sessio ⁊ statio. ¶ Et ad confirmationeȝ dicit̃ ꝙ
licet positio dicat habitudineȝ ad locuȝ sicut ⁊ vbi nõ
tamen est idem quod vbi. nam vbi significat esse ab-
solute in loco. positio autem significat esse in loco ẜm
quandam adaptationem partiuȝ: ⁊ hec est diuersa ha
bitudo: neqȝ ratio concludit: quoniã cõceditur ꝙ sicut
in predicamento relationis inuenitur propinquitas
⁊ distantia vt dicit habitudinem termini ad terminuȝ
⁊ in predicamento vbi dicit habitudinem locati ad lo
catuȝ: ⁊ in predicamento positionis vbi dicit habitu-
dinem partium inuicem in comparatione ad locum:
eo ꝙ partes hominis sunt ꝓpinquiores quando se-
det ⁊ distantiores quando stat: ita sursum ⁊ deorsum
⁊ alie differentie assignate possunt esse relationes si su
mant a terminis relatis per se existentibus secundum
denominationem repertam in partibus alijs ⁊ pos-
sunt esse differentie vbi: si dicunt habitudinem to-
tius ad locum ⁊ possunt esse differentie positionum
si dicunt habitudinem totius: ac possunt esse differen-
tie positionum si dicunt habitudinem partium inuicẽ
per comparationem ad locum primo ⁊ secũdo mo-
do sursum ⁊ deorsum dexteritas ⁊ sinistreitas fundã-
tur in toto: ⁊ tertio modo fundatur in partibus. de-
inde negatur ꝙ qualitercumqȝ aliquid vbitatur tali-
ter ponitur: quia corpus nullum velociter varie vbi-
tatum non varie neqȝ velociter ponitur: vt patet de se-
dente conformiter posito super equum varie atqȝ ve-
lociter currentem. ¶ Est ergo manifestum ex his ꝙ
in tribus predicamentis tantum est per se motus: vi-
delicet in quãtitate qualitate ⁊ vbi cum tamen in istis
sit per se contrarietas ⁊ tantũ aliquod istorum ime-
diate acquirit̃ per motũ: neqȝ talis p̃seitas ẽ p̃seitas
ꝑdicationis: quia de nullo motu verificat̃ in recto ge
neralissimum alicuius istorum trium predicamento-
rum: sed est perseitas reductionis ꝙ quanto solum in
aliquo istorum est reductiue motus ratione sui termi-
ni ad quem qui est per se in predicamento perseitate
predicationis. cum enim dicitur in quantitate qualita
te ⁊ vbi est per se terminus motus seu ad quantitateȝ
qualitatem ⁊ vbi per se terminantur motus ⁊c. ¶ Mo Te.
tus quidem igitur. ¶ Secunda conclusio motus se cõ.
cundum qualitatem sunt eiusdem denominationis ⁊

more ⁊ non propinque. prima pars patet: quia omnibus motibus predicamenti qualitatis competit hoc cōmune alteratio. omnis enim calefactio est alteratio ⁊ sic de aliis. secunda pars est manifesta: quia cū dicitur motum aliquem esse secundū qualitatem aut quale non accipitur quale pro aliqua differentia substantie: sed pro forma secundū quā aliquid dicitur esse possibile vel impossibile: scilicet pro qualitatibus secunde aut tertie speciei. constat autem illas non cōuenire in denominatione propinqua: scilicet caliditas: frigiditas: albedo: nigredo: ⁊ alie imutabiles forme tertie speciei qualitatis: igitur neq̧ motus qui sunt ad istas qualitates sunt eiusdem denominationis ppinque. patet cōsequētia. quia motus denominatur a termino ad quem secundū philosophū primo capitulo huius quinti. ideo a caliditate aliquis motus dicitur calefactio: ⁊ a frigiditate aliquis motus frigefactio ⁊ ab albedine aliq̄s dicitur albefactio: ⁊ a nigredine nigrefactio. Le. li. (Motus quidem igitur secūdū quale alteratio sit. huic enim alludit cōmune nomen. dico autem quale non in substantia: ⁊ nāq̧ quale est differentia substantie secundū illud in predicamētis substantia secunda significat quale quid fm ꝙ passiuum idest accipitur hic secūdū aliquid est passiuum secūdū ꝙ dicitur passio aut impassibile esse aliquid.

Notandum secundū cōmentatorē cōmento. 19. ꝙ Aristoteles intendebat genus de predicamento qualitatis passibile ⁊ potentiam naturalē ⁊ impotentiam per hoc ꝙ dixit pati aut nō pati: quoniā per hoc ꝙ dixit pati continet passiuū ⁊ genus ꝙ dicitur secundū impotētiam naturalem ⁊ per hoc ꝙ dixit ⁊ non pati innuit potentiam naturalem: quoniā in septimo istius libri declarabit ꝙ motus alterationis non inuenitur in predicamento qualitatis nisi in genere qualitatis passiuo secundū tactū: gustum: ⁊ visum: nam iste qualitates recipiunt magis ⁊ minus: ⁊ non est ita de qualitatibus que sunt in anima ⁊ animato ⁊ in qualitate que sunt secundū quantitatē. ista autem que dicitur secundum potentiam ⁊ impotentiam naturalē est propinqua passiue: ⁊ videtur ꝙ in ea est motus ⁊ in. 7. perscrutabit. de hoc sꝫ verba eius in hoc loco apparet ꝙ secundū eā inuenitur motus. ¶ Quattuor sunt species qualitatis secundū philosophum in predicamentis: quarum prima est habitus vel dispositio in qua ponuntur qualitates anime ⁊ animati: videlicet scientia ars: virtus: ⁊ viciū: intellectio: visio: auditio ⁊ huius. Secūda species q̄litatis ē nālis potētia vel inpotētia in qua ponitur habilitas ⁊ inhabilitas saltādi ⁊ pugnandi durum ac molle. Tertia species est passio vel passibilis qualitas in qua ponuntur caliditas frigiditas; albedo: nigredo; dulcedo; ⁊ amaritudo: ⁊ generaliter omnes qualitates imutantes visum: gustū: ⁊ tactum. ¶ Quarta species est forma vel figura in qua cōmuniter ponitur pulchritudo ⁊ turpitudo circulus: triangulus: domus; ⁊ cultellus: ⁊ generaliter omnes figure naturales seu organizationes ⁊ omnes figure artificiales que quidem fundantur in mouente in quātitate. Non ergo in prima specie qualitatis: neque in. 4. est per se motus vt declarabitur septimo huius: sed solum in secunda ⁊ in tertia vt hic apparet esse de intentione philosophi: quoniam Aristoteles per passiuum intelligit qualitates de tertia specie: ac etiam illas que continentur sub naturali inpotentia quemadmodum est mollicies ⁊ raritas: per impassibile autem intelligit phs ea que continentur sub naturali potentia vt durum ⁊ condempsum: licet enim habent naturalem potentiā vt non faciliter patiantur: ⁊ secundum hoc dicuntur impassibilia. ¶ Ex his sequitur secundum cōmentatorem ꝙ licet sonus et odor sint qualitates sensibiles atq̧ passibiles tertie speciei qualitatis non tamen ad eas est per se motus: ꝙ quidem faciliter declaratur a sono: quia vt declaratum est supra terminus motus debet esse permanens ⁊ non fluxus. sonus autem est forma fluens cum motu locali vt colligitur a philosopho. 2. de anima: sed de odore est difficile ostendere illud. si enim ad colores ⁊ sapores est per se motus quare non ad odores cum odores generentur ex mutatione quattuor qualitatum primarum sicut colores ⁊ sapores secundū philosophū in libro de sensu ⁊ sensato. Ideo ego credo ꝙ ita ad odores sicut ad colores ⁊ sapores est per se motus: sed cōmentator dicit alterationem esse per se in genere qualitatis passiue secundū tactum; gustum: ⁊ visum: non quidem secundū veritatem sed secundū famositatem: quia enim species qualitatū tangibiliū gustabilium ⁊ visibilium sunt nominate caliditas ⁊ frigiditas: dulcedo ⁊ amaritudo: albedo ⁊ nigredo. ac etiam media istarum. non autem sunt nominate species odorū immedie neq̧ extreme ⁊ hoc nominibus propriis: sed denominationem accipiunt a speciebus saporum secundū philosophum secūdo de anima: qr aliquis odor dicitur dulcis: ⁊ aliquis amarus: ideo famosum est ad odores non esse motum per se cum non habeantur nomina odorū neq̧ motuum consequenter que sunt ad illos. (Qui vero secundū quantum.) ¶ Secunda conclusio. motus secundū quantitatem non sunt eiusdem denominationis remote: ⁊ tamen tantum specie differunt. prima pars est manifesta: quoniam nullū est nomē cōmune omnibus motibus predicamenti quātitatis. nullum enī est nomen quod dicatur vniuersaliter de augmentatione ⁊ diminutione vt liquet. Secunda pars etiam est nota: quia omnes augmentationes sunt eiusdem rationis cum quelibet augmentatio sit motus ad magnitudinem perfectam ⁊ omnes diminutiones sunt eiusdem rationis cum quelibet diminutio sit motus ad magnitudinem imperfectam. constat autem ꝙ omnes magnitudines perfecte ad quas est augmentatio sunt eiusdem rationis: ⁊ omnes magnitudines imperfecte ad quas est diminutio sunt eiusdem rationis. Le. li. (Qui vero a ille motus qui est secundū quātum secundum commune quidem nomen innominatus est: sed secundum vtrūq̧ aut augmentum aut detrimentum nominatus est: quia vnus dicitur augmentatio ⁊ alius diminutio qui quidem est in perfectam magnitudinem vocatur augmentum: qui vero ex hoc detrimentum: idest vero de magnitudine perfecta vadit ad imperfectam dicitur diminutio.

Notandum ꝙ quattuor de causis omnibus motibus predicamenti qualitatis assignatur nomen cōmune simplex ⁊ non omnibus motibus predicamenti quantitatis quarū due dantur ab Egidio: alie autem eliciū-

tur a philosopho. prima causa est quoniam cõtrarietas predicamenti qualitatis accipitur per comparationez ad materiam: ⁊ contrarietas predicamenti quãtitatis accipitur per cõparationez ad motum: sed vna ⁊ eadem materia numero est sub vtroq₃ termino contrarietatis non autem idem motus est ad vtrũq₃ terminum cõtrarietatis. ideo omnibus motibus predicamenti qualitatis competit vnum nomen: non autẽ omnibus motibus predicamenti quantitatis. ¶ Secunda causa est: quia nulla forma predicamenti qualitatis denominat seipsam: motus aliquis istius predicamenti denominat formaz: sed tantuz subiectũ: q₂ albedo non est alba neq₃ dealbatur sed subiectuz est illud quod est album ⁊ dealbatur. forme autem predicamenti quãtitatis denominat se ⁊ eiusdem predicamenti denominat illam formaz: ⁊ nõ tantũ subiectuz quia nõ soluz benedicitur esse subiectũ q̃tum magnũ aut paruuz augeri ⁊ diminui: sed etiam quãtitatez esse quãtam. s. magnaz vel paruã augeri vel diminui. Tertia causa est quia alteratio est principaliter ꝓpter materiam. augmẽtatio autẽ ⁊ diminutio est principaliter ꝓpter formaz vt colligitur de mente philosophi primo de generatione. ⁊ secũdo de anima. sed omnib⁹ materijs correspondet vnum nomen simplex nõ autem omnibus formis. ideo omnibus motibus predicamenti qualitatis sunt sub eodez genere predicamentali ⁊ verisimili de extremis tantũ ⁊ medijs vt colligitur a philosopho in postpredicamẽtis: ⁊ patet inductiue de albedine ⁊ nigredine que cõtinent sub colore: ⁊ de dulcedine ⁊ amaritudine que ꝯtinentur sub sapore: sed cõtrario predicamenti quãtitatis nõ competit vnum cõmune nomẽ sicut omnibus motibus predicamenti qualitatis. Quarta causa est quia omnia cõtraria predicamenti qualitatis sũt sub eodem genere predicabili ⁊ verificabili de extremis tantuz ⁊ medijs vt colligitur a philosopho in postpredicamentis. ⁊ patet inductiue de albedine ⁊ nigredine que continentur sub colore. ⁊ de dulcedine ⁊ amaritudine que continentur sub sapore: sed contraria predicamenti quãtitatis non habent aliquid cõmune illis ⁊ medijs: ideo motibus predicamenti qualitatis non competit vnuz cõmune nomen: sicut omnibus motibus predicamenti qualitatis. (Qui autem est secũduz locũ.) ¶ Quarta cõclusio. motus secũdũ locum sepe loquendo non habent nomen simplex cõmune neq₃ propriuz. ista cõclusio patet inductiue: quoniaz motus localis secundum genus remotum dicitur genus ad vbi. secundum genus propinquuz dicitur motus rectus ⁊ motus circularis. secundum autem speciem remotaz dicitur motus sursum ⁊ motus deorsum terre: ⁊ motus deorsuz aque. Ecce quomodo omnes isti motus locales accipiuntur secundum nomen complexum ⁊ notanter dictum in conclusione proprie loquendo quia omnibus motibus localibus potest competere illud nomen simplex locatio vel translatio: sed hoc nomen est proprie cum latio seu translatio proprie non competat nisi his que non mouentur ex se ⁊ que non habẽt principium intrinsecum sistendi motum ante finez spacij. Lege litteram. (Qui autem motus est secunduz locum ⁊ secundum propriuz ⁊ cõmune innominatus est proprie loquendo sit autem latio vocatus ꝙ cõmune est omnibus motibus localibus quãuis dicantur ferri h̃ sola proprie cum non in seipsis sit stare mutantibus locum ⁊ quecumq₃ non ipsa seipsa mouent secundum locum.

Notandum secundum cõmentatorem cõmento decimooctauo. ꝙ hoc nomen translatio dicitur in ydiomate eorum: scilicet grecorum de eis que mouentur in loco que non habent cessare in eo ex se: scilicet que mouentur violente ⁊ corporibus ipsis simplicibus ⁊ forte per hoc nomen translatio apud eos dicebatur de motibus violentis tantuz: quoniã corpora quattuor simplicia estimantur mouere se in loco: sed non habent quiescere ex se ⁊ forte hoc nomen translatio dicebatur apud eos de omni eo ꝙ mouetur in loco preter quam de habentibus animas. corpora enim simplicia non mouentur se in loco nisi per accidens: ⁊ illa que mouentur se in loco sunt animata. secundum ergo cõmentatorem hoc nomen translatio non dicatur proprie s̃m ydioma grecoꝝ de omni motu locali: sed solum de aliquibus. ⁊ potest hoc tripliciter intelligi. primo ꝙ dicatur solum de motibus violentis. Secundo ꝙ dicatur de motibus violentis ⁊ de motibus naturalibus corporuz simplicium. Tertio ꝙ dicatur de omni motu locali ꝓter q̃ de motu locali animatoꝝ. ¶ Sed dubium circa hoc ꝙ dicit cõmentator: scilicet ꝙ corpora simplicia non mouent se in loco nisi ꝑ accidens cum moueant se in loco a principio intrinseco. Ideo est dicenduz ꝙ aliquid moueri seipsum in loco cõtingit dupliciter: videlicet large ⁊ stricte. illud dicit mouere seipsum in loco large ꝙ mouet seipsum a principio intrinseco: ⁊ sic corpora simplicia mouent seipsa per se in loco: stricte autẽ illud dicitur mouere seipsuz in loco ꝙ potest sistere motuz ⁊ quiescere ante finẽ spacij ⁊ sic alia mouent seipsa in loco nõ autẽ elementa: sz dicuntur mouere seipsa per accidens inquãtuz si quiescunt ante finem spacij. hoc non est a principio intrinseco illorum: sed a principio extrinseco. ¶ Dubitatur circa litteram ꝓpter ꝙ omnibus motibus predicamẽti qualitatis correspõdet vnuz nomen simplex. s. alteratio. et oĩbus motibus predicamenti quãtitatis duo noĩa simplicia. s. augmentatio ⁊ diminutio. motib⁹ autem predicamenti vbi non competit aliqñ nomẽ simplex: neq₃ cõmune: neq₃ ꝓprium. Respondet ꝙ cõtrarietas reperta in vbi nõ accipit per cõparationẽ medij sed per cõparationẽ motus: ideo nõ habent mot⁹ locales vnũ cõe simplex: sicut nec motus predicamenti quãtitatis. eadez enim causa assignat hic que assignabatur ibi. Et quia motus localis habet duplicem terminum: videlicet s̃m materiã ⁊ s̃m formaz. terminus s̃m materiã est locus ⁊ s̃m formã est vbi: quoruz terminorum ille qui est s̃m materiam est nobis satis manifestus: ideo talis motus denominatur magis s̃z locum q̃ s̃m vbi: quia accipit denominationez a termino magis noto: ⁊ quoniã motus s̃m speciez debet denominari a termino ad quẽ s̃m speciẽ propinquo ⁊ immediato ⁊ huiusmodi terminus est ignotus s̃z speciẽ: ideo nulli motui locali competit nomẽ propriũ simplex: sed omnis talis motus exprimitur circũloquendo per terminuz compositum eo modo quo declarauit cõ. luñonec termini aut motuuz aliorũ duorum ꝑdicamentoruz sunt nobis satis noti ad sensum: quoniam termini motuuz predicamenti qualitatis sunt sensibilia propria: ⁊ termini motuum predicamenti quãtitatis sunt sensibilia cõmunia per Aristotelẽ. 2. de aĩa.

Tex. cō.19. (Que autem est). ¶ Duo dubia excludit philoso-
phus quorum primum est ꝙ videtur ꝙ non omnis
motus est de contrario in contrarium qꝛ si omnis mo
tus est de contrario in contrariuꝫ sequitur ꝙ inter for
mas eiusdeꝫ non poterit esse motus ita ꝙ a magis ca
lido ad minus calidum vel econtra non poterit esse
motus: neqꝫ a minus albo ad magis album: vel econ
tra: ⁊ patet consequentia qꝛ magis calidum ⁊ minus
calidum non sunt contraria: neqꝫ magis album ⁊ mi
nus album cum sint eiusdem speciei specialissime. Re-
spondet philosophus ꝙ omnis motus est de contra
rio in contrarium aut simpliciter aut ꝯm qd vadens
enim de calido in frigidum vel econtra vadit de con-
trario in contrarium simpliciter: sed vadens de minus
calido in magis calidum vel econtra vadit de contra
rio in contrarium ꝯm qd qm̄ vadēs de minus calido
in magis calidum recedit a frigiditate coniuncta cali-
ditati remisse ⁊ vadens de magis calido ad minus ca
lidum accedit ad frigiditatem coniunctam illi calidita
ti sed caliditas ⁊ frigiditas inuicem contrariantur igi-
tur continue est motus de contrario in contrarium. ꝙ
autem caliditati remisse sit coniuncta frigiditas patet p
regulā cōmunē di. ꝙ illud est magis: aut min⁹ in quo
plus aut minus est de suo contrario: ita ꝙ illud est al
tero calidius: ꝙ minus habet de frigiditate ⁊ illud est
altero minus calidum quod plus habet de frigidita
te. conceditur igitur ꝙ inter formas eiusdeꝫ speciei est
motus ⁊ ꝙ est contrarietas non simpliciter: sed ꝯꝫ qd
ratione contrarij coniuncti cuꝫ forma remissionis. Te.
li. (Que autem est in eadeꝫ specie. mutationi magis ⁊
minus alteratio est aut enim ex cōtrario: aut in contra
riuꝫ motus est: aut simpliciter: aut sic). i. quodāmō in
minus quidem enim vadens in contrariū dicetur mu
tari in magis aūt tanq̄ ex contrario in ipsum dif enim
nihil sic mutari. i. quodāmodo moueri de cōtrario in
contrariū aut simpliciter nisi ꝙ sic indigebat contraria
esse ita ꝙ termini motus semper sunt contrarij simpli
citer aut ꝯm qd magis aūt ⁊ minus est quo plus aut
minus contrarij insunt aut non. Deinde epilogat cir-
ca primam conclusionem di. ꝙ quidem igitur hi tres
soli motus sint ex his manifestum est.

Notandum ꝯm cōmentatorē cōmē-
to. 19. ꝙ cum transmutatio fuerit de magis in minus dicetur trāsmutari ad cō
trarium: qm̄ non sit minus nisi ex mixtione ꝯtrarij ver
bi gratia: qm̄ illud quod est magis album ꝙ transmu
tatur ad minus album dicitur transmutari ad aliq̄ ni
grum ⁊ cum econuerso dicitur transmutari ad aliq̄ ni
grum. Ecce q̄ expssetam philosophus q̄ cōmentator
ponit mixtionem contrariorum inuicem. s. calidi cum
frigido ⁊ albi cum nigro: ⁊ ꝙ album intenditur per se
parationem nigredinis ⁊ album remittitur per admi-
xtionem nigredinis: ⁊ hoc ideo qꝛ album ⁊ nigrum
sunt contraria simpliciter: qꝛ si non essent contraria nō
fieret intensio albedinis per depurationem nigredinis
neqꝫ remissio albedinis per admixtionem nigredinis
lumen enim intenditur ⁊ remittitur ⁊ vnum lumen est
altero intensius ⁊ remissius absqꝫ mixtura ⁊ depura-
tione contrarij: dicit enim Albertus hic ꝙ non semper
sit intensio ⁊ remissio per admixtionem contrarij aut
separationem a contrario aliquando enim id ꝙ intē
ditur non habet contrarium vt patet de bono ꝙ non
habet contrarium: sed priuatiue oppositum. ⁊ priua-
tio non admiscetur alicui ⁊ quando sicut est tunc sit in
tensio ex accessu ad optimum ⁊ remissio ex recessu ab
optimo. ¶ Melius tamen diceretur ꝙ intensio ⁊ re-
missio habet fieri per recessum a non gradu ad acces-
sum ad non gradum ⁊ ꝙ illud est altero intensius ꝙ
magis distat a non gradu ⁊ illud altero remissius ꝙ
magis appropinquat non gradui. ¶ Si enim calidi
tas esset infinita gradus vt octo esset intensior gradu
vt quatuor ⁊ tamen nō propinquior esset gradus vt
octo gradui summo q̄ gradus vt quatuor: quia conti-
nue esset distantia infinita concesso etiam ꝙ est deus
infinite bonitatis maior est bonitas hominis quam
equi sicut etiam maior est perfectio hominis quam
equi: ⁊ tamen non propinquior est bonitas hominis
bonitati summe quam bonitatis equi cum a quolibꝫ
gradu finito bonitatis ad gradum infinitum sit distan
tia infinita: sed homo est melior ⁊ perfectior equo: qꝛ
plus distat a non gradu bonitatis ⁊ perfectionis sim
pliciter. Ex predictis sequitur ꝙ sicut in contrarijs sim
pliciter datur magis ⁊ minus: ita in contrarijs secun-
dum quid: vnde caliditas ⁊ frigiditas contrariantur
simpliciter ac etiam albedo ⁊ nigredo contrarian-
tur simpliciter tamen magis contrariantur caliditas
⁊ frigiditas quam albedo ⁊ nigredo: quia caliditas
⁊ frigiditas sunt contraria actiua ⁊ passiua inuicem:
non autem albedo ⁊ nigredo albedo autem vt duo
⁊ albedo vt quatuor contrariantur secundum quid
ac etiam contrariatur secundum quid quantitas pe-
dalis ⁊ quantitas bipedalis ex quo inter illas quā-
titates est motus augmentationis vel diminutionis
magis tamen contrariatur albedo vt duo albedini
vt quatuor quā pedalis quantitas bipedali quanti
tati quia albedo vt duo non solum contrariatur al-
bedini vt quatuor ratione denominationis: sed etiā
ratione mixtionis contrarij scilicet nigredinis quam
includit. pedalis autem quantitas contrariatur quan
titati pedali tantum denominatiue quia non possunt
simul adequate denominare eidem sed successiue. (In Tex.
mobile autem est.) Secundum dubium est istud: quia cō.20.
videtur ꝙ non ex quolibet contrario in q̄libet con-
trarium possit fieri motus: quoniam mobile ⁊ immo
bile contrariantur inuicem sicut album ⁊ nigrum ⁊ ta
men nihil moueri potest de mobili ad immobile: ne-
qꝫ ab immobili ad mobile propter implicationem
contradictionis. ¶ Respondet philosophus di. ꝙ i-
mobile sūmitur quatuor primo illud dicitur immobi
le quia nullo modo potest moueri sicut sonus dicitur
inuisibilis: quia nullo modo potest videri: isto mo-
do dicimus deum: ⁊ centrum mundi esse immobilia.
¶ Secundo modo dicitur aliquid imobile quia tar
de mouetur ita ꝙ multo tempore vix mouetur ⁊ sic
orbis signorum dicitur imobilis secluso motu diui-
no: quia vix in magno tempore mouetur pertranse-
undo spacium insensibile cum in centum annis non
moueatur nisi vno gradu ⁊ in triginta sex milibus an-
norum compleat cursum suum: videlicet reuolutio-
nem vnam completam. ¶ Tertio modo aliquid di-
citur imobile ꝙ tarde incipit moueri: ita ꝙ grauiter ⁊
cum difficultate incipit motum: licet postquam inci-
pit motum satis velociter moueatur. Inquit enim com-
mentator hic Alexandrum dixisse ꝙ illud quod est
tardi motus: est aliud ab illo ꝙ est difficilis motus:
quoniam illud ꝙ est difficilis motus est illud ꝙ tar-


de incipit moueri non illud ꝙ tarde mouet. ¶ Quar
to dicitur illud imobile ꝙ est natum moueri: sed non
mouetur quando aptum natuz est moueri ⁊ vbi aptū
natum est moueri: ⁊ secundum ꝙ aptum natuz est mo
ueri ⁊ tale dicitur quiescere: vt graue detentum ex-
tra locum suum naturalem: dicit enim commentator
ꝙ quiescens in rei veritate est illud ꝙ caret motu in
tempore in quo innatum est moueri: ⁊ in loco in quo
innatum est moueri: ⁊ in dispositione in qua innatuz
est moueri. Ista distinctione premissa dicit philoso-
phus ꝙ mobile ⁊ imobile acceptum tribus preceden
tibus modis non contrariantur quia vt dicit cōmen-
tator illis modis dicitur aliquid immobile transum-
ptiue: sed mobile ⁊ immobile sumptum. ¶ Quarto
modo contrariantur sicut motus ⁊ quies ideo argu-
mentum non procedit quia concessum est ꝙ ex quoli
bet contrario in ꝙlibet contrarium potest fieri motus
loquendo de contrario positiuo: ⁊ non de contrario
priuatiuo. esset autem mobile ⁊ quiescens sicut motus
⁊ quies contrariantur tantum priuatiue. Lege litte-
ram. ¶ Immobile autem est ꝙ omnino impossibile est
moueri sicut sonus inuisibilis ⁊ ꝙ multo tempore vix
mouetur: aut ꝙ tarde incipit moueri ꝙ dicitur graui-
ter mobile ⁊ ꝙ aptum natum est moueri ⁊ possibile
est ipsum moueri: non mouetur autem tunc cum aptū
natum est moueri ⁊ vbi sic ꝙ quidem quiescere voco
immobilium solum ⁊ tale contrariari mobili aut mo
to: contrarium enim quies est motui quare quies pri-
uatio autem susceptiui motus: ideo inter mobile ⁊
immobile quiescens non datur motus deinde epilo-
gat circa determinata in hoc tractatu dicens ꝙ qui-
dem igitur est motus ⁊ quidem quies ⁊ quot muta-
tiones ⁊ quales motus manifestum ex dictis.

Notandum ꝙ commentator com-
mento vigesimo mo-
uet ⁊ soluit istud dubium si quiescere est non moueri
⁊ esse innatum moueri in tempore ⁊ in loco ⁊ in dispo
sitione secundum ꝙ̄ est innatum moueri sequitur: ꝙ
ista diffinitio quietis non comparatur nisi quieti violen
to: quoniam quiescens naturaliter est illud ꝙ caret
motu in loco in quo non est innatum moueri ⁊ hic
diffinitur quiescens per id ꝙ non mouetur in loco in
quo natum est moueri. ¶ Respondet commentator
dans duas responsiones quarum prima est conce-
denda ꝙ hic diffinitur quies violenta tantum ⁊ ꝙ
Aristotiles contentus est ista quiete quia manifesti-
or ⁊ notior est quiete naturali. Secunda responsio ē
ꝙ quies hic diffinita est communis quieti naturali:
⁊ violente ⁊ quieti animalis: quoniaz sicut quiescens
violento caret motu in loco ⁊ in tempore ⁊ in disposi
tione que est innatum: ita quiescens naturaliter: terra
enim naturaliter quiescens est innata moueri in hoc
tempore: ⁊ in hoc loco: idest ad hunc locum ⁊ secun-
dum eandem grauitatem ꝙ̄ habet quoniam si esset ex
tra locum naturalium non prohibita moueretur hoc
tempore ad hunc locum per grauitatem ꝙ̄ habet: sed
propter esse in loco naturali non perdit naturalem in
clinationem: neqꝫ naturalem aptitudinem sicut neqꝫ
amittit formam vel grauitatem igitur terra existens
in loco naturali est innata moueri omni tempore ad
locum illum ⁊ per ꝙlibet spacium ad locum illum ter
minatum.

Contra predicta argui
tur ꝙ motus est de priuatiuo in positiuum: ⁊ econtra
primo quia generatio est de priuatiuo in positiuum ⁊
corruptio de positiuo in priuatiuum vt determinatuz
est ⁊ tamen tam generatio ꝙ̄ corruptio est motus se-
cundum philosophuz tertio huius. Secundo omnis
motus terminantur ad quietem igitur omnis motus
est de priuatiuo in positiuum antecedens patet indu-
ctiue tam de naturali ꝙ̄ violento. ¶ Ad primū respon
det cōmentator cōmento. xi. di. ꝙ Aristotiles in tertio
non distinxit inter generationem: ⁊ corruptionez ⁊ ali
os motus hic autem declarauit ꝙ ista diffinitio non
dicitur simpliciter de istis tribus tantuz: perfectio enim
accepta in diffinitione motus qui est tanꝙ̄ genus nō
inuenitur in transmutatione que est in generatione sci-
licet quoniam ea non est perfectio diminuta de ge-
nere eius ad quem est motus scilicet de genere perfe-
ctionis complete ⁊ cum in hoc est: quoniaz forma est
indiuisibilis: ⁊ quia generatio est de non esse: solutio
igitur stat in hoc ꝙ tertio huius Aristotelis com-
muniter locutus est de motu hic autem proprie vt
est de subiecto in subiectum: ⁊ vt est actus in perfe-
ctus tendens ad vlteriorem perfectionem quorum
nulluz inuenit in generatiōe generatio enim est de nō
esse ad esse idest de priuatione ad habitum primo ⁊ i
mediate: motus autem primo ⁊ per se est de positiuo
in positiuum. Item generatio non est actus imperfe-
ctus tendens ad vlteriorem perfectionem continuam
quia per generationem acquiritur forma substantia-
lis tota simul non tendens ad vlteriorem perfectio-
nem. Item forma acquisita per generationem est indi-
uisibilis cum sit forma minimi naturalis: forma autez
acquisita per motum non est indiuisibilis sicut non in
diuisibiliter acquiritur: sed particulariter successiue cuz
motu. ¶ Ad secunduz respondet Albertus dicens ꝙ
nulla contrarietas est in genere: sed in specie: color est
in genere non habēs contrarium cum omniuz contra
riorum sit idem genus ⁊ ideo in genere quies exponi-
tur motui que est inter priuationem ⁊ habitum: sed in
specie quo ad naturam quietantem aliaz quies in spe
cie contrariatur alicui motui proprie contrarie: ita ꝙ
vtrumqꝫ est forma: ⁊ habitus hic autez nullum: ergo
genus secundum albertum habet contrarium: sed tan
tum priuationem oppositam: quia cum omnium con
trariorum sit idem genus procederetur in infinituz de
generibus contra determinationem philosophi pri-
mo posteriorum: sed species habet vt tertium videli-
cet contrarium: ⁊ priuationem vt patet de caliditate ⁊
albedine ⁊ huius: ⁊ cum motus sit de contrario in con
trarium ⁊ de contrario in priuationem vt patet sequi
tur motum habere duplicem quietem oppositam sibi
videlicet quietem priuatiuam: ⁊ quietem positiuā sub
qua naturaliter quiescit mobile ⁊ propter ꝙ̄ quietem
naturaliter mouebatur. Est igitur concedenduz ꝙ mo
tus est per se primo de habitu in quietem positiuam:
sed non in quietem priuatiuam, huius autem quies est
ad ꝙ̄ est iste motus primo ⁊ per se acquisitus per mo
tum: ita ꝙ in augmentatione idem in diminutio-
ne quies ad quam est iste motus primo ⁊ per se est
quantitas que acquiritur in motu alterationis qui-
es positiua ad quam est ille motus primo ⁊ per se est
quantitas que acquiritur in motu alterationis qui-

es positiua ad quam est ille motus primo et immediate est quantitas que acquiritur et similiter in motu locali quies positiua ad quem iste motus est vbi fluens a loco simplici etc.

Tex. cō. 1.



Ost hec autem dicamus: iste est secūdus tractatus quinto physicorum in quo Aristotiles determinat de vnitate motus postquam distinxit motum et mutationem in species suas et diuidit in duo capitula in quorum primo describit quosdam terminos facientes ad propositum suum in sequentibus: in secūdo capitulo determinat de vnitate motus semper intelligēdo de motu proprie dicto. ¶ Primū capitulum diuiditur in duas partes in quarum prima facit quod dictum est declarando et describendo istos septem terminos: videlicet simul separatum tangere medium consequenter habitum et continuum in secunda parte dicit quedam et secunda ex dictis ibi. (Sed hec determinato) prius igitur terminus diffiniendus est simul cuius diffinitio ē ista seu descriptio: simul sunt illa que sunt in eodem loco primo idest proprio. Et notanter dicitur primo seu proprio quia adesse simul non sufficit esse in eodem loco: quia sic omnia mixta: et omnia elementa essent simul quia sunt in eodem loco videlicet in celo quod dicitur esse locus cōmunis omnium que sunt infra concauum orbis lune materia autem et forma sunt simul seu albedo et dulcedo in lacte quia sunt in eodem loco primo licet non per se sed per accidens ad locationem totius vnde non inuenit aliquē esse locum proprium alicuius et tamen esse locum per accidens eiusdem. Le. li. (Post hec autē dicamus quid est simul aut extraceue) idest separatum et quid est tangere et quid est medium et quid consequenter et quid habitum et quid continuum et qualiter vnumquodque horum in qualibet re esse aptum natum sit. Simul quidem igitur dicuntur hec esse secundum locum quecunque in vno loco sunt primo.

Notandum quod est triplex simultas: videlicet durationis imediationis et adequationis: illa dicuntur esse simul simultate durationis que sunt in eodem tempore sicut illa dicuntur priora prioritate durationis que sunt in priori tempore: et illa sunt posteriora posterioritate durationis: que sunt in posteriori tempore iuxta doctrinam Aristotilis in post predicamentis. Illa sunt simul simultate imediationis inter que nullum corpus cadit scilicet contigua aut continua: et sic loquitur de simultate philosophus. 7. huius di. quod in omni motu mouens et motum sunt simul: illa vero sunt simul simultate adequationis que non se extendunt in eodem loco: neque vnum est extra reliquum et de tali simultate loquitur philosophus cum dicit simul sunt illa que sunt in eodem loco primo non enim loquitur de omni simultate secundum locum et hoc ipse exprimit in littera di. simul quidem dicunt hoc esse secundum locum quecunque in vno loco sunt primo. (Separatum autem.) Secundus terminus diffiniendus est separatum cuius diffinitio est hec in numero singulari separatum est illud quod est in alio loco primo: in numero vero plurali separata sunt illa que sunt in alio et in alio loco primo et hoc siue fiat per se in loco siue per accidēs duo enim homines localiter separantur et duo accidentia in diuersis subiectis sed illi separantur localiter per se accidentia vera diuersorum subiectorum separantur localiter per accidens. Le. li. (Separatum autem) esse habent quecunque sunt in altero loco primo. Tex. cō. 22.

Notandum quod aliqua dicuntur separari negatiue: quia vnū non est aliud et sic loquitur philosophus secundo de anima di. separatur autem hoc ab hoc tanquam perpetuum a corruptibili comparando gradum intellectiuorum ad gradum sensitiuorum et sic etiam separantur conceptus mētales: vt colligitur a philosopho tertio de anima aliqua separantur diffinitiue: quia sunt simul secundum se: sed habent diuersas diffinitiones: et sic separantur accidentia a subiectis suis secundum philosophum in multis locis non secundum esse sed secū dum rationem et diffinitionem aliqua: separantur cōmensuratiue ita quod vnum est mensura alterius eo modo quo loquitur philosophus quarto huius di. quod locus separatur ab eo cuius est locus: aut ambo mensurantur diuersis mensuris et sic loquitur hic philosophus de separato cum dicit illa inuicem separari que sunt in diuersis locis primis. (Tangere autem.) Tertius terminus diffiniendus est tangere cuius descriptio est hec tangere se dicuntur illa quorum vltima sunt simul nam quandocunque aliqua duo sic se habent: quod totum attingit totum necessario sunt simul vt albedo et dulcedo in lacte his enim competit idem locus primus vbi autem vnum excederet reliquum aliquo modo sic quod non se attingerent secundum totum non dicerentur esse simul: sed linee se tangunt secundum duo puncta indiuisibilia simpliciter igitur illorum punctorum totum attingit totum igitur illa puncta sunt simul et sunt vltima linearum igitur linee tangunt se: quia vltima sunt vnum similiter duarum superficierum se tangentium vltima sunt simul: videlicet due linee: quia quelibet illarum linearum attingit aliam secundum totum. Etiam duorum corporum se tangentium vltima sunt simul: videlicet due superficies se inuicem simpliciter attingentes secundum latitudinem cum nullam habeant profunditatem Lege litteram. (Tangere autem.) Se dicuntur illa quorum vltima simul sunt.

Notandum puro secundum commentatorem cōmento 22. quod in mathematicis duo vltima reuertuntur in vnū et sic assimulantur continuo: in natura vero duo vltima remanent duo determinata ita quod due linee vt sunt forme mathematice non possunt habere duo vltima simul sed statim cum venirent ad immediationem ita duo reuertuntur in vnum ita duo puncta corrumperentur et generaretur vnus tertius cōtinuas illas duas lineas inuicem recte sicut quando due aque veniunt ad immediationem statim continuantur vt duo vltima illarum fiunt vnum: linee autē vt sunt termini cor

porum naturaliũ habent duo vltima demonstrata nõ faciem vnũ propter q̃ cãm ille linee dñr contigue ⁊ non continue q2 vltima non sunt vnũ:sed sunt simul ¶ Ratio istorum potest esse ista: nam ea que sunt diuersarum rationum inquantum huius non possunt habere idem vltimum ⁊ consequenter non possunt cõtinuari aliqua vt ignis ⁊ aer:aliqua sunt eiusdem rationis sic terminabilia termino proprio q̄ determinauit sibi certam figuram vt duo homines ⁊ duo equi ⁊ talia iterum non possunt habere idem vltimum: neq; possunt inuicem continuari:aliqua sunt eiusdem rationis terminabilia termino proprio sed non determinant sibi certam figuram vt duo lapides duo ligna ⁊ talia possunt habere idem vltimum ⁊ possunt inuicem continuari:quia duo lapides possunt inuicem continuari non tamen quandocunq; veniunt ad imediationem inuicem continuantur:in aliqua vero sunt eiusdem rationis que non terminantur termino proprio sed alieno vt due aque vel duo ignes ⁊ talia quandocunq; veniũt ad imediationẽ semp inuicẽ continuatur:quoniam illorum vltima semper resoluuntur in vnum. Cum igitur omnes linee sint eiusdem rationis:⁊ omnes superficies inuicem ⁊ omnia corpora predicamenti quantitatis sint et eiusdem rationis ⁊ forme mathematice secundum q̄ huius non terminantur termino proprio sed terminantur secundum exigentiam formarum naturalium igitur forme mathematice vt sic nunq̄ habent simul in actu duo vltima:sed cum veniunt ad inmediationem statim fiunt continue:q̄ igitur aliqua puncta sint imediata corpora predicamenti quantitatis hoc non est ex proprijs rationibus illorum:sed tantum ex habitatione formarum naturalium quibus subtractis omnia contigua fierent continua.

Secundo notandum secundum cõmentatorem eodem cõmento q̄ Aristotiles per simul intendit hic illa que sunt in loco ⁊ secundum hoc erunt in loco per accidens quoniam vltima non sunt in loco essentialiter. cõmentator excludit hic vnum dubium nam possit aliquis dicere si corporum contingentium se vltima sunt simul ⁊ ista dicuntur esse simul que sunt in eodem loco primo per philosophum igitur vltima corporum se tangentium sunt in eodem loco primo. Respondet commentator q̄ phs p eē simul nõ intẽdit eē in loco p se sz tñ in loco p accidens modo ista vltima ⁊ si non sunt in loco per se:sunt tamen in loco per accidens vt patuit quarto huius. Sed adhuc est difficultas:quia vltima duorum corporum se tangentium non sunt in loco nisi per accidens ratione illorum corporum que sunt in loco per se sed ista corpora non sunt in eodem loco primo quia non habent locum proprium eis cõmunem: neq; per se neq; per accidens igitur vltima illorum non sunt simul ex quo non sunt per se: neq; per accidens in eodem loco proprio. Ideo dicitur q̄ Aristotiles nõ consimiliter accepit simul in descriptione primi termini:⁊ huius tertij:quia ibi accepit simul vt importaret simultatem adequationis:hic autem accipitur in iportat simultatem in mediationis talia enim vltima sunt simplr imediata cũ inter ea nihil mediet diuisibile vel indiuisibile. (Medio vero.) Quartus terminus diffiniendus est medium cuius descriptio est ista:medium est illud q̄ mobile secundum naturam aptum natum

Tex. co.22.23. ⁊.24.

continue mutans prius contingit q̄ vltimum primo dicitur secundum naturam quoniam duplex est mobile videlicet secundum naturam vt corpora inanimata seu non habentia sursum: ⁊ mobile secundum appetitum vt animalia mobilia. secundum naturam non sistunt motum ante finem spacii deducto impedimento:mobilia autem per appetitum vt animalia sistunt motum ante finem spacij etiam quocunq; impedimento remoto:intendit ergo philosophus q̄ medium spacii est prius acquisibile q̄ vltimum a mobili secundum naturam sic q̄ medium spacij esset medium motus q̄ tamen non est necessariũ in mobili per appetitum:quoniam simul animal sistat motum suum ante finem spacij: medium eiusdem spacij non erit medium motus. Secundo dicitur in diffinitione aptum natum ad denotandum mobile secundum naturam non semper prius attingere medium q̄ vltimum:quia posset impediri: vnde porcio terre mota deorsum non prius attingit medium q̄ vltimum scilicet centrum mundi intentum ab illa quia habet impedimentum sed sufficit q̄ sit apta nata prius attingere medium q̄ vltimum imo ratione impedimenti illud q̄ est medium in spacio posset esse extremum seu vltimum. tertio ponitur in diffinitione vltimum tanq̄ differentia essentialis medij precedẽtis ipsum medium ordine nature: vnde si datur medium datur vltimum ⁊ non econtra ad hoc enim q̄ sit medium necessario sunt tria neq; sufficiunt pauciora tribus: videlicet ipsum medium ⁊ duo extrema non autem si est vltimum necessario sunt tria:sed sufficit q̄ sint duo videlicet ipsum vltimum ⁊ primum cui vltimum contrariatur:in generatione enim ⁊ corruptione datur primum ⁊ vltimum scilicet duo extrema que inuicem apponuntur ⁊ non datur medium quia quelibet illarum mutationum est de contradictorio in contradictorium modo contradictio est oppositio cuius non est dare medium secundum philosophum primo posteriorum Quarto ponitur in diffinitione continue ad denotandum medium illum esse continuum quo prius attingitur medium q̄ extremum que quidem continuitas non accipitur ex parte spacij sed ex parte temporis ita q̄ requiritur continuitas temporis non autem spacij vnde aliquis statim post primam cordam cithare potest sonare vltimam vbi patet motum manus esse continuum ex continuatione temporis: spacium autem non esse continuum videlicet prima ⁊ vltima corda sicut contingat de animali moto super lapides discontinuos ⁊ de terra mota per aerem ⁊ per aquam spacia continue sunt discontinua ⁊ tamen motus est continuus idem etiam in alijs mutationibus accipit q̄ motus est continuus ⁊ res que acquiritur est discõtinua:sanatio enim est motus continuus: ⁊ tamen sanitas cum intercisione temporis acquiritur: augmentatio etiam viuentis est motus continuus ⁊ tamen minima naturalia que acquiruntur per illum motum discontinua sunt sicut discontinue ⁊ intercise acquiruntur. Quinto ponitur in diffinitione principali prius ad denotandum distantiam inter terminum a quo ⁊ terminũ ad q̄ seu inter primum ⁊ vltimum extremum per quam distantiam fit motus proprie dictus que quidem in motu locali mensuratur linea recta:qm̃ mẽsura dz esse vnã vt habet.10.metaphysice:dz etiam esse finita quia infinitum non mensuratur ex quo est igno

tum vt habetur primo huius: linea quidem recta est minima: quia inter duo puncta non potest dari linea minor ꝗ recta quelibet arcualis protracta eodem puncto ad eundem fieri punctum est etiam linea recta finita quia inter duo puncta non protrahitur nisi vna linea recta infinite autem curue possunt protrahi vt manifestum est. Lege litteram. (Medium vero est illud in ꝙ mobile aptum natum est primum) .i. prius pertingere mutās ꝗ in ꝙ vltimum mutat scḋm naturam: ⁊ continue mutans: in minimis autē est medium ita ꝙ medium non importat pauciora tribus. vltimum enim quidem mutatio ꝙ importatur per medium. contrarium est inter que datur medium continue aūt mouetur ꝙ nihil aut paucissimum defuit rei. idest spacij non temporis nihil enim prohibet motum esse continuum deficiente continuatione rei super quam fit motus non temporis vt statim autem post ꝗ [illegible] idest primam sonare vltimam: idest post cordam grauem subito sonare acutam: sed rei in ꝗ mouetur. idest secundum ꝗ fit motus. Hoc autem: ꝙ dictum est de intercisione ⁊ in his que sunt secundū locum ⁊ in alijs mutationibus manifestum est contrarium autem secundum locum ꝙ posterius acquiritur ꝗ medium est secundum rectitudinem distans plurimum: idest multum distat a primo contrario quorum distancia per lineam rectam mensuratur. minima enim ⁊ finita est linea recta medium autem finitū est ⁊ minimum.

Notandum primo secundum commentatorem cōmento. 22. ꝙ si motus fuerit in loco intererit locus scilicet locus primus ad quē motus mouetur: ⁊ similiter si motus fuerit ī qualitate intererit prima qualitas ad quā transmutatur transmutatum quoniam [illegible] est: vt hic sit prim⁹ locus ⁊ quomodo ē prius locus apparet ex hoc ꝙ diximus ꝙ motus non habet motum intendit cōmentator probare ꝙ mobile primo localiter mouetur ad locum: ⁊ mobile alteratiue primo mouetur ad qualitatem: quoniam mobile localiter: aut primo mouetur ad motum localem vel ad locum: sed non primo mouetur ad motum localem: igitur primo mouetur ad locum. ¶ Similiter mobile alteratiue aut primo mouetur ad motū alterationis: aut primo ad qualitatem sed non mouetur primo ad motum alterationis: igitur mouetur primo ad qualitatem ꝙ autem mobile localiter non moueatur primo ad motum localem: neq; mobile alteratiue ad motū alterationis manifestum est ex determinatis in quibus ostēsum est ꝙ ad motum non est motus per se. Intelligendū ꝙ cōmentator dicit in motu locali aliquē esse primum locum non loquitur de primo loco secundū numerum: quia sicut inter instans inceptionis motus: ⁊ quodlibet instans futurum sunt infinita instantia ita inter locum in quo est mobile a termino a quo: ⁊ quēlibet alium locum acquirendum sunt infinita loca media accipiendo locū pro superficie: eo modo quo accipit Aristotiles quarto huius si enim daretur primus motus acquisitus in motu locali duo loca essent immediata ⁊ consequenter due superficies essent immediate ⁊ duo instantia essent immediata in quibus mobile acquireretur illa duo loca que omnia sunt cōtra determinationē Aristotilis sexto huius. Similiter non est dare primam quantitatem acquisitam in motu alterationis: quoniam quacunq; data ante illam dabatur prior aliter in motu alterationis daretur primum mutatum esse contra philosophum sexto huius non igitur datur primus locus secundum numerū in motu locali sed datur primus locus secundum speciem: quoniam si terra inducatur a concauo lune ad centrū mundi datur primus locus ad quem mouetur secundum speciem: videlicet elementum ignis non etiam datur prima qualitas in motu alterationis secundū numerum: sed secundum speciem: quoniam si aliquid alteretur a nigro in album transeundo per colores medios: quia non sunt infinite species colorum datur primus color in specie: scilicet viredo vel aliquis alius alterius speciei a nigredine: videlicet ad quem alterabile primo alteratur ⁊ hec est intentio commentatoris.

Secundo notandum secundum cōmentatorem cōmento [illegible] ꝙ plura mota continue deficiunt aliquantulum in intentione: vt alia que ambulant: ista autem que natant aut volant non deficiunt in intentione omnino: ⁊ intendit cōmentator per intentionem spacium necessario ⁊ per se requisitum ad motum: vnde mota localiter sunt in triplici differentia quedam non mouentur in spacio sed tantum supra spacium vt corpora celestia: quedam non mouentur in spacio sed tantum supra in spacio: vt grauia ⁊ leuia mota sursum ⁊ dorsum ac etiam pisces in aqua ac aues in aere: quedam autem mouentur tam in spacio quam supra spacium: vt animalia gradientia ⁊ ambulantia homines enim ⁊ equi mouentur supra terram: ⁊ mouentur in aere pertranseundo ⁊ diuidendo illum: corpora celestia non indigent per se spacio in quo mouentur sed bene indigent spacio supra ꝙ mouētur quia remoto spacio in quo mouentur adhuc mouerentur talia animalia moto spacio supra ꝙ mouentur non amplius mouerentur aīalia gradientia: quia indigent spacio fixionis pedum sed aīalia natantia ⁊ volancia indigent per se medio seu spacio in quo mouentur: scilicet aere ⁊ aqua. Dicit ergo cōmentator ꝙ spacium requisitum ad motum animalium ambulancium non necessario est continuum neq; contiguum sed deficit aliquantum a continuitate ⁊ contiguitate quia possunt esse decem lapides supra quos sit deambulatio inuicem distantes per se vnum palmum continue spacium autem requisitum ad motum natancium ⁊ volancium necessario est continuum vel contiguum: propterea dicit philosophus in littera continue autem mouetur: quia nihil aut paucissimum deficit ponit illam particulam nihil propter illa que per se indigent spacio in quo mouentur necesse est talia mobilia continue tangere spacium in quo mouentur ita ꝙ non deficiat spacium a principio vsque ad finem motus: ponit autem illam particulam paucissimum propter animalia ambulantia que non indigent continuitate nec contiguitate spacij supra ꝙ mouentur debent tamen partes istius spacij parum distare inuicem vt aīalia illa possint continuare motum. Sed dubitatur primo contra diffinitionem medij. nam inter album ⁊ nigrum sunt colores medij: videlicet rubedo paledo fuscedo viredo ⁊ huius ⁊ tamen mobile potest transire de albo in nigrum ⁊ econtra non attingendo aliquem mediorum colorū ¶ Secundo dubitatur de ista ꝙ dictum est de continuitate motus ꝙ stat motum esse continuum ⁊ spacium esse discontinuum. immo intercisum sic quod non est continuum neque contiguum vt dictum fit

quarto et sexto huius quod motus capit continuitatem a magnitudine supra quam est motus igitur non potest esse motus continuus et magnitudo discontinua.

¶ Ad primum dicitur quod duplex est medium videlicet per se et per accidens medium per se est medium secundum mutationem sine quo non potest fieri motus sicut partes quantitatiue in motu locali augmentationis et diminutionis que quidem sunt eiusdem rationis cum termino ad quem in motu vero alterationis motus per se est quelibet pars intensiua eiusdem rationis cum termino ad quem nihil enim potest moueri ab a loco ad b locum nisi pertranseat partes quantitatiuas intermedias neque aliquid potest moueri a pedali ad tripedale nisi pertranseat quantitatem bipedalem non enim potest aliquid moueri ab albedine vt secundo ad albedinem vt octauo nisi acquirat albedinem vt quarto et vt sexto: medium per accidens est medium secundum naturam sine quo potest fieri motus vt aqua et aer in motu corporum simplicium licet enim corpora simplicia indigeant medio ad hoc quod moueantur non tamen indigent aqua neque aere quoniam et si esset sola quantitas sine substantia a concauo lune ad centrum terre per illud medium posset moueri vtraque porcio terre vt fuit declaratum quarto huius: aer tamen et aqua dicuntur media secundum naturam: quoniam illa ordinata sunt a natura propter complementum vniuersi. ¶ Et ex hoc est solutum argumentum quoniam rubedo et paledo et talia sunt media per accidens inter album et nigrum non autem sunt media per se gradus enim et partes intensiue albedinis et nigredinis sunt media per se. ¶ Ad secundum est responsum quarto huius dicendo quod continuum dupliciter diffinitur vno modo pro illo cuius partes copulantur ad vnum terminum communem et sic continuitas motus non est a continuitate magnitudinis alio modo pro eo quod est diuisibile in infinitum et sic motus cepit continuitatem a magnitudine supra quam fit motus quoniam motus non esset continuus nisi magnitudo supra quam fit motus esset diuisibilis in infinitum.

Tex. có. 25. ¶ Consequenter autem. Quintus terminus diffiniendus est consequenter ens cuius descriptio est ista: consequenter ens est illud quod est post aliud sine medio eiusdem generis ita quod tria requiruntur ad hoc quod aliquid sit consequenter ens alteri. primum quod illa habeant ordinem inuicem secundum prius et posterius: et hoc secundum positionem aut speciem secundum positionem quidem vna domus est ens consequenter alteri domui cum vna est prius alia in ciuitate: secundum vero speciem et formam numerus est ens consequenter vnitati et homo alteri numerus enim non est tantus neque in quiditatibus sed forma et species pro quanto vnitas se habet per modum forme respectu omnium numerorum cum diffiniatur numerus per vnitatem et animal includatur intrinsece in hominem tanquam pars essentialis eius diffinitiua a qua homo non potest separari dicit enim philosophus secundo huius quod partes diffinitionis sunt forme. Secundum quod requiritur ad hoc quod aliquid sit consequenter ens alteri est quod inter illa nihil mediet eiusdem generis et sic vna domus est consequenter ens alteri domui dato quod nulla domus mediat inter illas quantumcunque medient alie non eiusdem rationis vtputa arbores ligna lapides et huius sint ergo tres domus. a. b. c. et patet quod a b. consequenter se habent et etiam. b. c. quantumcunque medient homines aut equi vel alia non coincidentia in denominatione domus sed. a. c. non consequenter se habent ex quo mediat. b. eiusdem generis et eiusdem denominationis. ¶ Similiter vnitas est consequenter ens alteri vnitati: et linea linee sed inter illas vnitates secundum quod sunt vnitates non mediat aliqua vnitas et si inter alias lineas secundum quod linea sit nulla alia linea mediat quantumcunque alia mediaret. Tertium quod requiritur est quod consequenter ens alteri sit illo posterius in eodem ordine quo dicitur consequenter ens ideo vnitas non est consequenter ens dualitati: neque binarius ternario sed magis econtra quia vnitas non est post dualitatem neque binarius post ternarium sed econuerso propterea dicitur bene dualitatem esse consequenter ens vnitati et ternarium binario non autem econtra similiter prima luna noua non est consequenter ens secunde lune ex quo precedit illam sed secunda luna est consequenter ens prime noue lune quia est post illam inter quas lunationes nulla alia lunatio precedit. Te. li. (Consequenter autem) ens est illud quod cum post principium solum sit aut positione aut specie aut aliquo sic determinatorum nullum medium est eorum que sunt in eodem genere et cuius consequenter est illud ens. Dico autem vt linea linee secundum quod sunt linee aut vnitatis vnitas secundum quod sunt vnitates aut domus domus aliud autem nihil prohibet medium alterius generis esse consequenter enim alicui consequenter ac posterius est aliquid est non enim vnum consequenter est duobus neque noua luna secunde consequenter sed hoc illi.

Notandum quod antiqua translatio sic habet: et quod dicitur sequi in illo quod est post principium: aut in situ: aut in forma: aut in alia intentione. Ubi dicit commentator commento. 25. et dicitur sequi in re que est post aliam que est quasi principium aut in situ sicut dicimus domum sequi aliam domum: aut in forma specifica: verbi gratia quod animal ambulans sequitur hominem et intendit per istam intentionem sequens secundum naturam: verbi gratia quod dualitas sequitur vnitatem et trinitas dualitatem et cum dicimus quod in sermonibus narratio sequitur prohemium et estimatur quod subiecti hoc collocatur sequens secundum plurium et est oppositum ei quod est secundum naturam. Hec est distinctio commentatoris quod consequenter ens alteri contingit quadrupliciter. primo secundum situm eo modo quo dicimus domum sequi domum: aut turris turrim. primo in forma specifica eo modo quo dicimus animal ambulans sequi hominem: videlicet dum seruus sequitur dominum aut canis hominem possessorem: tertio secundum naturam eo modo quo binarius sequitur vnitatem et quidem numerus maioris multitudinis vnitatum numerum minoris multitudinis vnitatum. quarto secundum philosophum eo modo quo dicimus narrationem sequi prohemium: et argumentum suppositiones. ¶ Ex quibus patet quod sicut per intentionem philosophus in antiqua translatione intelligit ens consequens secundum naturam ita cum dicit in noua translatione: aut aliquo sic determinatorum intelligit ens consequenter alteri secundum naturam et secundum philosophum et per ens consequenter alteri secundum formam intelligit philosophus indifferenter duo animalia quorum vnum est consequens reliquum in ambulando aut secundum quod est immediate consequens sibi propinquum genus aut

suā imediatam differentiam eo mō quo ego exposui i declaratione littere. (Harum autē est). 6. termin⁹ diffi
Tex. co. 29. niendus est habitum cuius descriptio est ista habituz est illud ꝙ est post aliud per contactum sic ꝙ habituz est species consequenter entis: vnde omne habituz est consequenter ens ⁊ non econtra: siue enim se tangant consequenter encia siue non tangant non est cura dū modo inter illa non sit medium eiusdem rationis: sed ad hoc ꝙ aliqua sint habita oportet ꝙ se inuicem tangant ⁊ sint immediata propter ꝙ causam inter ea que sunt habita nō potest esse motus quoniam omnis mutatio est de opposito in oppositum opposita autem sunt duplicia. s. pertinentia ad transmutationem vtputa de contradictorio in contradictorium ⁊ de contrario in contrarium inter ꝯdictoria non daſ medium ſʒ bene inter contraria cum igitur nihil sit medium inter ea que tangunt se: sequitur ꝙ inter habita non potest esse motus bene autem potest esse generatio: vel corruptio ex quo inter opposita contradictoria non datur medium. l. c. li. (Habitum autem est ꝙ consequenter est cum tangat: quoniam omnis mutatio in oppositis est: opposita autem contraria ⁊ que ſm contradictionem sunt contradictionis autem nihil mediuʒ manifestum est ꝙ in contrarijs mediuʒ, igitur contraria inter que est motus non se tangunt nec sunt habita.

¶ Sed dubitatur qꝛ dicit philosophus ſcḋo de anima ꝙ impossibile est duo corpora se inuicem immediate tangere igitur nulla. duo sunt inuicem habita. Respondetur ꝙ Aristo. loquiſ ibi de corporibus duris seu siccis positis in aere vel in aqua: ſp enim inter huiusmodi corpora mediat aer aut aqua non autem inter omnia corpora similiter qm̄ elementa se inuicem tangunt ⁊ sunt similiter imediata ac omnia corpora celestia aliter procederetur in infinitum i corporibus.

Tex. co. 6. (Continuum autem) Septimus ⁊ vltimus terminus diffiniendus est continuum cuius descriptio est hic cōtinuum est illud ꝙ ē imediatuʒ alteri quorum vltima sunt vnum: vnde sicut habitum est species consequenter entis ita continuuʒ est habiti aliquid. s. pars subiectiua eius cum oē continuum sit habitum ⁊ non econtra: corpora enim plura se tangentia sunt habita ſʒ nō sunt continua qꝛ non faciunt vnuʒ sicut sunt elementa ⁊ corpora celestia illud enim ꝙ est continuuʒ alteri facit vnum cum illo et significat nomē continui idē eniʒ est continuum ꝙ alteri continuari ⁊ cum alio facere vnum ꝙ nō eēt verum si vltima illorūʒ essent duo ergo ꝙ continui vltima sint vnum. l. c. li. (Continuum autem est quidem ꝙ habitum) aliquid ꝙ non est vr̄e habitum sit tm̄ aliquid eius dico aūt ꝯtinuum cū idē fiat ⁊ vnus vtriusq3 terminus que tanguntur ⁊ sicut significat nomen continetur ꝙ est continuuʒ alteri ab vno ꝙ est totum respectu amborum. Hoc aūt esse non pōt cum duo sint vltima qm̄ tūc ex his nō fit vnum.

Notandum ſm cōmentatorē cōme. 16. ꝙ i naturalibus dicimus ꝙ continua sunt illa quorum vltima sunt vnum naturaliter vt in mēbris cōtinuis ⁊ in artificibus quādo vltima eorum fiunt vnum per artificium in mathematicis qꝛ dicimus ꝯtinua quādo vltimuʒ vnū ymaginatur esse cōmune cum eis vt punctus ꝙ est cōmune duabus lineis ⁊ linea duabus superficiebus ⁊ ista cōtinuatio non est naturalis: ⁊ hic intēdimus describere continuationem naturalem: triplex igitur est continuatio ſm cōmentatorem: vʒ naturalis artificialis ⁊ mathematicalis cōtinuatio naturalis est illa qua aliqua continuantur inuicem per medium naturale ⁊ sic continuantur membra animalium: ⁊ partes plantaruʒ diuersarum rationum mēbra enim animaliuʒ continuātur neruis ⁊ musculis aut alijs cōsimilibus partes autem plantarum continuantur virgultis ⁊ humoribus viscosis: continuatio artificialis est illa qua aliqua inuicem continuantur per medium artificiale ⁊ sic continuantur asseres in naui clauo: ⁊ lapides in muro: vʒ calce aut bitumine continuatio mathematica est illa q̄ aliqua inuicem vniuntur seu continuantur per medium mathematicum huiusmodi autē mediū est quoddam indiuisibile cōmune rebus continuans vt punctus respectu linearum ⁊ linea respectu superficierum ⁊ superficies respectu corporum. ¶ Et dicitur continuās mathematicum esse indiuisibile ⁊ cōmune rebus mathematice continuatis: qm̄ mediuʒ continuans rēs naturales aut artificiales non est indiuisibile neq3 est ꝓprie in rebus continuans ſʒ ē quid diuisibile separatū ab illis: medium autem continuans formas mathematicas est indiuisibile: aut similiter vel ſm aliquam dimensioneʒ ⁊ est ſm se totū in quolibet ꝯtinuatorꝰ.

Secundo notandū ꝙ terminorū nominatorū quidaʒ sunt principaliter intenti ⁊ quidam non principaliter intenti: vnde consequenter ens habitum ⁊ continuum principaliter intenduntur a phō: qꝛ horum cognitio maxime definire videtur ad cognoscendam vnitatem motus de qua determinabit in sequenti capitulo sed simul ⁊ separatum ⁊ tangere ⁊ medium non principaliter intenduntur a philosopho sed ideo de illis determinauit qꝛ eorum cognitio deseruit ad cognitionem eorū que sunt ꝯsequenter encia ⁊ que sunt habita ⁊ que sunt ꝯtinua.



Et hoc determinato. Ista est secūda pars huius capituli in qua pmissis descriptioībꝰ terminorū facientium ad noticiaʒ dicendorum de vniuersitate motus philosophus infert quatuor correlaria ex declaratione trium vltimorum terminorum de quibus principaliter intenditur quorum primum est istud in illis rebus inuenitur continuum in quibus reperitur vnitas per cōtactū. Scḋm correlarium consequenter ens habitum ⁊ continuuʒ essentialiter ordinantur ordine principali (Ibi manifestum autem.) Tertium correlarium ad motum est vltimum ſm generationem ꝙ tribus nominatis est essentialiter subordinatum. (Ibi quare in fertus.) Quartum correlarium dato ꝙ separenſ vnitates ⁊ puncta adhuc vnitates nō essent puncta. (Ibi quare sicut vnitas.) Primum correlariuʒ declaratur sic continuum est illud cuius motus est vnus per Ari. quinto metaphysice ita ꝙ illud est continuum alteri ꝙ mouetur ad motum illius vbi est vnitas per contactum ibi mouetur vnum ad motum alterius igitur in his rebus inuenitur continuum in quibus est vnitas per contactum: minor est euidens inductiue: quoniam non mouetur vna pars virge: quando alia moueatur dato ꝙ vna viuat: ⁊ altera sit mortua: quia ille partes faciunt vnum per contactum non etiaʒ moueſ vna tabula nauis quādo alia moueatur ⁊ hoc ideo quia faciunt vnum per contactum claui ⁊ ita de alijs

Et quia quodlibet contineri est vnum totum sicut diuersimode aliqua inuicē continuant ita diuersimode faciunt vnum totum. Et ꝙ diuersimode continuentur aliqua manifestum est: nam aliqua cōtinuantur clauo sicut asseres ⁊ ligna nauis aliqua cōtinuantur colla seu bitumine vt carte inuicē ⁊ lapides parietū: aliqua ꝯtinuantur ꝯsolidatione vt metalica inuicē ꝯiuncta p artem ere vel argento aliqua aūt ꝯtinuantur insercione vt folium ramo ⁊ ramus trunco ⁊ hoc siue fiat per artem siue per naturā. Le.li.(Sed hoc determinato) manifestum est ꝙ in his est quidem ꝯtinuum ex quibus ē aliqd vnum aptum natum fieri sm contactum: ⁊ sicut aliquando fit continuum diuersimode sic ⁊ totū vnū erit aliter ⁊ aliter vt aut poro.i.clauo: aut collo: aut tactu.i.consolidatione aut ad nascētia.i.in sercione.

Notandum sm cōmentatorē cōmento.27. ꝙ vtriusqȝ ꝯtinuorum fit vnū quādo illic nō fuerit vltimū cōe inter illa s. qm̄ vltimum destruitur. Intelligit cōmen. ꝙ discontinua pñt dupliciter ꝯtinuari primo per corruptionē duorū vltimorū ⁊ generationē vnius tertij: vt quādo ex duabus lineis fit vna linea: aut ex duabus aquis fit vna aqua: non enim ꝯtinuātur due linee inuicē quādo corrūpuntur duo puncta ⁊ alius generatur: vȝ copulans ⁊ ꝯtinuans illas duas lineas inuicē. nō ēt continuantur due aque quādo corrumpuntur due superficies ⁊ vna tertia generetur cōis ambab⁹ aquis per ꝯtinuationē aliquando aūt discōtinua possunt inuicē ꝯtinuari absqȝ corruptione vltimorū ⁊ generatiōe medij eo mō quo aliqua ꝯtinuant colla aut ꝯsolidatiōe. ¶ Sed dubitatur ostendēdo ꝙ clauus vel colla aut ꝯsolidatio vel insertio nō facit ꝯtinuationē qȝ ꝯtinuū est illud cui⁹ ptes copulant ad vnū terminū cōem indiuisibilē per Aristo. i pdicamētis capl'o de quātitate sic corpora iuicē cōiuncta clauo aut colla ꝯsolidatione aut isertiōe nō copulant p vnū terminū cōeȝ idiuisibilem: igitur nullum illorū facit ꝯtinuationē. ¶ Respōdetur ꝙ ꝯtinuū accipit dupliciter: vȝ stricte ⁊ large: cōtinuū stricte sūptū est illud cuius ptes copulantur ad vnū terminū cōem ⁊ sic nullum istorū noiatorū facit ꝯtinuationē: neqȝ aliqua sic ꝯiuncta sunt continua ꝯtinuū aūt large sūptū est illud cuius motus est vnus sic ꝙ semp mota vna parte alia mouet intelligēdo de motu locali puro excludente rarefactionem ⁊ ꝯdēpsationē ⁊ sic loquitur de ꝯtinuo hic phs cū dicit oīa illa facere ꝯtinuationē ⁊ ex oībus sic copulatis ⁊ ꝯtinuatis fieri vnū totū. ¶ Ex dictis sequitur primo ꝙ sicut ꝯtinuitas large sumpta non est eiusdē rationis in omnibus ꝯtinuis: ita nec cōtinuitas stricte sumpta. prima pars est euidēs qȝ ꝯtinuitas ꝓueniēs a clauo non est eiusdē rōnis cū ꝯtinuitate ꝓueniente a colla sicut neqȝ sunt eiusdē rōis clauus ⁊ colla. ¶ Scōa declarat: qm̄ continuitas successiuorū nō ē eiusdē rōis cū continuitate permanentium: neqȝ oēs continuitates permanētium sunt eiusdem rōnis inuicē sicut neqȝ omnes cōtinuitates: vnde continuitas temporis non est eiusdē rationis cū continuitate quantitatis celi quia indiuisibile copulans partes inuicem temporis non est eiusdem rōnis cum indiuisibili copulante partes inuicem quantitatis celi. non enī sunt eiusdē rationis continuitas motus ⁊ cōtinuitas temporis qȝ mutatio seu mutatum esse ꝙ copulat partes inuicē motus nō est eiusdem rationis cū instanti copulante partes temporis inuicē: non etiam sunt eiusdem rationis continuitates linee superficiei ⁊ corporis sicut neqȝ indiuisibilia facientia illas continuitates: vȝ punctus linea ⁊ superficies. Secundo sequitur ꝙ non oēs diuisibilitates sunt eiusdem rationis siue accipiatur diuisibilitas large siue stricte ex quo enim tempus ⁊ motus sunt diuersarum rationum ac etiam linea superficies ⁊ corpus sicut ⁊ indiuisibilia ⁊ continuitates istorum ita ⁊ diuisibilitates eorum cū diuisibilitas sit passio continui loquendo de diuisibilitate in infinitū sic enim diffinitur continuum. 1.3.⁊.6. huius per esse diuisibile in infinitū (Manifestum autem. Scōm totuȝ) consequēter ens Tex. cō.28. habitum seu contactum ⁊ continuum essentialiter ordinātur ordine principali ita ꝙ primū in ordine principali est consequenter ens. sm habitum vel contactum. tertiuȝ vero tanꝙ minus cōe est continuū vnde omne habitum seu contactum est consequenter ens et non econtra qm̄ vna pars diffinitionis est consequēter post aliam. s. dña post genus: ⁊ tamen differentia non est habita generuȝ neqȝ contāgens genus i mūs est ēt consequēter ens ⁊ non contactus qm̄ dualitas est consequenter ens vnitati ⁊ tamen nō tangit eā: contactus enim non inuenitur nisi in rebus ꝯtinuis aut in terminis rerum continuorum: genus enim ⁊ differentia seu vnitas ⁊ numerus sunt forme simplices nullam continuitatem habentes neqȝ terminantes continuitates rerum. Similiter oē ꝯtinuum est habituȝ vel contactum ⁊ non econtra: quecunqȝ enim habent idē vltimum habent vltima simul. sed nō quecunqȝ habēt vltima simul habēt idē vltimū: ceta enim inuicē ⁊ corpora celestia iuicē habent vltima simul: sed nō habēt idē vltimū vt arguatur sic quecunqȝ inuicē continuantur se inuicem tangūt ⁊ non ecōtra igitur in plus se habent habitum ⁊ contactum ꝙ continuū: antecedens ē manifestū de aere ⁊ igne que se inuicē tangunt ⁊ non inuicē continuantur. Le.li.(Manifestū aūt ⁊ ꝙ primū) Inter illa tertia consequenter est tactū quidē enim est necesse consequenter esse ꝙ consequenter aūt est nō necessarium est tangere: vnde ⁊ in prioribus ratione sicut sunt genus ⁊ differentia consequenter est ac etiam vt i mūs tactus autem non est in illis ⁊ si quidem cōtinuuȝ est necesse est vnū esse tangere si vero tangit nō dū ꝯtinuū ē nō enim necesse ē vnū eē ipsorū vltima si simul sunt sed si vnum sunt necesse ⁊ simul vltima esse.

Notandum sm Egidiuȝ hic ꝙ sicut habitum seu contactuȝ est prius continuo ita vnitas est prior pūcto ⁊ numerus est prior continuo: qȝ si principiū numeri precedit principiū continui oȝ ꝙ numerus precedat continuuȝ ⁊ ꝙ vnitas sit prior puncto videtur ex eo qȝ pūctus superaddit vnitati sitū ⁊ positionē: cū vero dicitur tertio huius ꝙ numerus causatur ex diuisione continui hoc est materialiter ⁊ q̄ si p accidēs: numerus enim causatur ex collectione vnitatū: ꝙ aūt causetur ex diuisione continui hoc ideo est qȝ diuiso continuo resultant in plures vnitates ⁊ ex hoc non debemus arguere continuū esse prius numero qȝ sicut numerus causatur ex diuisione continui sic ⁊ continuū causari potest ex coniunctione numerorū: sicut enim diuidendo cōtinuū efficitur numerus sic si numerata coniungerent clauo: aut colla vel aliquo alio modo resultaret ideȝ continuū. ¶ Sed contra si prius est vnitas ꝙ punct⁹ ⁊ numerus que est quantitas discreta ꝙ continuum ⁊ omne prius stat esse absqȝ suo posteriori sine contradictione per diuinā potentiā: vel per ymaginationem

Notandum secundum Burleum. q quando fit motus inter formas specie differentes. verbi gratia a nigro vel palido in album non inducitur albedo ad quam est motus: neque aliquid illius ante vltimum tantū motus q ipse multis rationibus probat: quorum alique sunt hic ⁊ alie in secundo capitulo primi tractatus huius quinti. primo igitur arguit omnem alterationem esse inter formas eiusdem speciei si continue per motum aliquid introducitur de termino ad quem: quoniam si immediate post hoc erit aliqua albedo inducta: ⁊ ita pro quolibet instanti erit alia ⁊ alia albedo inducta: sequitur q continue post hoc erit albefactio ab albedine imperfectiori ad albedinem perfectiorem: sed albedo perfecta ⁊ imperfecta sunt eiusdem speciei. igitur continue vsque ad finem motus ista albefactio erit inter formas eiusdem speciei. ¶ Secundo sequitur q motus ab albo in nigrum per omnes colores medios esset vnus motus continuus ⁊ secundum speciem. patet consequētia si continue inducitur aliqua nigredo per illum motum: sed consequens est falsum. quia huius motus vna pars est defuscatio: ⁊ alia palisicatio: ⁊ alia rubefactio: ⁊ sic de aliis motibus mediorum colorum: ex quibus indubie non potest fieri vnus motus cum differant specie: sic ⁊ termini ad quos vadunt. ¶ Tertio sequitur. non omnem dealbationem cum qualibet dealbatione esse eiusdem speciei: quoniam si fiat motus a fusco valde remisso ad album. fuscedo intenditur in aliqua parte istius motus: sed secundum illam formam que intenditur fit motus: igitur aliqua pars istius motus est defuscatio: que non est eiusdem speciei cum illo motu per quem intenditur albedo: sicut nec albedo ⁊ fuscedo sunt eiusdem speciei: sed quelibet pars motus a nigro in album est dealbatio: si continue inducitur aliquis gradus albedinis alique dealbationes non sunt eiusdem speciei. ¶ Quarto sequitur q non est dare semper primum instans rei permanentis contra philosophum octauo huius. ⁊ patet consequentia: quia sicut dealbatio incipit per remotionem de presenti ita ⁊ albedo: sic q sicut non datur simpliciter prima albefactio: neque simpliciter prima albedo: quoniam quacunque data ante illam remissior est inducta. ¶ Quinto sequitur q omnis motus qui est de contrario in contrarium subito fieret contra philosophum in hoc quinto. ⁊ probatur consequentia. quia imediate post primū instans alterationis est aliquid de termino ad quem: igitur si alteratio fiat a summo nigro immediate post hoc erit aliqua albedo: ergo subito fiet transitus de nigredine ad albedinem: sed albedo ⁊ nigredo sunt contraria. ergo ⁊c. ¶ Sexto sequitur q vbi acquiritur in motu locali: quod probatur esse falsum. nam si prius acquiritur vna pars vbi quam alia: aut illa pars primo acquisita manet quousque alia pars sit acquisita. vel nō: si non igitur partes ipsius vbi terminantis motum non acquiruntur particulariter: si sic aut in eadem parte corporis: aut in alia. si in eadem illa pars continue quiesceret cum haberet illud ibi ⁊ tamen totum mouetur q est impossibile. si autem fiat in alia parte sequitur q migrat de subiecto in subiectum q est inconueniens.

Contra hanc opinionem est expresse philosophus ⁊ commentator primo huius. ⁊ in hoc quinto secundum q ostendi in locis propriis ⁊ magis ostendam cum declarabo inferius expressam esse intentionem commētatoris ꝯtraria manere simul: ⁊ q proportionaliter sicut vnum expellitur aliud introducitur. vnde data ista positione nunquam esset per se motus de contrario in cōntrarium contra determinationem philosophi in hoc quinto. Et probatur consequentia. ideo enim ad substantiam: ⁊ ad sanitatem: ⁊ ad virtutem: ⁊ ad figuram non est per se motus: quia ista indiuisibiliter acquirantur in fine motus vt colligitur a philosopho in hoc quinto ⁊ septimo huius. si igitur in motu qui est a nigro in album: vel a frigido in calidum prius expellitur tota nigredo ⁊ frigiditas quam inducatur aliqua albedo aut caliditas: sed tantum in fine habet esse aliqua latitudo tota simul albedinis vel caliditatis sequitur inter illas formas non esse motum per se: ex quo caliditas ⁊ albedo indiuisibiliter acquiruntur. ¶ Item sequitur q motus qui est a frigido in calidum non est per se calefactio: quoniam accidit illi motui quod per eum acquiratur caliditas: quoniam talis motus possit desinere ⁊ terminari ad aliquem gradum remissum frigiditatis: ⁊ ex hoc sequitur q calefactio potest esse ad frigiditatem tanquam ad terminum per se primo: quoniam talis motus est calefactio: ⁊ potest non esse calefactio extrema commune gradus remissi frigiditatis. ¶ Item Aristoteles ponit expresse sexto huius. q omne quod mouetur continue est partim in termino a quo ⁊ partim in termino ad quem. mirabile est q tota latitudo caliditatis vel frigiditatis successiue particulariter deperdatur ⁊ non successiue particulariter acquiratur: cum res eo modo corrumpatur quo generatur ⁊ econtra.

¶ Ad primum argumentum Burlei negatur consequentia: quoniam tota alteratio erit tantum inter formas specifice differentes: licet enim quelibet pars totius alterationis terminata ad finem temporis erit inter formas eiusdem speciei: nulla tamen pars eiusdem alterationis incipiens a principio temporis motus erit inter formas eiusdem speciei: nec sequitur immediate post hoc erit aliqua albedo inducta: igitur tota albefactio erit inter formas eiusdem speciei. vnde ordine nature tota albefactio precedet totam albedinem inducendam. ¶ Ad secundum concedo consequētiam ⁊ consequens non ad hunc intellectum q ex omnibus motibus factis inter album ⁊ nigrum fiat vnus motus continuus per gradus extremorum pter quam erunt alii motus alterius speciei qui non continuabuntur inuicem: neque cum illo motu qui erit ab albo in nigrum: sed erunt discontinui: ⁊ sicut sub rubedine ⁊ paledine sunt albedo ⁊ nigredo non denominātes subiectum: ⁊ ex hoc dicuntur esse potentia in subiecto: ita sub motibus mediorum colorum erit nigrefactio in potentia cum non denominabit corpus nigrefieri: sed denominatio tm̄ fiet a motibus mediorum colorum: tandem autem post inductionē vltimi medii coloris nigrefactio in potētia fiet nigrefactio in actu: quoniam tunc denominabit in actu suum subiectum nigrefieri.

¶ Ad tertium negatur consequentia ⁊ ad probationem dico ꝙ defuscatio non erit aliqua pars dealbationis: quoniam iam concessum est ꝙ preter motum defuscationis datur alius continuus transiens tantum essentialiter ⁊ per se gradus albedinis ⁊ nigredinis: non enim potest esse aliquis motus de albo in nigrū vel econtra quando fit aliquis motus in qualitatibus primis distinctis ab illo: ita non potest esse aliquis motus a fusco in palidum neq̧ a fusco remisso ad fuscum intensum quando fit aliquis motus inter albedinem ⁊ nigredinem specifice differens a quolibet istorum. ¶ Ad quartum negatur consequentia: licet enim non detur primum instans albedinis vel nigredinis: secundum se ⁊ quolibet suicū dat primū instās cuiuslibet illarum hunc intellectum ꝙ ista est ⁊ nō fuit ⁊ ꝙ quelibet istarum pro aliquo instanti habet totum suum esse simul ⁊ non in aliquo tempore vel instanti: ante conceditur tamen ꝙ subiectum sanitatis ⁊ fieri nigrū datur primum instans fuisse ꝙ̄ albedinis ⁊ nigredinis: quia substantia sanitas ⁊ similia incipit esse secundum se ⁊ quodlibet sui: ita ꝙ est dare aliquam substantiam sanitatem vel figuram in aliquo instanti incipientem esse ante quod instans non fuit aliquid istius. ¶ Ad quintum dicitur ꝙ idem argumentum potest fieri contra eum quoniam si in fine motus est albedo ⁊ immediate ante finem est nigredo sequitur ꝙ est subitus processus vnius contrarij in alterum contrarium: ideo dico quod intentio philosophi est motum esse de contrario in contrarium ex eo quia quibuscunq̧ duobus gradibus signatis duorum contrariorum propter distantiam inter illa contraria non potest fieri mutatio subiecti eo: sed necessario successiue: licet enim precedendo a nigro in album immediate post hoc erit nulla tamen albedo immediate post hoc erit: sed quacunq̧ data illa successiue acquiretur ⁊ tempus erit antequam illa erit. ¶ Ad sextum concedo ꝙ vbi ad ꝙ est per se motus successiue partibiliter acquiritur ⁊ ꝙ omnes partes eius simul sunt: non tamen in eadem parte corporis moti: ⁊ concedo ꝙ eadem pars numero continue est in alia ⁊ in alia parte mobilis non tamen propter hoc migrat de subiecto in subiectum tamen vbi non possit moueri neq̧ sit subiectiue primo in aliqua parte mobilis sed tātum in mundo vt in quarto determinatum est.

Tex. co.34.



Quis aūt huius sit. Secunda distinctio est ista ad hoc ꝙ aliquis motus sit vnus numero tria requiruntur: videlicet vnitas numeralis mobilis vnitas numeral' termini ad quem: ⁊ vnitas numeralis temporis: oportet enim ꝙ tempus sit vnum non interruptum. ꝙ enī requiratur mobile patet quia necesse est si sit motus ꝙ aliquid moueatur scilicet homo vel aurum aut aliquid aliud: ꝙ etiā requiratur terminus ad quē manifestum est: quia si aliquid mouetur necesse est ꝙ moueatur ad quantitatem vel qualitatem aut ad vbi: ⁊ quot requiratur tēpus hoc est notum quoniam omnis motus est in tempore vt est determinatum quarto huius. Et subiungit philosophus ꝙ horum terminorum quedam sunt simul vnum genere vel specie: videlicet mobile ⁊ terminus ad quem: quoniam aliqua mobilia sunt simul eiusdem speciei vel eiusdem generis vt sor. ⁊ plato: ⁊ aliqui termini ad quem sunt simul eiusdem generis vel speciei vt due quātitates tres albedines ⁊ quattuor vbi: sed nulla tempora sunt simul eiusdem speciei vel eiusdem generis: sed tempora solum sunt habita .i. imediata ⁊ consequenter se habētia. Istud subiungit philosoph' ad denotandum ꝙ licet ad vnitatem numeralem motus requiratur vnitas numeralis illorum terminorum videlicet mobilis temporis ⁊ termini ad quem: non tamen ad vnitatem specificam vel genericam motus requiritur vnitas generica vel specifica mobilis aut temporis: vnde aliqui motus sunt eiusdē speciei: ⁊ tamen mobilia sunt diuersarum specierū vt constat de motibus corporum inanimatorum deorsum: si etiam esset possibile tempora esse diuersarum specierum non oporteret tempus esse vnum spē si motus esset vnus spē: sed sufficit vnitas specifica termini ad quem ad concludēdum aliquos motus esse vnus spē sicut dictum est in prima distinctione: ꝙ illi motus sunt vnus specie vel genere qui sunt ad terminos eiusdem speciei vel eiusdē generis: ⁊ illi motus sunt distincti specie vel genere qui sunt ad terminos diuersarum generum aut diuersarum specierum. Lege litteram. (Quis autē huius sint.) scilicet motus vnus numero manifestum est diuidentibus idest distinguentibus ea que requiruntur ad motum: tria enim sunt secundum numerum circa que dicimus motum vnum ꝙ idest mobile ⁊ in quo idest terminus ad quem ⁊ quando idest tempus: dico autem ꝙ scilicet mobile: quoniam necesse est aliud esse ꝙ moueatur vt hominem aut aurum: aut in aliquo hoc moueri vt in loco aut in passione scilicet in quantitate vel qualitate: ⁊ quando etiam requiritur: in tempore enim esse mouetur: horum autem terminorum nominatorum genere quidam aut specie esse vnum est idest contingit inuenire scilicet in mobili ⁊ in re in qua mouetur idest in termino ad quem non autem in tempore simul: habitum autem erat in tempore: ita ꝙ in tempore inuenitur habitum scilicet immediatio ⁊ consecutio non autem simultas plurium temporum nō cōmunicantium.

Notandum secundum liccen. hic ꝙ non solum illa tria requiruntur ad vnitatem materialem motus scilicet vnitas numerabilis mobilis: vnitas numeralis termini ad quem: ⁊ vnitas numeralis temporis: sed etiam requiritur vnitas numeralis termini a quo est motus: ⁊ vnitas numeralis vie medie per quem est motus: ⁊ dicit ꝙ Aristotiles tangit vnitatem numeralem horum trium scilicet termini a quo ⁊ termini ad quem: ⁊ vie cum dicit ⁊ in quo. Et preter ista dicit Burleus requirit vnitas numeralis motoris: ita quod plures motores successiue moueant aliquod mobile non erit motus vnus numero vt patet per philosophum octauo huius dicentem: ꝙ motus proiectionis non est vnus eo ꝙ in illo motu non est vnum mouens tantum: tangit autem philosophus implicite motorem cum dicit ꝙ ad motum vnum numero requiritur vnitas numeralis mobilis expresse autem non tangit quia nondum declarauit ꝙ omne ꝙ mouetur:

movetur ab alio. ¶ Sed mihi videtur ꝙ non plura requirantur ad motus unitatem numeralem ꝙ̄ ea que philosophus exprimit in littera non enim requiritur unitas numeralis termini a quo imo neqꝫ unitas specifica: qꝛ in motu dealbationis a nigro in album per omnes colores medios non tm̄ nigrum est terminus a quo: sed etiam fuscum palidum rubeum ⁊ huiusmodi cum per illum motum corrumpantur omnes hi colores: non dicuntur termini ad quem nisi propriorum motuum: qꝛ terminus ad quē est ille quo habito cessat motus qꝛ non cessat motus dealbationis nisi habita albedine intēta per motorem ideo sola albedo est terminus ad quem motus dealbationis: que quidem dealbatio est unus motus numero sicut ⁊ terminus ad quē non obstante ꝙ multi fuerunt successiue termini a quo diversarum rationum. ¶ Non etiam requiritur unitas numeralis vie a termino a quo ad terminum ad quē: qm̄ a concauo lune ad medium mūdi per omnes speras elementorum fieret motus unus numero si aliqua terra descenderet non prohibita: ⁊ tamē via per quam fieret motus non esset una numero neqꝫ species specialissima. ¶ Et ex eodem apparet ꝙ nō requiritur unitas numeralis motoris imo neqꝫ unitas specifica: qm̄ plures homines simul trahunt unam nauim uno motu numero ⁊ plures boues ⁊ equi trahūt unū currum: hoc autē ꝙ dicit philosophus. 2. huius ꝙ plures motores successiue constituunt diuersos motus illud est concludendum ex quo non sequitur ꝙ ad unitatem numeralem requiratur unitas numeralis motoris cum iam exemplariter oppositum est ostēsum: nō igitur per mobile intelligit philosophus motorem ut dicit Burleus neqꝫ per in quo intelligit ultra terminum ad quem terminum a quo ⁊ viam ut asserit lincoñ. sꝫ ꝙ bene ostendunt exempla philosophi in littera quibus non exprimit viam neqꝫ terminum a quo: (Sim-

Tex. co. 35. plicitur autem.) Postquam philosophus expressit illa tria que requiruntur ad unitatem numeralem motus manifestans exemplariter nullum motum posse fieri absqꝫ mobili ⁊ tempore ⁊ dispositione ad quā est motus iam ostendit illa tria debere esse indiuisibilia ⁊ eadem numero si motus debet eē unus numero: qm̄ igitur motus denominatur a termino ad quem: oꝫ necessario terminum ad quem esse unum numero si motus fuerit unus numero: non enim ad duas albedines est una dealbatio siue sint in diuisis subiectis siue ī eodem siue faciant unum numero siue non unde si in una hora acquiratur motu cōtinuo tota latitudo albedinis a non gradu usqꝫ ad gradum ut. 8. ad duas medietates albedinis non est tota albefactio: sed due medietates motus sunt ad duas medietates forme ⁊ totꝰ motus ad totam formam cum totum non sint sue partes Item ad unitatem numeralem motus etiā requiritur unitas numeralis temporis: ita ꝙ tp̄s non sit interruptum neqꝫ deficiat sic ꝙ in qualibet parte temporis sit aliqua pars motus: ⁊ in quolibet instāti temporis significati sit mutatio aut mutatum esse eiusdem motus copulans motum preteritum cum motu futuro: ideo motus contrarij facti in duabus horis imediatis: aut motus eiusdem speciei prouenientes a diuersis motoribus successiue in temporibus non faciunt unum motum numero: qm̄ in instanti medio nō est aliqua mutatio: neqꝫ mutatum esse copulans motum preteritum cum motu futuro: si igitur duo tales motus in temporibus imediatis non faciunt unum motum numero a fortiori si illi motus fient in temporibus mediatis inter que cadat quies media non poterunt illi constituere unum motum numero. Requiritur ulterius ad unitatem numeralem motus unitas numeralis mobilis s. per se non per accidēs: nam cum motus sit actus mobilis inquantum mobile unus motus non habet nisi unum mobile per se: per accidens autem potest habere plura dato enim ꝙ idem sit coriscus. s. motu ambulationis ⁊ motu denigrationis ab albo in nigrum: tunc coriscus in casu isto est per se subiectum utriusqꝫ motus: sed album est subiectum per accidens motus deambulationis ⁊ ambulans est subiectum per accidens motus denigrationis: ⁊ sicut datur unum subiectum per accidens unius motus: ita possunt dari infinita. s. musicum imusicum dulce amarum ⁊ sic de infinitis: unus igitur motus numero habet tantum unum mobile numero per se: licet possit habere infinita per accidens. Et ꝙ unus motus numero sit tantum unum mobile numero per se declarat Aristo. qꝛ aliter duo homines possunt simul sanari eadem sanitate numero scilicet sanitate oculorum ꝙ est inconueniens: ⁊ probatur consequentia: quia si non requiritur unitas numeralis mobilis sed sufficit unitas specifica sor. ⁊ plato sunt eiusdem speciei: igitur poterunt sanari eodē motu sanationis numero: sed una sanatio numero est ad unam sanitatem numero: sicut una dealbatio numero est ad unam tantum albedinem numero ut ostēsum est: igitur sor. ⁊ plato poterunt sic sanari sanitate oculorum eodem numero ꝙ est inconueniens: quia ille due sanitates non sunt eadem sanitas numero: sicut neqꝫ ille sanationes sunt una sanatio numero: sed tantum specie. Lege literam. Simpliciter autem unum unitate numerali: in omnibus his est prius nominatis: ⁊ naturam in quo est: scilicet terminum ad quem unum oportet esse ⁊ indiuisibile in diuisione opposita multi ut speciem ipsam seu formam ad quem est motus: ⁊ ipsum quando unum tempus ⁊ nō deficiens ⁊ ꝙ mouetur unum esse debet per se non secundum actus ut album dum contingit nigrum fieri ⁊ coriscum ambulare: unum autem est coriscum ⁊ album: sed secundum accidens: ideo quilibet illorum motuum habet plura substantia ⁊ plura mobilia unum per se ⁊ unum per accidens: neqꝫ cōmune in specie vel in genere debet esse mobile si motus sit unus numero: esset enim: idest contingeret duos homines simul sanari secundum eandem sanitatem numero ut ophtalmie idest ab infirmitate oculorum: sed non unus hic ē motus numero: sed specie unus est.

Notandum primo secundum commentatorem commēto trigesimoquinto: ꝙ si motus est unus numero necesse est ut illa natura in quo est motus sit una numero idest indiuiduum demonstratum specie illius nature ⁊ necesse est in uno motu secundum numerum ut illud in quo est motus scilicet materia motus sit unum numero. Et intelligit cōmentator per naturam in qua est motus ipsum mobile ⁊ per materiam motus terminum ad quē non quidē ultimo indiuisibiliter acquisitum sed successiue partibiliter per motum: cum ergo sit differentia inter motum ⁊ materiam motus sequitur ꝙ cōmentator ⁊ philosophus loquuntur continue in tractatu isto de motu secundū formā: ⁊ non de motu

ſm materiam cum tractant materiam de vnitate motus cuius oppoſitū dicit Burleus: vꝫ ꝙ philoſophus hic non loquitur niſi de motu ſm materiam.

Secundo notandum ſm cōmentatorē eodem cōmento ꝙ motus eſt vnus numero neceſſe eſt vt res mota ſit vna in numero: non per accidens: qm̄ ſi fuerit vna per accidens tūc erit poſſibile vt moueatur motibus duobus inſimul in eodē tempore verbi gratia: qm̄ albus ⁊ ſoꝛ. ſunt idē per accidēs: qm̄ accidit ꝙ ſoꝛ. ſit albus ⁊ ideo poſſibile eſt vt hoc vnū per accidens moueatur duobus motibus inſimul vt nigreſiat ſm ꝙ eſt album: ⁊ ambulet ſm ꝙ eſt ſoꝛ. Duplex eſt ſubiectum motus vꝫ per ſe ⁊ per accidens verbi gratia ſubiectum motus per ſe deambulationis eſt ſoꝛ. ſubiectum autem per accidens ē album: qm̄ accidit ſoꝛti ambulanti ꝙ ſit album ſicut accidit albo ꝙ ſit ſoꝛ. aut ꝙ ſit ambulans: album igiť mouetur duobus motibus ſimul vno motu per ſe: vꝫ nigreſactionis ⁊ vno motu per accidens: vꝫ deambulationis: mobile per ſe nunꝙ mouetur: niſi vno motu ⁊ hoc accipiendo mobile per ſe ſm formam: qꝛ dicente philoſopho in principio huius quinti ꝙ alterius ⁊ alterius motus eſt aliud ad aliud ſubiectum accipiendo tamen mobile per ſe ſm materiam ſic idem mobile mouetur per ſe pluribus motibus per ſe vt ibidem determinatum eſt.

Contra predicta arguiť ⁊ primo ꝙ ad vnitatem numeralē motus nō requiritur vnitas numeralis tempoꝛis: qm̄ aliquis motus eſt vnus numero ⁊ tamen tempus non eſt vnū numero igitur ⁊c. pꝫ conſequentia ⁊ antecedēs arguitur ponēdo ꝙ in prima parte hoꝛe future inducatur in ſubiecto aliqua tota latitudo albedinis a non gradu vſqꝫ ad gradum: vt quarta ⁊ in tertia parte īducatur in eodem ſubiecto adequato alia medietas: vꝫ a gradu vt quarto vſqꝫ ad gradum vt duo ⁊ arguitur ſic omnis albedo vna numero eſt acquiſita per vnum motum numero ſed tota albedo a non gradu vſqꝫ ad gradū vt octo eſt albedo vna numero dato ꝙ ſimus iam in fine hoꝛe cū ex duabus medietatibus albedinis acquiſitis in eodem ſubiecto fiat vna albedo numero: igitur tota hec albedo eſt acquiſita per vnum motum numero cū prima ⁊ tertia pars tempoꝛis hoꝛalis ſicut medietates ex quibus non ſit vnū tp̄s numero. ¶ Secundo arguitur ꝙ ad vnitatem numeralē motus nō requiritur vnitas numeralis termini ad quem: qm̄ poſito vacuo ſic ꝙ infra latera celi ſeu infra concauū oꝛbis lune nihil eſſet adhuc lapis moueretur a concauo lune verſus medium mundi motu continuo: ⁊ tamen nullus eſſet terminus ad quē per caſuꝫ. Similiter poſſibile eſt ꝙ ſit aliqua vna calefactio vel albefactio cōtinua per totam vnam hoꝛam: ⁊ ꝙ in fine hoꝛe nō erit aliquid iſtius caliditatis vel albedinis acquirende in tota hoꝛa dato ꝙ ꝓpoꝛtionatr ſicut generať albedo aut caliditas ab vno agente ab altero coꝛrumpatur. ¶ Tertio arguitur ꝙ ad vnitatem materialē motus nō requiritur vnitas numeralis mobilis ponēdo exēplum cōmune de cane deſcendente moꝛiente in via ante finem motus in caſu iſto mobile nō eſt idem per totum motum: qꝛ in vna parte eſt canis: ⁊ in alia cadauer: ⁊ tamen motus eſt vnus numero ꝙ declaratur ſic ſi in materia canis nulla fuiſſet foꝛma ſubſtantialis: ſꝫ tm̄ grauitas cum aliꝭ accidentibus illa fuiſſet mota a principio vſqꝫ ad finem motu continuo vno numero igitur ſiue ponatur ī materia iſta foꝛma canis ſiue foꝛma cadaueris non minus cōtinuatur idem motus numero: idem pꝫ de gutta aque deſcendente cuius continue aliqua pars coꝛrumpitur aut euaneſcit ī caſu iſto motus eſt vnus numero ⁊ continue coꝛrumpitur mobile: qꝛ ad coꝛruptionem partis rei ianimate ſequitur coꝛruptio totius. Si etiam duo lapides ligarentur inuicem ⁊ mouerentur deoꝛſum continue eſſet idem motus numero: ⁊ tamen mobile non eſt vnum: ſed plura ſunt mobilia ſicut plures ſunt lapides in actu. Conſimiliter poteſt argui ī aliꝭ motibus a motu locali ponendo ꝙ vnus ignis comburat canem ⁊ etiam cadauer genitum ex cane ſtante ſemper eadem applicatione agentis ad materiam: ⁊ patet ꝙ mobile eſt diuerſuꝫ in hoc motu calefactionis: ⁊ ꝙ ſit idem numero calefactio tam in cane ꝙ̄ in cadauere arguitur: actio agētis eſt ꝯtinua ex quo non habet impedimētū ⁊ paſſio materie: eſt continua etiam ⁊ vna numero cum ſit oppoſita actioni: igitur etiam motus a principio ad fineꝫ eſt vnus motus: eo ꝙ actio ⁊ paſſio ſunt in motu per Ariſto. tertio huius. Iteꝫ poteſt argui de augmentatione ꝙ eſt vna numero in embꝛione ⁊ in animali genito ex illo cum ſit eadē virtus numero ⁊ caloꝛ materialis in quolibet illoꝛum potens continuare actionem agētis. ¶ Quarto arguitur ꝙ iſta tria non ſufficiunt: qꝛ ſi ſoꝛ. in prima medietate hoꝛe future traheret vnaꝫ nauim: ⁊ plato in ſecunda medietate traheret eandē nauim tempus eſſet idem numero non deficiens: qm̄ in qualibet parte hoꝛe future nauis moueretur terminus etiam ad quē eſſet idem numero: vꝫ totum vbi acquiſitum a principio vſqꝫ ad finem ⁊ mobile eſſet idem numero ꝯtinue: vꝫ nauis ⁊ tamen motus non eſſet vnus numero: qꝛ ſit aduerſis motoꝛibus ſucceſſiue. Iteꝫ pono ꝙ in prima medietate hoꝛe future a ignis inducat in ſoꝛte adequate caliditatem vt. 2. ⁊ in ſecunda medietate hoꝛe b ignis inducat aliam caliditatem vt. 2. etiam in ſoꝛte adequate ⁊ patet ꝙ tempus eſt vnum numero ⁊ non deficiens cum in qualibet parte illius alteretur ſoꝛ. ⁊ terminus ad quem eſt vnus numero. ſ. caliditas: vt quarta ⁊ mobile eſt vnum numero: ⁊ tamen motus non eſt vnus numero ex quo ſit a diuerſis motoꝛibus ſucceſſiue iuxta determinationem Ari. 3. huius. ¶ Ad primuꝫ dicitur ꝙ ſicut prima ⁊ tertia pars hoꝛe non inuicem continuantur: ita neqꝫ motus facti in illis partibus inuicem continuantur ⁊ per conſequens ex illis duobus motibus non ſit vnus motus numero: ⁊ cum dicitur omnis albedo vna numero eſt acquiſita per vnum motum numero concedo per ſe vel per accidens: vnde prima medietas albedinis eſt per ſe terminus primi motus: ⁊ ſecunda medietas albedinis eſt per ſe terminus ſecundi motus ⁊ qꝛ in fine ſecundi motus continuatur prima medietas albedinis cum ſecunda medietate: igitur tota albedo eſt per accidens terminus ſecundi motus ⁊ per accidens acquiſita eſt per ſecundum motum: quoniam accidit ſecundo motui ꝙ albedo per ſe acquiſita per illum cōtinuetur albedini acquiſite per ſolum motum: licet igitur ex albedine prime partis hoꝛe ⁊ ex albedine tertie partis hoꝛe ſiat vna albedo numero non tamen ex motibus earūdem partium ſit vnus motus numero propter quietem mediam ī tota ſecunda parte eiuſdē hoꝛe albedo enim cū ſit res ꝑmanēs pōt expectare tēpoꝛe quietis alteꝛ albedinem facientem vnum cum prima albedine: motus autem cum ſit res ſucceſ-

sius non potest expectare alium motu₃ tpe quietis ex
quibus duobus motibus possit fieri vnus motus nu
mero. ¶ Ad secundum dicitur ꝙ motus ille non pos-
set esse localis nisi ꝑ ipsu₃ acquireretur locus aut vbi
a principio vsq₃ ad finem se habens acquiritur vnu₃
vbi continuum sicut motus cuius pars preterita non
manet cum futura in fine autem motus esset acquisitū
indiuisibiliter vnum vbi magis tamdiu ꝙdiu lapis
quiesceret in medio mundi: sicut ergo motus esset con-
tinuus: ita terminus ad ꝙ esset continuus v₃ totu₃ vbi
acquisitum a principio vsq₃ ad finem: licet totu₃ illud
non maneat in fine. Cō similiter dicitur in casu alio de
albefactione ⁊ calefactione ꝙ sicut calefactio aut de-
albatio erit vnus motus numero: ita habebit vnam
caliditatem vel albedinem vnam numero: non quidē
in fine hore: sed in tota hora: ⁊ iste casus ostēdit ꝙ ter
minus ad quē motus ē non est ꝓprie illud ꝙ vltimo
est indiuisibiliter acquisitum per motum cum nullum
sit tale in casu isto: sed illud est ꝓprie terminus ad quē
motus ꝙ successiue acquiritur per motum. ¶ Ad ter-
tium respōdetur cōmuniter ⁊ faciliter ꝙ motus canis
⁊ motus cadaueris non faciunt vnum motum nume-
ro: sed sunt motus discontinui contigui tñ ⁊ imediati
siue sint locales siue sint motus alterationis: non eti-
am augmentatio embrionis ⁊ augmētatio animalis
sunt vna augmentatio numero si sunt imediate discō-
tinui tamen nō habentes terminum copulantem. Iste
modus respondendi est mihi satis dubius: qm̄ frigi-
ditas aque pōt ꝯtinuare actionem suam per tota vnā
horam dato ꝙ continue habeat passum dispositum
consimiliter ⁊ in vna medietate hore coniungatur for
me aque ⁊ in alia medietate forme terre igitur per idē
grauitas canis potest continuare motum suum per to
tum vnum tempus quantūcunq₃ continuetur formis
diuersis dummodo habeat mediu₃ vniuoce continue
neq₃ aliūde ab extrinseco impediatur ⁊ sicut ratio sua
sit non minus moueret grauitas deorsum materiam
nudam ꝙ actuata₃ forme substantiali igitur qualiter-
cunq₃ in materia varietur forma substātialis dummo
do maneat eadem grauitas cū alijs requisitis ad mo
tum continuabitur motus. Item non apparet quādo
virga in vna medietate viuens: ⁊ in alia non viuens
moueātur deorsum vno motu numero ex quo est ea-
dem grauitas numero ꝯiuncta simul parti viue ⁊ par
ti non viue: igitur per idem si in vna parte tēporis eēt
vna virga tota viuens ⁊ in alia parte tota non viuēs
ꝯtinuaret motus. ¶ Deinde arguitur ꝙ iste due ca
lefactiones ꝯtinuant: qm̄ ignis in instanti generatōis
cadaueris habet eādem applicationem ad materiam
eius ꝙ ante habuit ⁊ ꝙ postmodum habebit: sed ime
diate ante illud instans agit ⁊ etiam imediate post igi
tur in illo instanti agit in eandem materiam: ⁊ ita ar-
guatur de augmētatione embrionis: qm̄ ista fit per al
terationem caloris non deficientis ab occasiōe sua ex
quo manet calor idem: ⁊ materia eadem in embrione
⁊ in animali sicut igitur alteratio est vna numero in ge
nerato ⁊ incorrupto ita ⁊ augmētatio est vna nume-
ro. ¶ Dicendum igitur ꝙ ad vnitatem motus non re
quiritur vnitas mobilis propinqui ꝙ est compositu₃
ex materia ⁊ forma substātiali: s₃ requirit vnitas mo
bilis remoti ꝙ est prima materia que quide₃ si varia
retur in dubie motus non esset vnus numero ex quo
[illegible] eade₃ grauitas aut leuitas numero manet in ge
nerato ⁊ corrupto etiam idem motus localis nume-
ro manet in ambobus: ⁊ si eadem caliditas ⁊ frigidi-
tas numero manet i esto generato ⁊ corrupto ꝑ₃ p₃
scdo de generatōe eadem calefactio ⁊ frigefactio nu-
mero manet ex quo manet eadem materia sub amba
bus formis recipiens transmutationem. Et si adduci-
tur philosophus primo de generatiōe ⁊ in hoc quin-
to di. ꝙ hec est differentia inter motum ⁊ generationē:
qm̄ in generatione nō manet idem subiectum actu sub
vtroq₃ termino a quo ꝙ in termino ad que. Respon-
det ꝙ nō intendit philosophus semper sub vtroq₃ ter
mino motus manere idem numero subiectum in actu
qm̄ aliquis homo in fine alterationis ⁊ augmentatio
nis: ⁊ etia₃ motus localis posset desinere esse: ideo nō
est necessarium ꝙ subiectum in actu maneat idem sub
vtroq₃ termino motus: sed sufficit ꝙ possit manere: ita
ꝙ non repugnat rationi motus idem subiectū in actu
manere sub vtroq₃ termino: sed repugnat rationi ge-
nerationis ⁊ corruptionis ꝙ aliꝙ subiectum in actu
maneat idē in termino a quo ⁊ termino ad quē: vt sa
tis liquet ex diffinitionibus illarum ⁊c. Cum aute₃ ar
guebatur de gutta descendente ⁊ de lapidibus ligatis
motus deorsum istud ꝑm nullam diffinitatem habet
qm̄ sicut sunt lapides plures ita motus plures quib⁹
tamen illorum motuum est vnus numero a principio
vsq₃ ad finem: sed de gutta cadente dicitur ꝙ sicut infi-
nita corpora sunt ita infiniti motus deceerunt ⁊ sicut
ista pars gutte remāsit a principio vsq₃ ad finem ita
motus suus fuit vnus infiniti: ergo motus sunt corru-
pti quorum iste fuit pars non quidem ꝑm diuisione₃
temporis sed ꝑm diuisionem mobilis. ¶ Ad quartu₃
dicitur ꝙ ad vnitatem numeralem motus ista tria suf-
ficiunt ⁊ ad argumentum dicitur: ꝙ tempus est defici-
ens: vnde tempus dicitur deficere quando non mensu
rat motum per partes ⁊ mutationes per instantia da
to enim ꝙ in hora vna futura sit vnum mobile mo-
ueretur: ꝙ in qualibet parte pari moueretur ⁊ in qua-
libet in pari quiesceret hora prima ⁊ si esset vna ⁊ cō-
tinua respectu sui non tamen respectu motus qm̄ ⁊ si
quel₃ ps illius mot⁹ mēsuraret aliqua pte hore nō tñ
quelibet pars illius hore mensuraret aliquam parte₃
motus vt liquet si etiam in prima medietate hore ali-
ꝙ continue calefieret: ⁊ in secunda continue frigefieret
tempus deficeret non quia in qualibet parte fieret
motus ⁊ i qualibet alteraretur illud mobile: sed quia
instans medium non esset mensura alicuius mutatio-
nis indiuisibilis copulantis motu₃ prime medietatis
cum motu secunde medietatis ad hoc igitur ꝙ temp⁹
sit vnum numero ⁊ non deficiat respectu motus requi
ritur quālibet partem temporis mensurare aliquam
partem motus: ⁊ ꝙlibet instans eiusdem temporis
mensurare aliquam mutationem eiusdem motus.
¶ Et hoc est solutum argumentu₃ dicendo ꝙ motus
nauis non est motus vnus ⁊ continuus a principio
vsq₃ ad finem: ⁊ ꝙ tempus deficit: quoniam in primo
instanti applicatōis fortis ad nauim nulla ē mutatio
copulans motum prime medietatis cum motu secun-
de medietatis ideo medium nullam mutationem ta-
lem mensurat sicut enim partes temporis continuan-
tur per indiuisibile instans ⁊ partes linee per punctu₃
indiuisibilem ita partes motus per mutationem indi
uisibilem illi motus non faciunt vnum motum nume
ro constat aute₃ ꝙ instans applicationis for. non est
instans actionis propterea in tali instāti nulla est mu
tatio indiuisibilis copulans motu₃ preteritū cū motu

futuro. ¶ Consimiliter dicitur ad casum de alteratiõe ꝙ tempus deficit non ratione partis sed ratione instã tis mediantis inter illos duos motus non mensurã tis aliquam mutationem indiuisibilem illorum motu um: vnde in medio instanti hore. a. desinit agere per re motionem de presenti: ⁊. b. incipit per remotionem de presenti: igitur in nullo instanti nulla est actio: ⁊ conse quenter nulla mutatio. (Socratem autem.) Circa pre
Tex. c. 35.
dicta possunt fieri duo dubia quorum ꝙlibet Philo. soluit: primum dubium est: vtrum eadem sanatio nu mero possit esse in eodem subiecto interrupto tempo re: istud dubium mouetur propter istam causam: qm̃ concesso ꝙ eadem sanatio numero potest esse in eo dem subiecto tempore interrupto sequitur ꝙ ad vni tatem materialem motus non requiritur vnitas nu meralis temporis: qm̃ idem motus numero esset in tẽ poribus interruptis: tempora autem interrupta: non possunt facere vnũ tempus numero. Respondet philo sophus ꝙ si contingat socratem alterari eadem altera tione ꝓm speciem diuersis temporibus ⁊ simul cum hoc sit possibile corruptum reddire idẽ in numero: ea dem sanatio numero posset esse in eodem subiecto tẽ pore interrupto: ⁊ tunc prius ⁊ secundus motus essent idem motus numero: ⁊ tempus non esset idem nume ro in quo casu ad vnitatem materialez motus non re quiritur vnitas numeralis temporis. Si autem corru ptum non potest reddire idez cũ numero eadem sana tio numero non potest esse in eodem subiecto interru pto tempore: sed bene eadem sanatio specie: ideo pri mus motus ⁊ secundus essent idez motus specie: ⁊ non numero: sicut etiam primum tempus ⁊ secundum eẽnt idem tempus specie: ⁊ non numero ⁊ consequenter di catur ꝙ generaliter ad vnitatem numeralem numero re quiritur vnitas numeralis temporis. Te. li. (Socratẽ autem ꝓm alterationem eandem alterari specie in alio autem tempore ⁊ iterum in alio: siquidez contingit cor ruptum iterum vnum fieri numero erit ⁊ hic vnus mo tus numero. Si vero non contingit corruptum reddi re idem in numero illud quidem erit motus ꝓm speci em: vnus autem non erit ꝓm numerum.

Notandum primo ꝙ cõmentator cõ mento. 36. mouet vnam rationem probantem ꝙ si motus interrupti non faci ant vnum motum numero: nec etiam motus non in terrupti: qm̃ ideo motus interrupti non faciunt vnum motum numero: qꝛ illorum est corruptus vnus ⁊ cor ruptum non põt reddire idez in numero: sed significa tis duobus motibus non interruptis etiam vnus illo rum est corruptus: igitur tales non faciunt motũ vnũ numero: pꝫ consequentia qꝛ corruptum nõ potest red dire numeraliter idem. ¶ Ad hoc respondet cõmenta tor di. ꝙ non propter istam causam motus interrupti non constituunt vnum motum numeralem: qꝛ vnus eorum est corruptus: sed qꝛ vnus eorum distinguitur ab alio per quietem mediam: motus autem non inter rupti non distinguũtur inuicem per quietem mediam: sed tm̃ per indiuisibile copulans: causa autem propter ꝙ motus interrupti non possunt inuicem continuari neqꝫ facere vnuz motũ est ista: qm̃ si due linee: aut due aque distantes deberent inuicẽ cõtinuari ⁊ facere vnũ motum numero oporteret subtrahere distantiam que est inter illos motus huius autem distantia videtur eẽ tempus igitur ꝙ tolleretur temp᷒ sic ꝙ tempora que iaz sunt mediata fierent imediata: ⁊ tolleretur tempus medium quo ad esse fore ⁊ fuisse: ꝙ est impossibile qꝛ tempora habent ordinem essentialẽ inuicez: ita ꝙ sem per vnum alteruz naturaliter ⁊ essentialiter presuppo nit sic ꝙ illud ꝙ est in altero posterius non posset esse prius: nec econtra: ⁊ illud ꝙ est alteri imediatum non posset alteri esse mediatum nec econtra.

Secundo notandum ꝓm Egidiũ ⁊ Bur leum ꝙ si aliqua forma corru pta posset regenerari: etiã motus ad illam posset regene rari: sed qꝛ motus corruptus nõ põt regenerari sicut neqꝫ tp̃s corruptuz: ideo nulla forma corrupta potest regenerari. Sed mihi videtur oppositũ ꝯcedẽdũ: qm̃ si cut ad idẽ vbi numero infiniti motus locales possunt esse: ita ad eandẽ quantitatẽ numero infinite fuerũt au gmẽtationes ⁊ diminutiones: qm̃ sicut vbi ẽ coeternũ mundo: ita quantitas est coeterna materie: sꝫ nunꝗ̃ ꝑ augmentationem: vel diminutionez aduenit quãtitas alicui quãdo illa generet: igit nõ oꝫ motũ regenerari si forma regenerat. ¶ Est tñ dr̃ia iter eternitatẽ vbi ⁊ eternitatẽ q̃titatis: qm̃ eternitas vbi ẽ eternitas ꝯtinua nõ iterrupta cũ ip̃m vbi nunꝗ̃ incipiat vel desinat esse sicut neqꝫ mundus: eternitas quantitatis est eternitas disconti nua ⁊ intercisa: cum ipsa quantitas infinities inceperit esse ⁊ desierit esse ⁊ ita in futurum: sicut ⁊ ma teria prima in qua fundatur cum enim totum non sit sue partes: statim materia desinit esse cum per diuisio nẽ separatur pars a parte ⁊ statim incipit esse cuz par tes inuicem vniuntur: sed quantitas est inseparabilis a materia ꝓm cõmentatorem primo huius ⁊ de substã orbis: igitur totiens incipit ⁊ desinit esse quãtitas quo tiens incipit ⁊ desinit esse materia prima. ¶ Ecce quo modo eadez forma corrupta regeneratur: ⁊ tamẽ mo tus ad illam formaz corruptus nunꝗ̃ regeneratur: ita etiam eadem albedo numero: sicut ⁊ eadem aqua põt infinities generari: ⁊ infinities corrumpi: ⁊ tamen mo tus simul corruptus non põt regenerari cum sit de nu mero successiuorũ: repugnat enim rationi successiuoꝝ pluries hẽre eẽ: sꝫ nõ repugnat rõni ꝑmanẽtiũ pluries hẽre idẽ eẽ. ¶ Ad phm aũt di. scdo de ge. ꝙ corruptũ nõ põt reddire idẽ ĩ numero. Dico ꝙ loquit de corru pto ꝑ se corruptiõe q̃ ẽ termin᷒ alteratiõis ꝑcedẽtis ꝺ corrupto aũt ꝑ accidẽs ꝙ. s. corrũpit corruptiõe q̃ est desinitio terminãs motũ localẽ nõ loquit ipse nihil ẽt põt bis generari ꝑ se. s. generatiõe terminãte alteratio nẽ ꝑcedẽtẽ bñ tñ põt aliqd bis generari ꝑ accidens. s. generatiõe nõ terminãte alterationẽ ꝑcedẽtẽ de q̃ dicit phs p̃io ꝺ ge. ꝙ si gño ẽ ĩpossibilis alteratio ẽ ĩpos sibilis. ¶ Sꝫ forte possent illi dicere ꝙ lꝫ corruptũ ꝑ accidẽs regeneret absqꝫ regñatiõe mot᷒ corrupti: non tñ forma corrupta ꝑ se posset regñari absqꝫ regñatiõe sui mot᷒. ¶ Rñdet ꝙ idẽ ꝯtingeret: naz qm̃ repugnat motui ⁊ mutatiũ eẽ bis ⁊ nõ repugnat forme ꝑmanẽti eẽ bis. iõ for᷒ ꝑ se corrupta iteꝝ ꝑ se regeneraret ⁊ nũ ꝗ̃ redderet motus primus: neqꝫ prima mutatio: resur gent enim hoĩes: vt fides catholica attestatur ⁊ tamen nunꝗ̃ reddibunt illorum generationes sicut neqꝫ tẽ pora: ⁊ instantia iaz corrupta ꝓpterea bene dicit phs in ratione sequentis dubij ꝙ si motus est vnus nume ro forma est vna numero: non tñ econtra: si forma est vna numero: motus est vnus numero ⁊c. (Habeant Tex.
dubitationẽ.) Scda dubitatio ẽ ista vtrum sanitas ⁊ cõ. 37.
aliq̃ hit᷒: ⁊ passiões numero possint eẽ ĩ eodẽ subiecto interrupto tempore: ista questio est similis priori nisi qꝛ illa mentionem facit de re successiua ista vero de re

permanente:illa loquitur de motu:hoc autem de termino motus. ¶ Et arguit pro affirmativa dubii:nam eadem sanitas numero potest manere per aliquod unum tempus igitur sanitas corrupta potest redire eadem in numero probatur consequentia quia sanitas est in subiecto transmutabili continue fluente igitur sanitas continue fluit cum subiecto igitur non est ratio quare sanitas que erat in diluculo stante continuatione sit eadem sanitas numero que est nunc in meridie: quando sanitas corrupta heri sit eadem sanitas numero hodie recuperata:sic a simili si motus qui fuit in diluculo est idem motus numero qui est nunc nulla interveniente quiete: per idem motus qui fuit heri est idem numero motus qui est hodie quantumcunque inter eos fuerit quies media. Te.c.li. (Habet autem dubitationem huic precedenti similem et utrum una sanitas:et omnino habitus:et passiones subiecte sint in corporibus tempore interrupto:moveri namque videntur habentia illas passiones et fluentia continue esse:si igitur eadem et una diluculo:et nunc sanitas est quare non:et cum deficiens a sanitate accipiat iterum sanitatem:et hec illa numero erit. (Eadem enim ratio.) Respon-


Tex. co. 32. det philosophus quod eadem est ratio et indiuiduum de sanitate et sanatione:de motu et forma quo ad esse et non esse in eodem subiecto interrupto tempore sic quod sanatio corrupta potest reddire eadem in numero:et sanitas poterit esse in eodem subiecto interrupto tempore sic quod sanitas corrupta poterit reddire eadem in numero et econtra:si sanitas eadem numero potest bis esse: et eadem sanatio numero potest bis esse et generaliter conveniunt motus et forma ad quam est motus in hoc:quod si motus corruptus potest regenerari idem numero quod forma corrupta potest regenerari eadem numero et econtra:sed in alio differenter quoniam si motus est unus numero forma ad quam motus est una est numero:sed non econtra potest enim forma esse una numero et motus non erit unus numero:verbi gratia aliquis.n. potest ambulare pertranseundo.a.spacium acquirendo.b. ubi quo acquisito potest quiescere deinde post quietem potest iterum moveri super eodem spacio numero ad idem ubi numero:ubi patet quod est in eadem forma numero et non idem motus numero: quia prima deambulatio non est secunda deambulatio quia aliter corruptum redderet idem in numero quod est impossibile. Iste tamen questiones de motu et forma utrum post corruptionem possint regenerari non sunt pertinentes speculationis: sed magis pertinent ad librum de ge. et cor. Te.c.li. (Eadem enim ratio est de motu et forma quo ad regenerari et non regenerari post corruptionem nisi quod in tantum differt motus a forma quia siquidem duo motus sint:idemque sit numero unus et habitus.i.forma necesse est quod sit unus:unus enim numero actus.i.motus est forme unius numero:si vero habitus unus est fortassis non alicui videbitur unus et idem numero actus esse:cum enim pausat ambulans non amplius est hec ambulatio iterum autem ambulare erit eadem forma et non eadem ambulatio numero. Si igitur unus et idem est numero motus deambulationis primus et secundus contingit et idem corrumpi et esse multotiens verum his et ... hec quidem igitur sunt dubitationes extra quam nunc est intentionem pertinentes ad alium librum.

Notandum primo secundum philosophum quod iste questiones utrum corruptum possit redire idem in numero:utrum corpora naturalia sint in continua transmutatione:utrum forme et passiones possint manere eodem numero per tempus in subiectis suis:utrum forma regenerata incipiet esse per illum eundem motum per quem primo generabatur:aut per alium non pertinet ad librum hunc:sed magis ad alios libros:videlicet de celo de ge. et metheororum. Propterea non solvit argumentum factum de sanitate utrum possit manere eadem numero per tempus cum sit in subiecto transmutabili et continuo fluente:tamen solutio istius difficultatis habetur ex dicendis in.7. huius ideo non curat hic solvere dicit enim.7.huius quod ad sanitatem non est motus:quia indivisibiliter acquiritur: sed omne permanens indivisibiliter acquisibile potest manere per tempus idem numero igitur eadem sanitas numero potest per aliquod unum tempus continue manere:et non sequitur corpora naturalia sunt transmutabilia et in continuo fluxu igitur non manet eadem sanitas:neque alia passio una numero per tempus:sicut enim non ad omnem alterationem in qua ... primis sequitur inductio nove forme substantialis:et corruptio precedentis forme:ita non ad omnem transmutationem factam in corporibus naturalibus sequitur variatio formarum et passionum que sunt in corporibus.

Secundo notandum secundum Egidium quod plures motus possunt esse ad unam formam tantum verbi gratia due ambulationes discontinue ad eandem sanitatem numero:et due calefactiones ad eandem caliditatem numero potest enim aliquis ambulare pluries propter sanitatem et nunquam inducetur sanitas nisi in fine ultime deambulationis:stat etiam quod aliquis calefiat et accipiat formam caloris et postea accepta huiusmodi forma quiescat deinde post quietem incipiat intendi in calore:erunt igitur ibi duo motus:unus a frigido in calidum:alius autem a calido in magis calidum: uterque ad eandem formam:sed per unum introducetur ipsa similitudo forme:per alium vero intendetur forma in esse eius. Ista determinatio posset esse dubia:quoniam deambulatio est motus localis:cuius terminus ad quem est ubi: et non sanitas loquendo de termino per se cum ad sanitatem non sit per se motus per Aristo. septimo huius tales plures determinationes non sunt per se ad terminum sanitatis:et si dicitur quod deambulatio est per se ad sanitatem ut est instrumentum agentis sanitatem intendentis:istud videtur esse preter intentionem philosophi:quoniam hic loquitur de motu ut motus est:aut ut est actus mobilis et non ut est instrumentum agentis vel motoris:ut patet recitando ea que pertinent ad unitatem numeralem motus:et si ambulatio est ad sanitatem per se ut est instrumentum agentis:etiam est ad ubi per se ut est actus mobilis:igitur unus motus numero non est ad unam formam tantum sed ad plures cuius oppositum ponit philosophus et ipse. ¶ Deinde per primam illarum calefactionum inducitur caliditas:et per secundam inducitur alia caliditas distincta a prima:igitur illi duo motus sunt ad duas caliditates:si autem diceret quod per secundam calefactionem non inducitur caliditas:sed tantum intentio caliditatis ut videtur velle:sequitur quod aliqua calefactio non est motus ad caliditatem contra philosophum in hoc quinto:et patet consequentia:quia secunda calefactio non inducit aliquam qualitatem:sed tantum intensionem quantitatis et ita sequitur quod prima et secunda calefactio sunt diversarum specierum:quia illorum immediate termini sunt diversarum specierum: videlicet caliditas et intensio caliditatis. Propterea dicatur ut supra quod plures motus numero possunt esse ad eandem formam numero.s.plures motus locales ad idem ubi numero:et plures augmentationes et diminutiones ad eandem quantitatem numero:neque est verum quod dicit Egidius quod ideo forma corrupta non potest redire eadem in numero:quia motus per quem fiebat non potest regenerari:quia quantitas corrupta reverteretur eadem in numero:et tamen nulla augmentatio vel diminutio corrupta potest redire in numero eadem loquendo large de corruptione.

qr proprie loquendo de illa sicut non pōt regenerari motus: ita neq̧ forma: nō quidē pp ista cāz nō pōt regenerari forma: qr nō pōt regenerari motus: sed qr i generatione eius corrūpebat potētia in materia iuxta doctrinā cōmen. di. primo huius ꝙ adueniēte forma potētia corrūpit̄ sic ēt qr i corruptiōe istius forme regenerat̄ priuatio absq̧ potētia ad illā: sed h̄ sunt alteri⁹ speculationis. ¶ Ex isto soluitur dubiū lr̄ale: qr phs vr̄ sibi ꝯdicere: dicit enim ꝙ si sanatio corrupta pōt redire eadē i numero: ēt sanitas corrupta pōt redire eadem in numero ⁊ eꝯ ⁊ tamen si motus est vnus forma est vna ⁊ nō eꝯ: ex quo sequitur ꝙ ad eandē formam possunt esse plures motus: igit̄ nō si sanitas corrupta redire pōt eadem in numero sanatio corrupta pōt redire eadē in numero ⁊ maxime qr ostēsuz est ꝙ [illegible] corruptā posse redire eādez ⁊ tamē augmētationem ad illam nō posse redire eādez in numero. ¶ Respōdetur ꝙ phs loquitur naturaliter ⁊ ista ꝯditiōalis ē solum grā materie. vz si sanitas corrupta pōt redire eadē in numero: sanatio corrupta poterit redire eadē: qr antecedēs ē ipossibile eo ꝙ corruptio sanitatis est pfecta corruptio fm se: ⁊ ꝙ dz sui absq̧ potētia ad eē corruptio autem quantitatis est imperfecta corruptio cum corrumpatur totum partibus non corruptis.

Tex. co. 2. 40.



uoniaz aūt ꝯtinuus ē. Ista est scōa pars huius capituli i qua phs determinat de vnitate motus postq̄ pmisit distinctiōes faciētes ad propositū suū ponēs quatuor conclusiones quarū prima ē ista oīs motus qui est vnus simpliciter est motus ꝯtinuus ⁊ eꝯ. ¶ Scōa cōclusio ad vnitatez numeralē motus requiritur vnitas numeralis mobilꝭ tpis ⁊ termini ad quē ibi (vnde necesse est. ¶ Tertia ꝯclusio lz oīs mot⁹ sit vnus: tamē aliquis est altero magis vnus ibi (amplius aūt dicit̄. ¶ Quarta ꝯclusio ex duobus motibus fz spēm nō pōt fieri vnus mot⁹ numero ibi. (Si aūt oēm. ¶ Prima pars prime ꝯclusiōis sic arguit̄: oīs motus ē mot⁹ ꝯtinuus sz oīs motus qui ē vnus simplr̄ ē vnus motus ꝯtinuus: pz ꝯsequētia cū minori ⁊ maior ex eo declarat̄: qr oīs motus est diuisibilis in partes ꝯtinuas. ¶ Scōa ps ꝯclusionis ꝯr̄ter sic pbat̄ oē cōpositum ex ptibus quaꝝ vltima sunt vnū ē vnū simplr̄: sz oīs motus ꝯtinuus cōponit̄ ex ptibus quaꝝ vltima sunt vnū igit̄ oīs mot⁹ ꝯtinuus ē vnus simplr̄ tz ꝯn̄a cū maiori minor aūt ē euidens inductiue in motu alterationis augmētatōis ⁊ diminutōis sicut eni oīs linea cōtinua cōponit̄ ex partib⁹ quaꝝ vltima sunt vnū ⁊ oē tps ꝯtinuū cōponit̄ ex ptibus quarū vltima sunt vnū ita oīs motus cōponitur ex ptibus quarū vltima sūt vnū. Le. li. (Qm̄ aūt ꝯtinuus ē motus simplr̄ quidem vnū necesse ē ⁊ ꝯtinuū eē si qdē oīs mot⁹ diuisibilis ē i ptes ꝯtinuas ⁊ si ꝯtinu⁹ ē mot⁹ iste ē vnus simplr̄ ⁊c̄.

¶ Ad scdm̄ rñdet q̄ illud nō sequit: et tūc ad ar^m. a pducet in b ifinitos grad⁹ luis nō cōicātis quoꝝ quilz erit intēsior gradu: vt. 4. igitur lumē cō positū ex oib⁹ his erit infi^m. negatur p̄ña: qz sicut tp̄s nō cōponit ex instātib⁹: neq̄ linea ex pūctis: ita neq̄ q̄litas ex gradibus: sz sicut instātia terminant et copulant ptes tpis: et puncta termināt et copulant ptes linee: ita grad⁹ copulant et termināt ptes q̄litatū intēsibiliū et remissibiliū: neq̄ aliquis grad⁹ ē altero ex se intēsior: sz solū rōne latitudinis q̄ terminat: dr. n. gradus vt. 8. intēsior gradu vt. 4. nō qz p̄es ptes intensiuas hēat cū q̄lz illoꝝ sit simplr indiuisibilis intēsiue: sz dr gradus vt. 8. intensior: qz intēsiorē latitudinē terminat: si. n. pmutarētur illi gradus necio mutarēt denoīatiōnē nualem: ita q̄ gradus: vt. 8. efficeretur grad⁹: vt. 4. et ꝯ. Itē cū arguitur sic: a pducet infinita lumina nō cōicātia quoꝝ q̄lz erit intēsius lumine: vt q̄ttuor igitur a pducet lumē infi^m negatur añs et dr in casu isto q̄ a in nullo instāti pducet aliquātulū in. b. sz tn̄ gradū luminis: sz i tota hora pducet totum lumē a gradu vt q̄ttuor vsq̄ ad gradū: vt. 8. q̄ quidē nō erit intēsius q̄ lumē a nō gradu ad gradū vt q̄ttuor: sz p̄cise eq̄ue intēsum: et lumen pductū in p^a medietate hore erit subiectū intensiue ad lumen. b. pūcti a nō gradu vsq̄ gradum vt q̄ttuor p ducet igitur a infinita luia in hora sequēte: sz nullū erit ta intensum sicut lumē vt q̄ttuor et lumē vt 8. sit ... pductum intensiue ad lumē vt q̄ttuor nō tn̄ totū illud pducet a in hora sequēte sz tn̄ medietatē illius. ¶ Ad tertiū respōdetur q̄ a successiue remittet et corrūpet frigiditatē b et cū arguitur q̄ agēs applicatū passo non agit in ipm remoto ipedimento pōt illud ꝯcedi dicendo q̄ duplex ē passum: vz subiectū et terminatū: lz igitur agens applicatum passo subiectiuo necio agat in illud: nō tamen applicatū passo terminatiuo q̄ dr ee forma corrūpēda: tamē qz a nō tm̄ agit in b. fm vnū gradū caliditatis: sz fm quēlz: ita. b. nō patiutur tm̄ fm vnū gradū frigiditatis: sed fm quēlz: adeo dz ꝯcedi: q̄ a agit in quēlz gradum frigiditatis b: nō quidē corrūpēdo quēlibet graduz frigiditatis b: sed in quēlz ipimendo aliquem gradum caliditatis: ex quo. n. oēs illi gradus sunt coextensi non additur caliditas vni illorum graduz quando addatur cuilibet. ¶ Et si queritur qui gradus prius corrumpuntur ex quo agens est eq̄ue applicatum omnibus. ¶ Respōdetur q̄ gradus vltimo introducti primitus corrumpuntur et primitus introducti vt posterius corrumpuntur: qm̄ gradus primitus introducti sunt magis fundati in materia q̄ posteriores et difficilius remouibiles ab ea: qm̄ cum appetitus sit ratione carentie materia maiori appetitu recepit priores gradus q̄ posteriores: et consequēter illos magis retinet et magis imobiles reddit. ¶ Ad quartum conceditur q̄ eq̄ue velociter acquiritur caliditas: sicut deperditur frigiditas qz tantam latitudinem acquirit calidītas quantam deperdet frigiditas in tempore equali et cum infertur q̄ caliditas intenditur in infinitum sicut frigiditas remittitur in infinitum: negatur consequentia: qz licet eq̄ue velociter intendatur caliditas: sicut remittitur frigiditas non tamen eq̄ue proportionabiliter. ...

¶ Sextus phisicorum Liber incipit.



I autem ... ꝯtinuū. Iste ē sextus liber phicoꝝ i quo p̄hs determinat de motu fz q̄ diuidit i ptes quantitatiuas postq̄ i priori libro determinauit de ipo fm q̄ diuidit i ptes subiectiuas. Et diuidit i tres tractat⁹ ... p̄hs ... tēpore et motu ... aūt et ipz nūc. In tertio ō finitate et ifinitate eiusdē ibi. (Qm̄ aūt oē q̄ mouet i tpe mouet. Prim⁹ tractatus diuidit i quatuor capl'a. pbātia motū nō cōpōi ex indiuisibilib⁹ ex eo ... ꝯponit ex indiuisibilib⁹: quoꝝ primū pbat ꝯtinuū ñ cōpōi ex indiuisibilib⁹

p nām ɔtinui. ſʒ ꝓbat idē p nām magnitudinis ſupra
ꝙ ſi: motus ibi. Similiē aūt rōne ís. Terciū ꝓbat idē
p nām velocitatis ꞇ tarditatis in motibꝰ ibi. (Qm̄ aūt
oīs magnitudo.) Quartū ꝓbat idē p nām ipſoꝝ idi
uiſibiliū exiſtentum in ɔtinuo ibi. (Et ſi quodcūq; iſi
niū. ¶ Primū capl'm diuidi in duas ptes ꞇ i qua p
pꝰ pmittit ſignificationē quorūdā terminoꝝ. in ſa ve
ro exeqt ꝺ itēto ibi. (Neq; n. vnū.) ¶ Quātū ad pᵐ
phs pmittit ſignificatiōes iſtoꝝ terminoꝝ ɔtinuū ɔta
ctū ꞇ ɔñter ens: quoꝝ deſcriptiōes ꞇ diffōnes hítes ſūt
in. 5º. hꝰ cū dicebat: ɔtinua ſunt illa quoꝝ vltima ſunt
vnū: ꞇ ɔtigua ſūt illa q̄ ſeinuicē tāgūt: quoꝝ vltīa ſunt
ſil: ɔñter vero encia ſunt illa iter q̄ nihil mediat ꝓximi
generis quibus itellectis ꝓbabit ꝙ ē ipoſſibile aliq̄
ɔtinuū cōponi ex induiſibilibꝰ .ſ. lineā ex pūctis ſupfi
ciē ex lineis: ꞇ corpꝰ ex ſupficiebꝰ: ꞇ h̄ pſuppoſito line
am ſupficiē ꞇ corpꝰ eē ɔtinua: pūctū aūt eē induiſibi
le ſimplr in linea ꞇ lineā eē induiſibilē ſm latitudinē
in ſupficie ꞇ ſupficiē eē induiſibilē ſm ꝓfunditatē in
corpe. ¶ Si aūt ē ɔtinuū ꞇ ꝙ tangit ꞇ ɔñter ens ſicut
diffinitū eſt prius in. 5. hꝰ: ɔtinua quidē quoꝝ vltima
vnū que vero tāgunt quoꝝ vltīa ſil: ɔñter aūt quoꝝ
nihil ē mediū ꝓximi generis ipoſſibile ex idiuiſibilibꝰ
eē aliquid ɔtinuū vt lineā eē ex pūctis ſi vere linea qui
dē ɔtinuū ē pūctum aūt induiſibile.

Notandum

ꝙ phs hic nō ꝓbat lineā eē de numero ɔtinuorū: aut pūctū eſſe induiſibilē: ſʒ pſupponit q̄ d'ʒ iſtoꝝ
tanq̄ declaratū in libro pdicamētoꝝ ꞇ. 5. metaphyſi
ce: idē ēt pſupponit geometris di. pūctus eſt cuius ps
nō eſt: ꞇ ē linea longitudo ſine latitudine ꞇ ꝓfūditate:
pōt tn̄ multipliciter ꝓbari pūctū eē idiuiſibilē ſm lon
gitudinē: ꞇ ɔñter eē induiſibilē ſimplr. Et primo ſic pū
ctus eſt vltimus terminꝰ linee igił pūctꝰ ē idiuiſibilis
ſm longitudinē: pꝫ ɔña q2 ex oppoſito ſequit oppoᵐ
q̄m ſequit pūctꝰ ē diuiſibilis ſm longitudinē: igił pun
ctus nō ē vltimꝰ terminꝰ linee: añs aūt ē oīum phan
tiū diffinientiū lineā p hūc modū: linea eſt longitudo
ſine latitudine ꞇ ꝓfunditate cuiꝰ extrema ſunt duo pū
cta: q̄ diffinitionē ɔfirmās phs primo poſterioꝝ ait
ſubſtātia linee ē ex his .ſ. diffō ſubſtātialis ꞇ eēntialis
linee ē ex punctis. ¶ Scđo ſi pūctꝰ ē terminus cōis p
tiū linee: igił pūctꝰ ē induiſibilis ſm longitudinē: igił
nulle partes linee ſunt imediate: q̄m quibuſcūq; datis
cū ille copulent p punctū ſi pūctꝰ eſt diuiſibilis ſm lon
gitudinē ſp inter illas ptes mediat aliq̄ longitudo tol
lens imediationē talium partium: añs aūt principale
eſt Ariſto. in pdicamentis caplo de quātitate di. ꝙ cō
tinuū eſt illud cuius ptes copulant ad vnū terᵐ cōe: ꝫ
vʒ partes corporis ad ſuperficiē: ꞇ partes ſuperficiei
ad lineam: ꞇ partes linee ad punctū. ¶ Tertio ſphe
ra tangit planum ſm punctum: ꞇ nō tāgit planū niſi
ſm indiuiſibile ſimpliciter: igitur punctus eſt ſimplici
ter idiuiſibilis: pꝫ ɔña cū maiori ex demōſtratis i geo
metria: ꞇ minor declarat: q̄m ſi ꝓpterea tāgit planū ſʒ
diuiſibile ꞇ ea que ſe tangunt ſm diuiſibile ſunt eiuſdē
figure ſm ptes ſe ɔtingētes ex quo ſunt ſimul adequa
te: igił alique ptes plani ꞇ ſphere ſūt eiuſdē figure ꞇ p
ɔñs alique ptes ſphere ſeu circuli ē plana ꝙ implicat
ɔdictionem iuxta diffinitionem circuli datā a geome
tria ꞇ phiſico vʒ: circulus ē figura a cuius cētro ad cir
cūferētiaʒ oēs linee ducte ſunt equales. ¶ Quarto ꝙ
lʒ centrum circuli eſt indiuiſibile ſimpliciter: ſed quodlʒ
centrum circuli eſt punctus: igitur: punctus eſt ſimplici
ter induiſibilis: pꝫ ɔña cum minori ex determinatiōe
mathematicoꝝ. ꞇ maior arguitur: q2 ſi centrum circuli
eſt diuiſibile: aut igitur ē diuiſibile circulariter: vel ē di
uiſibile non circulariter: ſi ē diuiſibile non circulariter:
igitur nō oēs linee ducte a centro ad circūferentiā ſunt
equales cū neceſſario aliqua erit longior ꞇ alia breui
or: ſi aūt centrum circuli eſt diuiſibile circulariter: igitur
eſt circulus: queritur igitur vtrū hēat centrum diuiſibi
le vel induiſibile: ſi induiſibile habet intentum: ſi diui
ſibile: tūc erit procedere in infinitū in centris eiuſdē cir
culi ꝙ eſt ɔ determinationē mathematicoꝝ: nunq̄ eniʒ
poſſet aliquis certificari de aliquo corpore vtruʒ eſſet
circularis figure q2 h̄ nō cognoſcitur niſi p ſuū centrū
ꝓtrahendo ab illo ad circūferētiaʒ lineas equales: ꞇ
cum iterū illud centrum ſit circularis figure oporteret
illud cognoſcere p aliud centrū ꞇ ſic in īfinitū: ɔſtat aūt
ꝙ infinitū ſm ꝙ infinitū eē deignotū p Ari. primo hꝰ
Ex pdictis ſequit ꝙ linea eſt induiſibilis ſm latitudi
nē: ꞇ ſupficies ſm ꝓfunditatē: q̄m ſicut punctus eſt vl
timus terminus linee: ita linea eſt vltimus terminus ſu
perficies: ꞇ ſupficies vltimus terminꝰ corporis: ꞇ ſicut
punctus eſt terminus cōis ad quē copulant partes li
nee: ita linea ē terminus cōis ad quē copulantur par
tes ſuperficiei: ꞇ ſuperficies eſt terminus cōis ad queʒ
copulantur ptes corporis: vnde breuiter pōt fieri vnū
argumentū cōe oībus iſtis ponendo ꝙ a ſit vna ma
gnitudo q̄ b mobile debeat adequate ptrāſire in ho
ra ꞇ patet ꝙ a magnitudo ex quo eſt finita habet ter
minum vltimum: quero igitur vtrum ille terminus ſit
diuiſibilis vel induiſibilis: ſi induiſibilis habet inten
tum: ſi diuiſibilis vʒ ea parte qua eſt terminus: igitur ē
pars a magnitudinis vltra q̄ nihil eſt ipſius magni
tudinis: ſed infinite ſunt partes a vltra quas nihil eſt
ipſius a: igitur a magnitudinis infiniti ſunt termini vlti
mi ꝙ iplicat contradictionem. Item ſi vlterius termi
nus a magnitudinis eſt pars vltra q̄ nihil ē a magni
tudinis: ſequitur ꝙ b continue dū mouetur eſt in extre
mo magnitudinis: q2 continue duʒ mouetur eſt in ali
qua parte vltra q̄ nihil ē a magnitudinis. Et ita ſequi
tur ꝙ b mobile non prius veniet ad medium a magni
tudinis q̄ ad extremum contra determinationem phi
5º. huius: ꞇ patet ɔña: q2 ſi b incipiat iaʒ moueri ſuper
a imediate poſt hoc erit in extremo a magnitudinis:
q2 imediate poſt hoc erit in parte a magnitudinis vl
tra q̄ nihil eius eſt: ſed nō immediate poſt h̄ erit i me
dio a magnitudinis ergo b prius veniet ad extremū.
Item ſequitur ꝙ continue per totam horam futuram
b mobile mouetur ꞇ nō mouebitur: quoniam cum ali
ꝙ mobile peruenit ad extremum ſui ſpacij non ampli
us mouetur: ſed continue per totam horam futuram
b mobile erit in extremo a magnitudinis vt probatū
eſt: igitur b mobile continue per horam futuram non
mouebitur ꞇ ꝙ mouebitur per eam. ¶ Dicendum igi
tur ꝙ punctus ſimpliciter eſt induiſibilis ſm omnem
dimenſionem: linea eſt indiuiſibilis ſm latitudinem ꞇ
profunditatem: ſuperficies vero eſt induiſibilis ſm ꝓ
funditatem: corpus vero eſt diuiſibile ſm omnem di
menſionem: iō nullum iſtoꝝ eſt alterum iſtoruʒ: cuius
tamen contrarium a modernis ponitur di. punctum li
neam ſuperficiem ꞇ corpus tantum differre ratione
non autem realiter inter ſe: ꝙ quidem eſſe non poteſt
ex quo punctus eſt principium quantitatis continue:
ꞇ linea ſuperficies ꞇ corpus ſunt ſpecies eiuſdem per
Ariſtotilem in libro predicamentorum ꞇ quinto

metaphisice. Si.n. linea eet superficies ita q esset non
tm̄ longa: sz ēt lata vt dicit ocham: τ ioānes bridanus
nemo posset cognoscere [illegible] magnitudinē mūdi
qm̄ magnitudo mūdi nō cognoscitur nisi p suā diame
[illegible] mundi data [illegible] are
maiorē. s. diuidēdo lineā in tres ptes fm latitudinē τ
sp media ps erit longior q̄ aliqua alia pars: τ ꝯsequēter
q̄ totū vt asserit idē bridanus in qōnibus primi hui⁹
imo sequit q a centro ad circumferētiā circuli nō oēs
linee ducte sunt eq̄les q ē ꝯ diffinitionē circuli: τ pz cō
sequētia qm̄ q̄cūqz linea signata cū ipsa sit diuisibilis
in tres partes fm latitudinem fm illos ꝯtinue media
pars erit maior τ longior q̄ totū cōpositū. (Neqz enī
vnū.) Ista ē scōa pars huius capti in qua phs p̄mis/
sis significatōibus illorū terminorū ꝯtinuū contactū
τ ꝯsequēter ens exequit de intēto ponēdo istā cōclu/
sionē: ipossibile ē cōtinuū cōponi ex indiuisibilib⁹ q̄
Ari. tripliciter pbat τ primo sic: oē ꝯtinuū cōponit ex
ꝯtinuis nulla indiuisibilia sunt cōtinua: igit nullū cōti
nuū cōponitur ex idiuisibilibus: tz consequētia cū ma
iori: qz de rōne cōtinui est hēre ptes cōtinuas τ nō dis
cōtinuas: vt pz p diffinitionē continui: minor vero ar/
guit sic: cōtinua sunt illa quorū vltia sunt vnū: sz indi
uisibiliū vltia nō sunt vnū: igitur indiuisibilia nō sunt
cōtinua. p⁴ ps est euidēs ex diffōne continuorū hic p̄
missa τ declarata. s. h⁹: sed scōa ps est nota ex termīs
qm̄ indiuisibilia non hēnt vltia. iō illorū vltima non
sunt vnum: neqz sit. Et q indiuisibilia non hēant vlti/
ma manifestum est qm̄ nihil hz vltimū nisi diuidatur
in vltimū: τ in hēns vltm̄: q aūt diuiditur nō ē indiui
sibile: vnde vltm̄. ordinē q̄dā iportat cū nihil dicatur
vltm̄ nisi respectu p̄cedētiū: idiuisibile aūt non hz hūc
ordinē cū nō hēat aliquid prius τ aliquid posterius
igitur indiuisibile nō hz vltm̄ sed ipm ē vltm̄ alicuius
diuisibilis: sicut. n. nō est albedo albū: neqz hēns albe
dinē est albedo: ita terminatū nō ē termin⁹: neqz hēns
terminū ē terminus. iō idiuisibile nō ē terminatū: neqz
hz terminū: sed ē termin⁹ terminātis τ hñtis terminū
nō autē idē est terminus τ vltm̄ igitur idiuisibile nō hz
vltm̄. l. c. li. (Neqz. n. vnū sunt vlt⁴ punctorū: nō est. n.
hoc vltm̄ illud aūt p̄cedens: est aliq̄ pars indiuisibilis
signati. neqz simul sunt vltima propter eandem cau/
sam: non enim est vltimum τ cuius est vltimum.

Notandum fm cōmē [illegible] q
[illegible] cōponitur sic [illegible]
scōa si⁴: oīa ex quibus cōponitur ꝯtinuū diuidūtur in
vltm̄ τ in hēns vltm̄: vltimuz. n. est vltm̄ alicuius rei τ
punctus nō diuiditur in h duo: ergo ꝯtinuū non cōpo
nitur ex punctis: τ vlr ex indiuisibilibus: τ ēt anteq̄ cō
tinuū cōtinuetur nece est vt cōtiguetur: τ contiguum ēt
diuiditur in vltm̄ τ in hēns vltm̄: pūcta aūt non: ergo
ex punctis non componitur linea neqz ex lineis super
ficies nec ex superficiebus corpus. Ista est rō cōmen.
oīa ex quibus cōponitur contm̄ diuidūtur in vltm̄ τ
τ in hēns vltm̄: sed indiuisibilia nō diuiduntur ī vltm̄
τ in hēns vltm̄. igitur indiuisibilia nō sunt ista ex q̄bus
cōponitur contm̄: pz consequētia cū minori cū de rōne
indiuisibiliū sit non ꝯtinere multa: vltm̄. n. dicitur rela
tiue ad illud est vltm̄: q̄ q̄d ērō in nullo indiuisibili in/
uēitur: maiorē vō sic arguit cōmē. nā ꝯtigua diuidūtur
in vltm̄ τ in hēns vltm̄: sed oīa continua sunt cōtigua
cū sit nece oīa continua contiguari anteq̄ sint cōtinua
igitur oīa continua diuiduntur in vltm̄: τ ī hēns vltm̄.
¶ Contra ista arguitur τ primo q nō oīa ex q̄b⁹ cō
ponitur contm̄ diuiduntur in vltm̄ τ in hēns vltm̄ qz
ex duabus medietatibus cōtinui cōponitur contm̄. τ
tamē nulla illarū medietatū diuiditur in vltm̄ τ in hēns
vltm̄. qm̄ si aliq̄ illarū medietatū diuiditur in vltm̄ τ in
hēns vltm̄. τ q̄lz illarū medietatū est hēns vltm̄: igitur
aliquid diuiditur in seipm q ē ipossibile. ¶ Scōo ar
guitur q nullū cōtinuū diuiditur in vltm̄ τ hēns vltm̄
quādo oīa illa in q̄ aliq̄d diuiditur sunt ptes istu⁹ vt i
ductiue liq̄t: sz vltm̄ τ hñs vltm̄ nō sunt ptes alic⁹ conti
nui cū iā determinatū sit nullū ꝯtinuū cōponi ex idiui
sibilib⁹ tanq̄ ex ptib⁹ igit τc. ¶ Tertio arguit q ali
q̄d idiuisibile hz vltm̄: qm̄ q̄lz linea hz vltm̄: τ quelz sr
ficies hz vltm̄: sz quelz linea est indiuisibilis cū sit termi
n⁹ sficiei: τ quelz sficies ē indiuisibilis cuz sit termin⁹
corporis: igit τc. ¶ Quarto arguit q nō ē necm̄ conti/
nua cōtiguari anteq̄ cōtinuent: qm̄ aliq̄ sunt cōtinua:
igit nunq̄ fuert discōtinua: vt ptes cētrales mundi aut
sficiales sphere ignis τ gnālr oīum orbiū celestiuz τ
planetarū ac astrorū ptes. ¶ Ad pm̄ concedo q̄lz me
dietatē cōtinui diuidi in vltm̄ τ in hñs vltm̄ ex quo nō
[illegible]
i ipm τ albedinē: sz nihil ē albū nisi subiectū albedis
igit aliquid diuiditur in se ipm: sicut. n. albuz significat
subiectum albedinis cōnotādo albedinē p modū for
me: ita medietas cōtinui significat ptē continui quodā
mō īterminatā cōnotādo terminū ei⁹ se hñtē p modū
forme. ¶ Ad fm negat q oīa illa in que diuidit ali/
quid [illegible] albe
dinē: τ tñ nō ē albedo ps albi: qm̄ talis diuisio nō ē i
ptes subiectiuas: neqz i ōntias ēentiales īmediate cō
stitutiuas speȝ: sz in ptes diffinitiuas vz ingredientes
diffōez: iō sufficit q albedo sit ps diffōnis albi τ vltm̄
sit ps diffōnis cōtinui. ¶ Ad 3m̄. concedo q indiuisi/
bile hz vltm̄ non quidē in eo q indiuisibile: sz in eo q
diuisibile: Aristo. aūt τ cōmē. loquunt de idiuisibili sz
q est indiuisibile: punct⁹. n. qz est simplr indiuisibilis
nullo mō hz vltm̄: linea aūt qz est diuisibilis fm longi
tudinē hz vltm̄ fm longitudinē: τ qz ē idiuisibilis fm
latitudinē τ pfunditatē sic non hz vltm̄: ita ēt supficies
fm q est diuisibilis in longitudinē τ latitudinē sic hz
vltm̄ fm vō q ē indiuisibilis fz pfunditatē sic non hz
vltm̄. ¶ Ad quartū rñdet q nō intendit cōmē. oīa ꝯti
nua eē prius discōtinua q̄ continua: sed oīa prius ē
contigua q̄ continua: qm̄ contiguum se hz vt genus re
spectu continui vt pz in. s. huius: genus autē prius est
spē fm phm in post p̄dicamentis: si enim aliqua sunt
continua illa sunt contigua τ non eꝯ mō prius ē illud
a quo nō cōuertit subsistēdi ꝯña vt pz in loco allega/
to capto de priore. (Amplius necesse.) Secūdo argu/
it phs ad eandem conclusionem sic: cōtinuum si cōpo
neretur ex indiuisibilibus illa indiuisibilis aut essent i Tex. cō. 2
uicem continua aut contigua aut consequenter entia:
sed nullo istorum mōrum pñt esse indiuisibilia in con
tinuo componentia: illud igitur nullo mō pōt cōponi
continuum ex indiuisibilibus: tenet consequentia cum
maiori ex sufficiēti diuisiōe: qz nō videt quo alio mō
possint eē ptes in continuo: minor vero arguitur quo
ad singulas ptes: τ primo q indiuisibilia nō possunt
inuicem esse continua qz continua sunt illa quorū vlti
ma sunt vnū p diffinitionē cōtinuorū: sed indiuisibilia
nō hñt vltima: igitur nō pñt inuicem continuari. l. c. li.
(Amplius necesse est aut continua esse puncta aut tan
gentia se inuicem ex quibus continuum fit aut ꝯsequen
ter entia eadem autem ratio est τ in omnibus indi/

uisibilibus ɔtinua quidē nō erunt ppter pdictam rōnē. Scđo arguit ꝙ idiuisibilia nō possunt eē iuicē ɔtigua qꝛ oīa ɔtigua se tāgūt: sed idiuisibilia nō possunt se inuicē tāgere i ɔtinuo: igit ⁊c̄. pꝫ ɔn̄a cū maiori ex diffinitiōe ɔtiguorū: ⁊ minor declarat nā si indiuisibilia cōponētia ɔtinuū tāgūt se: aut ergo pars tangit ptē: aut totū tāgit ptē: aut pars tāgit totū: aut totū tāgit totum nō est dare aliquid primorū triū: qꝛ indiuisibile nō hꝫ partē nec est dare quartū. s. ꝙ totū tāgit totū: qꝛ oē ɔtinuū hꝫ vnā partē extra aliā: ⁊ diuiditur i partes loco discretas sic ꝙ ɔtinuū est maius sua parte: sꝫ cōpositū ex illis que tāgūt se fm totū nō est maius aliquo illorū cū quodlꝫ illorū occupet totū locū: ꝙ ipm totū occupat: ergo ɔtinuū nō cōponit ex indiuisibilibus tāgentibus se sic ꝙ totū tāgit totum L. c. li. ¶ Tāgēs aūt oē aut totū totū aut ps: partē aut totū pars: qm̄ aūt impartibile est indiuisibile necesse est totū tāgere totū: totum aūt totum tāgens nō est ɔtinuū. ɔtinuū enim hꝫ hoc quidē aliā partē extra illam: illud vero aliā partē situaliter distantē ab illa ⁊ diuiditur in sic altera indiuisibilis ⁊ loco discreta. ¶ Tertio mō arguit ꝙ ɔtinuū nō cōponit ex indiuisibilibus ɔn̄r entibus: ita ꝙ in linea non sunt puncta ɔn̄ter entia: neqꝫ in tpe sunt instātia ɔn̄ter se hn̄tia ex quibus tanꝙ ex ptibus possit fieri linea aut tp̄s qm̄ inter ɔn̄ter entia nullū ē mediū vnigenum ⁊ eiusdē nature cū illis: sed iter quecūqꝫ indiuisibilia in eodē ɔtinuo ē aliud vnigenū ⁊ eiusdē nature cū illis igit ⁊c̄. pꝫ ɔsequētia cū maiori p diffinitionē ɔsequēter entiū pmissā in prima pte huius capli ⁊ declaratā. s. huius: minor aūt suadet inductiue: qm̄ inter qlꝫ duo pūcta ē linea media ⁊ in qualꝫ linea ē pūctus igit iter quelꝫ duo pūcta eiusdē ɔtinui ē pūctus ⁊ p cōsequēs aliquod vnigenuꝫ ⁊ eiusdē nature cū illis. Silr datis duob⁹ instātibus in tpe necessario iter illa mediat tp̄s ⁊ in quolꝫ tpe ē instās: igit iter oīa duo instātia est instās: ⁊ p ɔn̄s in tpe nō sunt instātia ɔn̄ter entia: sed ꝙ inter oīa duo puncta sit linea media ⁊ inter oīa duo instātia sit tp̄s mediū nō pbat phs: qꝛ hoc vr̄ eē manifestū ex dictis cōmē. tamē illud sic declarat pūct⁹ nō ɔtinuat neqꝫ ɔtiguat cū puncto: qꝛ nō hꝫ vltimum igit sp iter duo puncta ē linea media: deīde pūcta sunt vltima lineaꝝ igit impossibile est ꝙ separent a linea ⁊ p ɔsequēs inter oīa duo pūcta est linea media: idem ɔsilr arguit de instātib⁹ L. c. li. ¶ At vero neqꝫ ɔsequēter inerit pūctuꝫ pūcto aut ipm nunc ipsi: nūc vt ex his sic longitudo aut tp̄s: vnde ɔn̄ter ē quoꝝ nullum ē medium pximum eiusdē nature punctoꝝ aūt sp ē mediū linea ⁊ ipsorum nunc tempus.

Notandum primo fm cōmē. cōmē. .ꝙ ɔtinuū ē ex reb⁹ ex quaꝝ ɔtinuatiōe fit magnitudo ⁊ ē illud ꝙ hꝫ ptes ⁊ oē idiuisibile nō fit ex sua ɔtinuatiōe neqꝫ aliqd hn̄s ptes ⁊ tamē ɔtinuat qm̄ ɔtinuatio ⁊ ɔtiguatio eius nihil aliud ē ꝙ suppō: igit ɔtinuū nō cōponit ex indiuisibilibus. Ista ē demrātio cōmē. oē ɔtinuū fit ex reb⁹ ex quarū ɔtinuatiōe adinuicē fit magnitudo: sꝫ ex ɔtinuatiōe indiuisibiliū inuicē non fit magnitudo igit ex ɔtinuatiōe indiuisibiliū inuicē nō fit aliqđ ɔtinuū: tꝫ ɔn̄a cum maiori ⁊ minorē declarat cōmē sic: ɔtinuatio aliquoꝝ nō ē nisi suppō illorū sed ex suppōne indiuisibili sup idiuisibile nō fit magnitudo igit ex ɔtinuatiōe indiuisibiliū inuicē nō fit magnitudo. prima ps antecedentis ē nota ⁊ scđam manifestat cōmē. p ex⁰. nā qꝛ linea ē idiuisibilis fꝫ latitudinē iō ex suppōne lineē sup lineā non fit magnitudo in latitudine: ⁊ qꝛ supficies ē indiuisibilr fm pfunditatē iō ex suppōne supficiei supra supficiē nō fit magnitudo fm pfundū: ⁊ vlter indiuisibile ex ea pte qua ē indiuisibile nō facit magnitudinē neqꝫ facit aliquid hn̄s ptes: sꝫ ɔtinuū hꝫ ptes: igitur ɔtinuū nō fit ex pūctis: neqꝫ ex lineis: vl supficieb⁹ fm ꝙ idiuisibilia sunt. Ex dictis cōmē. assignat cām ppter ꝙ pūct⁹ addit⁹ pūcto non facit magnitudinē: ⁊ tamen linea addita lineē facit magnitudinē: ⁊ supficies addita supficiei facit magnitudinē: qm̄ pūct⁹ est simplr indiuisibilis: linea autē ⁊ superficies sunt diuisibiles: ɔstat aūt ꝙ diuisibile additū diuisibili facit maius: indiuisibile aūt idiuisibili additū nō facit maius neqꝫ extēsionē aliꝗ. Itē assignat cām quare corpus facit distare fm oēm dimensionē non aūt linea vel superficies: nō enī istud plus distat a centro mundi superficies concaua orbis lunē ꝙ superficies cōnexa ignis: hoc est qꝛ corpus est diuisibile fm omnem dimensionem non autē linea vel superficies: ideo sicut punctus nullo modo facit distare: qꝛ nullam diuisibilitatem hꝫ: ita linea non facit distare fm latitudinem: neqꝫ superficies fm profunditatē qꝛ linea nullam diuisibilitatē hꝫ fm latitudinem neqꝫ superficies fm profūditatem: bene autem facit distare linea fm longitudinē ⁊ superficies fm latitudinem qꝛ fm has dimēsiones linea ⁊ ⁊ superficies diuiduntur.

Secundo notandum fm cōmētatorem eodē cōmento ꝙ qꝛ consequētia non sunt contigua inter illa est aliquid ⁊ homogenium: ⁊ ipossibile est vt vnum fm contiguationem cōponatur ex diuersis in spē ⁊ etiam ipossibile est ymaginari ꝙ inter consequētia sit vacuum: qm̄ vacuū iam destructū est ē illud: vacuū aūt ē diuisibile aut indiuisibile: si diuisibile tūc ille ptes idiuisibiles erūt vltia ei⁹ ⁊ tunc ɔtinuū cōponet ex vacuo: si autē indiuisibile ⁊ alie ptes sunt indiuisibiles tūc ex eis fit diuisibile. Rō ꝙ facit cōmen. est ista ad pbandū ꝙ ɔtinuū nō cōponit ex idiuisibilibus consequēter entib⁹ nō cōtiguatis inuicē: qm̄ iter talia ē necio aliqđ mediū: aut igit mediū ethimologicū aut vacuū ñ ethimologicū: qm̄ tūc cōtinuū cōponeret ex idiuisibilib⁹ ⁊ illo ethimologico ꝙ est fīꝫ: qꝛ nullū cōtinuū cōponit ex diuersis i spē: nō ēt mediū iter idiuisibilia ē vacuū: qm̄ cū vacuū nihil sit cōponeret ɔtinuū ex idiuisibilib⁹ ⁊ nihilo. Et si vacuū est qro vtrū sit diisibile vl idiuisibile si diuisibile igit illa idiuisibilia sūt vltia vacui ⁊ p ɔsequēs cōtinuū nō cōponit ex idiuisibilib⁹: sꝫ ex vacuo: si āt vacuū mediū sit indiuisibile: ⁊ ēt alie ptes que sunt cōsequēter entia sunt indiuisibilia manifestū ē ꝙ ex eis nō fit aliquid diuisibile: sicut neqꝫ ex punctis oīo imediatis vt pbatū est cū indiuisibile simpliciter additū diuisibili vel indiuisibili nihil fac mai⁹ neqꝫ aliꝗ magnitudinē cōstituit.

Contra ista arguitur ⁊ primo ꝙ ex diuersis in spē fit aliqđ continuum: qm̄ virga cuius vna medietas viuit ⁊ alia nō viuit cōponitur ex diuersis in spē: ⁊ tamen est continua. ¶ Secūdo arguit ꝙ indiuisibile additū diuisibili facit magnitudinē: qm̄ si eēt vna linea nō hn̄s pūcta vltima ipsa non esset alicuius determinate magnitudinis qꝛ non pedalis: neqꝫ bipedalis: neqꝫ aliud nomē determinatū hēt pdicamēti ꝗtitatis ⁊ sup addētis punctis ipsa eē pedalis: vel bipedalis: aut alteri⁹ determiate denoiatiōis pdicamēti ꝗtitatis ergo ⁊c̄. ¶ [illegible] addita idiuisibili facit magis qꝛ [illegible]

modo vnitas addita vnitati facit numerũ qui est maior aliqua sui parte cũ sit q̃dã totum: sic tam intellectus humanus q̃ spẽs intelligibilis addita intellectui humano facit maius q2 facit vnũ totum .s. cõpositum ex intellectu ⁊ spẽ intelligibili. ¶ Quarto arguitur q̃ diuisibile additum diuisibili nõ facit maius: q2 linea pedalis quantitatis addita primo puncto linee girratiue infinite nõ facit maiorẽ lineã: qm̃ linea infinita nulla linea põt esse maior: linea ẽt recta addita linee circulari vel arcuali nõ facit lineam maiorez cũ nõ sit maior circulus posito dyametro q̃ nõ posito: neq3 sit maior arcus posita corda q̃ nõ posita. ¶ Ad primũ dicitur q̃ cõmentator loquitur de continuo p se ⁊ nõ de cõtinuo per accidens ita q̃ habentis cõtinuitatez per se nulle sunt partes diuersarũ rõnum: vnde linee nulle sunt partes diuersarũ rõnum: neq3 superficiei: neq3 tẽporis: habentis aũt continuitatem per accidens non inconuenit partes esse diuersas spẽ: nunc aũt virga ⁊ q̃libet corp⁹ p̃dicamẽti substãtie h3 ɔtinuitatẽ per accidens rõne quãtitatis. ¶ Ad scõm dicitur q̃ pũctus additus linee nõ facit magnitudinez: sed denominationẽ magnitudinis: ita q̃ aliqua linea ẽ pedalis postq̃ nõ erat pedalis ex sola additione puncti: si enim ẽent due linee pedalis quãtitatis .a.b. ⁊ de⁹ remoueret ab .a. tm̃ puncta extrema nulla mutatiõe facta in .b. nõ ꝓpter hoc .b. esset maius .a. ex eo q2 .b. esset pedalis quãtitatis ⁊ nõ .a. qm̃ b esset quãtitas terminata ⁊ a quãtitas interminata. ¶ Ad tertiuz dicitur q̃ numerus cõsurgens ex aggregatiue vnitatũ nõ est aliq̃ totum ꝓprie: cum nõ habeat partes ideo cum additur vnitas numero nõ fit aliq̃d totuz: neq3 cũ additur vnitas numero fit aliq̃d totum cũ quilibet numerus sic forma i diuisibilis per carentiam partium. quando aũt arguitur de itellectu faciẽte vnum totum cum spẽ itelligibili respondetur q̃ nõ omne totuz est maius sua parte: cũ nullũ cõpositũ naturale sit maius sua forma: neq3 sua materia: sed omne totum quãtitatiuũ ẽ maius sua pte quãtitatiua: ⁊ ita est intelligẽda illa propositio omne totum est maius sua parte. ¶ Ad quartuz dicitur q̃ l3 linea pedalis nõ facit maiorem lineam q̃ sit linea girratiua infinita tamẽ facit maius: q2 nõ solum additur linee infinite: sed ẽt finite v3 linee pedali: cũ qua facit lineam bipedalem que maior est q̃ pedalis cui facta ẽ additio: ⁊ cũ arguitur de linea recta addita circulo seu arcuali arculi: dico q̃ nõ additur sibi ſm longitudinez neq3 ſm aliq̃ aliã dimensionẽ sed tm̃ ſm punctũ mõ punctus additus diuisibili vel idiuisibili nõ facit maius.

Tex. cõ 3. (Amplius diuidetur.) Tertio arguit phs ad idez sic si continuum cõponeretur ex idiuisibilibus ipm diuideretur in indiuisibilia: sed continuum nõ diuiditur in indiuisibilia igitur non cõponitur ex indiuisibilib⁹ p3 consequentia cum maiori: qm̃ vnumq̃q3 diuiditur in ea ex quibus cõponitur: minor aũt declaratur: qm̃ si continuum diuiditur in indiuisibilia ⁊ nullum continuum diuiditur in aliqua: que prius non erant continua: igitur indiuisibilia sunt continua: consequens est falsum ex quo illorũ vltima non sunt vnum: cum non habeãt vltima vt manifestum est Le. li. (Amplius diuidetur continuum in indiuisibilia si quidẽ ex quibus est in ipa diuiditur) .i. si vnũquodq3 diuiditur in ea ex quibus cõponitur: sed nullum est continuorũ impartibilia diuisibile alicui indiuisibilia continuarẽtur q̃ ẽ falsum. Ex p̃dictis aristo. infert duo correlaria quorũ primum est: inter oĩa duo puncta est linea media: ⁊ inter oĩa duo instãtia est tp̃s medium p3 qm̃ talia habẽt mediũ aut igitur diuisibile vel indiuisibile non indiuisibile: qm̃ tũc indiuisibilia essent inuicem continua vel contigua: si diuisibile aut igitur tale medium diuiditur in indiuisibilia aut in semp diuisibilia: si primum iterũ sequitur indiuisibilia esse continua vel contigua. si ſm oz tale medium esse continuum: constat aũt q̃ nullum videtur medium continuũ inter puncta nisi linea neq3 inter instãtia nisi tp̃s Le. li. (Aliud aũt genus non potest esse medium punctorum nisi linea ⁊ ipsoruz nunc nullum nisi tp̃s. Si naturã erit mediũ manifestum q̃ aũt diuisibile aut indiuisibile erit ⁊ si diuisibile aut in indiuisibilia aut in sp diuisibilia: hoc aũt est ɔtinuum q̃ mediat inter diuisibilia. ¶ Scõm correlariũ ɔtinuũ est illud q̃ est diuisibile in infinitum ⁊ hec est diffinitio continui ita q̃ omne continuum est diuisibile in infinitum ⁊ oẽ diuisibile in ifinitum est continuum: probatur continuum aut est diuisibile in sp diuisibilia aut est diuisibile in indiuisibilia: sed nõ est diuisibile in indiuisibilia: q2 tũc indiuisibilia essent imediata: ⁊ se tãgerẽt ⁊ haberent vltima quorum q̃lz est impossibile igitur ɔtinuum est diuisibile in sp diuisibilia q̃ntũq3 sit illud ⁊ per consequens est diuisibile in infinitũ Le. li. (Manifestum aũt est ⁊ q̃ omne continuum diuisibile in sp diuisibilia est. Si enim in indiuisibilia continuum diuidatur esset indiuisibile indiuisibili: contactum enim vltimum ⁊ tangũtur continuorum) .i. ipsorum continuorum ⁊ eorum que tangũtur adinuicem facientium cõtinuitatem est vnum vltimum.

Notandum ſm cõmentatorem cõmẽto .3. q̃ ista est descriptio continui ſm q̃ est illud q̃ sp diuiditur idiuisibile continuuz ergo indifferenter diffinitur per esse diuisibile in infinitum ⁊ per esse diuisibile in sp diuisibilia: idez enim est esse diuisibile in infinituz ⁊ esse diuisibile in sp diuisibilia. Sed contra dato quocũq3 illorum modorum diffiniendi sequũtur .4. inɔueniẽtia quorũ primũ est q̃ oẽ ɔtinuũ est actu infinitũ q2 si q̃libet continuũ est diuisibile in infinitũ: seu diuisibile in sp diuisibilia q̃libet continuũ componitur ex infinitis partibus ⁊ per consequẽs q̃libet ɔtinuum est infinitum: patet cõsequentia: q2 due partes faciũt aliquãtam magnitudinem ⁊ tres partes maiorem ⁊ sic deinceps igitur infinite partes faciũt infinitam magnitudinem. ¶ Scõm icõueniẽs q̃ est dare minus numero: qm̃ in rebus naturalibus dãtur minima ſm aristo. primo huius di. q̃ est dare minimam carnem ⁊ ſm cõmẽta. in h. 6. ⁊ 7. huius di. q̃ est dare minimum ignem ⁊ minimum aerem igitur diuisio ɔtinui si recedit in ifinitum nõ stabit ad minima naturalia: sed procedet vltra: igitur diuiso numero naturali dabitur minus numero: cum quelibet pars q̃ntitatiua sit minor suo toto. tertiũ icõueniẽs q̃ aliqua est potẽtia quãdo nõ potest reduci ad actũ qm̃ si ɔtinuum est diuisibile in infinitum igitur põt diuidi in infinitum: sed nõ est possibile q̃ diuidatur in infinitum igitur talis potẽtia nõ potest reduci ad actum vnde arguitur sic illud verbum põt: aut dicit vnaz potentiam tm̃ aut plures: si vnam tm̃ habet intẽtũ: si plures igitur possunt simul ad actum reduci: patet ɔsequẽtia q2 tales potẽtie nullum inter se ordinem habent. ¶ Quartum incõueniẽs q̃ quelibet qualitas sensibilis est infiniti vigoris: qm̃ quelibet talis ɔtinet infinitos gradus tam intẽsiue q̃ extẽsiue: si quelibet talis ẽ diuisibilis in infinitum sicut ⁊ continuum in quo fun-

datur. preterea ad tollendum illud inconueniens dicit philosophus in libro de sen. ⁊ sensato ꝙ nulla quali tas sensibilis est diuisibilis terminate in infinitū. ¶ Ad primum dicitur ꝙ illud non sequitur: qm̄ lz omne cō tinuum componatur ex partibus infinitis non tamē propter hoc illud est infinitum. qz tales partes infinite non sunt partes eiusdem q̄titatis non communicātes: sed sunt partes eiusdem proportionis ⁊ cum dicitur ꝙ due partes faciunt aliquātam magnitudinē: ⁊ tres ma iorem: ⁊ sic vltra. Respondetur ꝙ illud nō est necāriū qm̄ tantam magnitudinem faciunt precise tres partes ⁊ quattuor cōtinui: quātum due. cum idem continuum numero fiat ex duabus medietatibus ⁊ ex tribus ter ciis: ⁊ ex quattuor quartis. ¶ Ad scḋm dicitur ꝙ lz in continuis detur minimū naturale: non tamē datur mi nimum simpliciter. ⁊ si datur minimū per separationē partis a toto: aut partis a parte: non tamen datur mi nimum per designationem partis extra partem: ideo q̄d lz primū est diuisibile in infinitū ⁊ diuisibile in sem per diuisibilia: ⁊ hoc aut per separationem partis a par te aut per designationem partis extra partem. ¶ Ad ter tium respondetur ꝙ etiam illud nō sequitur: ⁊ conce do ꝙ illud verbū potest non dicit tm̄ vnam potentiā sed infinitas quarū quelibet potest reduci ad actum p aliquā diuisionē continui: ⁊ cum dicitur ꝙ omnes ille potentie ex quo non habent ordinem inuicem possūt simul ad actū reduci hoc negatur: qz te sedere ⁊ te sta re aut ante xp̄m est ⁊ ante xp̄m nō esse sūt per possibilia nō hn̄tes ordinē inter se ⁊ tamē nō possunt simul ad actū reduci. ¶ Ad quartū dicitur consimiliter illud nō seq. qm̄ illi infiniti gradus non faciunt intēsionem neqꝫ po tentiam infinitam cum ex hijs omnibus siue accipian tur vt principia siue vt partes non fiat qualitas infini te intensionis: ⁊ cum dicit philosophus nullam quali tatem sensibilem eē diuisibilem i infinitū loquitur de diuisione extensiua per se ⁊ hoc est verum: quia nulla qualitas sensibilis diuiditur per se in infinitum diuisio ne extensiua: sed tantum per accidens.

Te. cō.45.



Eiusdem autē ra tionis. Istud est scḋm capitulum hu ius primi tractat⁹ in q̄ phs p̄ bat nullam primum compo ni ex indiuisibilibus per na turam magnitudinis supra q̄ fit motus: ⁊ diuiditur in duas partes. in prima pte Aristo. p̄ mittit vnam suppositionem. in secunda vō exequitur de intento ibi. (Si igitur necesse est ꝙ moueṫ.) Supposi tio est ista: si magnitudo cō ponitur ex indiuisibilibus motus componitur ex diuisibilibus: istam suppositio nem philosophus dupliciter declarat. primo ex deter minatis. 4. huius: scḋo aūt ratione ibi (si igitur presen tes). Arguit ergo philosophus sic eiusdem rationis ē magnitudo motus ⁊ tempus quo ad componi vl' nō componi ex diuisibilibus vel indiuisibilibus: aut diui di vel non diuidi indiuisibilia aut indiuisibilia: quoni am continuitas motus est ex continuitate magnitudis ⁊ continuitas temporis ex continuitate motus vt fuit probatum. 4. huius: igitur si vnum illorū componitur ex indiuisibilibus quodlibet illorū componitur ex di uisibilibus ⁊ si vnum illorum cōponitur ex idiuisibi libus vtrūqꝫ illorum componitur ex indiuisibilibus: ⁊ per cōsequens si magnitudo componitur ex diuisibi libus motus componitur ex indiuisibilibus verbi grā vt si magnitudo. a. b. c. componatur ex. a. b. c. tanq̄ ex partibus indiuisibilibus necessario motus. d. e. z. fact⁹ a mobili. o. componetur ex. d. e. z. tanq̄ ex partibus in diuisibilibus. le. li. Eiusdem aūt rationis est ⁊ magni tudinem ⁊ tempus ⁊ motum ex indiuisibilibus com poni ⁊ diuidi in indiuisibilia: aut nihil: manifestū autē est ex hijs consequēter: si enim magnitudo ex indiuisi bilibus componitur ⁊ motus qui huius est magnitu dinis ex equalibus erit motibus in diuisibilibus: aut si ipsa. a. b. c. magnitudo ex. a. b. c. est in diuisibilib⁹ p tibus autem in quo est motus. d. e. z. s'm quē moui est ipsum mobile. s. in spacio motuū ꝙ est. a. b. c. vnāquā qꝫ partem habet indiuisibilem.

Notandum s'm cōmentatorem cō mento. 5. ꝙ si magnitu do fuerit composita ex indiuisibili motus ēt erit cōpo situs ex indiuisibili: qm̄ cum continua cōmunis mot⁹ est continuatio magnitudinis ⁊ ꝙ motus est equalis magnitudini ⁊ partes illi⁹ ptibus istius: ⁊ qz hoc ē ma nifestum per se cōtentus est in hac declaratōe solo exē plo non intendit commentator ꝙ nullam rōnem fecit Aristo. ad p̄bandum suppositionem p̄missam: qz sta tim per rationem p̄babit illam: sed intēdit ꝙ non ē ne cessaria simpliciter aliqua ratio probans suppositiōeꝫ illam qm̄ illa est per se nota ideo sufficit solū exemplū pro declaratione illius. (Si igitur p̄ntis.) Iam arguit illa suppositio rōne scḋm possibile est ꝙ sit motus ni si moueatur mobile per aliq̄ partē magnitudinis: neqꝫ est impossibile moueri aliqḋ mobile p aliquā par tem magnitudinis nisi presentialiter fiat motus in illa parte: ideo cuilibet parti magnitudinis respondet ali qua pars motus ⁊ cuilibet parti motus respondet aliqua pars magnitudinis: quāta igitur erit pars ma gnitudinis tanta erit pars motus: ⁊ per consequens si a. b. c. que sunt partes magnitudinis sunt indiuisibiles . d. e. z. que sunt partes motus correspondētes p̄dictis partibus indiuisibiles erunt. nam mobile. o. pertrāsit a. partem magnitudis. d. ptē motus: ⁊. b. partem ma gnitudinis. e. parte motus ⁊. c. ptem magnitudinis. z. parte motus. le. li. Si igitur p̄ntis magnitudis ē mo tus quo per illam mouetur. o. mobile necesse est ipsuꝫ moueri. i. pertransire aliq̄ partem istius magnitudinis ⁊ ecōuerso. si mouetur aliquid per aliquā partem ma gnitudinis necesse est ad esse motum: qz ergo sic mot⁹ rū magnitudini ⁊ mouetur. i. motus erit ex indiuisibi libus si magnitudo cōponitur ex indiuisibilibus s'm q̄ dem. igitur. a. partem magnitudinis motum est ip̄m. o. motu quo. d. mouetur: s'm vero. b. mouetur motu quo ipsum. e. ⁊ s'm. c. quo ipsum. z.

Te. cō.6.

Notandum ꝙ ista noua translatio multum differt ab antiq̄ qm̄ hec p̄bat motum cōponi ex indiuisibilibus si ma gnitudo cōponitur ex indiuisibilibus: alia autē p̄bat rem motam componi ex indiuisibilibus si magnitudo componitur ex indiuisibilibus cuius littera est ista. ¶ Si igitur necesse est cum motus fuerit vt aliqḋ mo ueatur ⁊ cum aliquid mouetur. s. lz. vt motus si neces se est vt motum sit compositum ex indiuisibilibus vbi dicit cōmentator omnis motus inuenitur in moto: ⁊ quia isti motus sūt indiuisibiles: necesse est vt res mo ta sit indiuisibilis: impossibile enim est vt motum sit maius motu ⁊ induxit supra Aristo. hunc sermonem in forma sillogismi cō posita ⁊ dixit sic ig' necesse est cū

fuerit motus vt res mota sit ⁊ possumus motus indiuisibiles per magnitudinem īdiuisibilem ⁊ res mota non est maior motu neqꝫ magnitudīe per ꝙ mouetur necesse ē vt res mota primo sit indiuisibilis ex quo sequitur vt mota composita sint composita ex indiuisibilibus.s.mota non primo. Quattuor ꝓpositiones ponit cōmentator in hoc commento: quarum prima est ista ꝙ res mota non est maior motu.que quidē ꝓpositio est ītelligēda ꝺ subiecto adequato motus.certum enim est ꝙ motus ⁊ subiectum adequatum alicuius accidentis non est maius neqꝫ minus illo accidente. Secunda propositio res mota non est maior magnitudine supra ꝙ fit motus:hec propositio est intelligenda de magnitudine cui mobile ꝭm se totum applicatur:⁊ si non applicatur magnitudini ꝭm se totū:sed ꝭm partem debet intelligi ꝭm illam partem secundum ꝙ primo applicatur:illa que tangunt se sunt equalia.⁊ si non simpliciter:tamen sunt equalia quantum ad ea que se tangunt. Tertia ꝓpositio:si motus componitur ex indiuisibilibus aliquod est motum primo ⁊ aliquid est motum non primo:quoniā si motus componitur ex indiuisibilibus ille habet primam partem simpliciter:igitur pars motus correspondens illi parti est motū primo:compositum autem ex partibus indiuisibilibꝰ correspondentibus partibus indiuisibilibus motus est motum non primo. Quarta ꝓpositio:si motus est indiuisibilis primum motum est indiuisibile:istam ꝓpositionem ponit cōmentator vt concludat rem motam esse compositā ex indiuisibilibus si motus componitur ex indiuisibilibus sic arguendo:si motus cōponitur ex indiuisibilibus prima mota que sunt subiecta partium indiuisibilium motus sunt indiuisibilia sed res mota componitur ex primis motis: igitur res mota componitur ex indiuisibilibus.

Dubitatur circa litteram quoniā philosophus videtur velle ꝙ motus recipiat quantitatem a spacio cū tamen.4.huius dixit ꝙ dato vacuo.s.dimensione separata in eo non fieret motus successiuus non obstante ꝙ vacuum esset quoddam spacium ⁊ quedam quantitas.dixit et commentator eodem.4.ꝙ celum non mouetur in loco per se ad hunc intellectum ꝙ motus celi non requirit spacium in quo moueatur: neqꝫ magnitudinem circa ꝙ mouetur.vnde si nullum esset corpus preter vltimam spheram:ipsa moueretur motu successiuo habēte quantitatem non dependentem a quantitate spacij vel magnitudinis. Respondetur ꝙ duplex est motus scilicet motus ad formam ⁊ motus ad vbi. successio in motu ad formam prouenit ex dispositione contraria materie vnde lumen subito multiplicatur in aere: quia aer est in pura priuatione respectu luminis:nihil enim est in aere ꝙ sit contraria dispositio obiciēda ad hoc ꝙ inducatur forma luminis: successio autem in motu ad vbi aliquando causatur ex resistentia mobilis ad motorem in motu animaliū ⁊ corporum celestium:aliquando autem causatur ex resistentia mobilis ad motorem vt in motu elementorum: ⁊ aliorum mixtorum inanimatorum:non loquitur Aristo. hic ꝺ quantitate ad formam:neqꝫ de quantitate motus ad vbi cuius successio ꝓuenit ex resistētia mobilis ad motorem:sed loquitur de quantitate motus ad vbi cuius successio prouenit ex resistēᵃ medij ad mobile ⁊ huiusmodi medium est illa qua magnitudo seu spacium a quo motus accipit quantitatem. ¶ Cum etiam dicit philosophus ꝙ motus diuiditur secundum quantitatem spacij non loquitur de quantitate vacui: neqꝫ de quantitate mathematica:sed de quantitate corporis naturalis secundū ꝙ semper intelligitur esse aliqua resistēᵃ motus.igitur ad formam diuiditur secundū diuisionem forme contrarie in mā. Motus ad vbi causatus ex resistēᵃ mobilis ad motorem diuiditur ad diuisionem quantitatis mobilis:motus autem ad vbi causatus ex resistēᵃ medij ad mobile diuiditur secundum diuisionem spacij seu magnitudinis per quam fit motus.(Si igitur necesse est ꝙ mouetur). Ista est secūda pars huius capituli in qua philosophus exequitur de intento ponens istam conclusionem:impossibile est aliquam magnitudinem componi ex indiuisibilibus ꝙ philosophus probat per demonstrationē ducentē ad impossibile inferēs.6.inconueniētia ex opposito illius quorum primum est ꝙ ab aliquo mobili simul pertransitur aliquod spacium:⁊ ab eodem illud est ꝑtransitum ita ꝙ aliquod mobile simul pertransit aliquod spacium ⁊ pertransiuit illud:quod autē illud sit inconueniens manifestum est quoniam si aliquid mouetur ex aliquo loco ad aliquem locum non est possibile illud mobile simul moueri super illud spacium:⁊ motum esse super eodē spacio: vt si aliquis vadat thebas non est possibile simul ire thebas ⁊ iterū esse thebas:quoniam simul esset in fine spacij ⁊ ante finē spacij ⁊ consequenter in duobus locis propriis ꝙ est absurdum ¶ Et quod illud inconueniēs sequatur arguitur.nam si magnitudo componitur ex indiuisibilibus moueatur igitur.a.mobile pertranseundo partes indiuisibiles illius magnitudinis a b c cum igitur pertrāsit.a.partem sequitur ꝙ pertransiuit illam ⁊ ꝙ illa est pertransita:quia si pertransit illam ⁊ nondum est pertransita.igitur illius partis aliquid est pertransitum ⁊ aliquid pertranseundum ⁊ per consequens illa pars est diuisibilis:quod est contra suppositū: querit ergo philosophus cum.o.mobile mouetur super.a.partem vtrum super illam partem sit prius moueri ꝙ mutatū eē aut sit simꝰ moueri ⁊ mutatū eē:si priꝰ ē moueri ꝙ mutatū esse:necessario diuisibilis est.a.pars ⁊ ratio est ista:quia si prius est moueri ꝙ mutatū esse in.a.igitur datur terminus a quo ⁊ terminus ad quem ⁊ medium in ipso a.quod non contingit si.a.est indiuisibile. Si autē dicitur ꝙ super.a.magnitudinem est simul moueri ⁊ mutatum esse igitur pertransiens spacium quo mobile vadit thebas simul est in spacio ⁊ in fine cum non sit prius in medio ꝙ in fine ⁊ per consequens simul pertransit.a.magnitudinem ⁊ est pertransita ab illo.le.lt. (Si igitur necesse est ꝙ mouetur vnde vbi).i.de loco ad locum non simul moueri ⁊ motum eē.s.quo mouit quādo mouit.i.simul pertransire ⁊ pertransiuisse:vt si thebas aliquis iret impossibile est simul ire thebas ⁊ iuisse thebas: secundum.a.quidem impartibile est motum esse ipsum.o.secundū ꝙ est ipsum.o.motus aderat indiuisibiliter super.a.partem indiuisibilem:quare si quid posterius deuenerit ꝙ venit.s.quare si posterius erit ventum esse ꝙ venire ⁊ pertransitum esse ꝙ pertransire esset diuisibile vt puta a magnitudo cum quidē enim veniret.o.mobile super.a.neqꝫ quiescebat neqꝫ transierat diuisibile:sed medium erat oportet a esse diuisibile. ¶ Si autem simul venerit ⁊ venit veniens cum venit constructe:si autem cum veniens venit causa pertranseundi.a.simul venit ⁊ venerit:idest nam prius est venire quā venisse:neqꝫ prius est pertransire ꝙ pertrā- Tex. cō.7.

fuisse: ventum ibi erit ⁊ motum esse vbi mouetur: idest
simul erit moueri ⁊ mutatum esse ac pertransire ⁊ per-
transitum esse: quod est impossibile: quia mutatum esse est
finis motus ⁊ pertransitum esse est finis pertrāsitionis
vnumquodque enim habens finem precedit suum finē.

Notandum ſm cōmentatorem cō-
mento. 7°. quod si illud mo
tum mouebatur per vnamquāque istarum partium in
diuisibilium necesse est vt insimul pertranseat ⁊ quod iam
pertransiuit: scilicet quod instans in quo dicitur ipsum p-
transire eam sit idem cum instanti in quo dicitur ipsum
pertransiuisse: ex quo sequitur vt ambulans dicatur ve
re ambulans se in loco in quo ambulat ⁊ in loco in
quo vere dicitur iam ambulasse dicatur vere ⁊ sic mo-
tus erit ociosus: quoniam si homo quando ambulat
ad balneum est in balneo motus eius est ociosus: ⁊ si
militer si ambulat ad balneum ⁊c. quando est in balneo.

Sed dubitatur primo arguen-
do quod omne mo
bile pertransiens spacium aliquod pertransiuit illud
quoniam ex eo aliquid mobile pertrāsit aliquod spa-
cium: quia mouetur super illo. sed quodcunque mobili da
to quod mouetur super aliquo spacio mouebatur super
eodem vt colligitur a philosopho in hoc. 6. igitur om-
ne pertransiens aliquod spacium pertransiuit illud.
¶ Secundo arguitur quod aliquod mobile pertran
sit aliquod spacium pertransitum ab eo semper presup
ponendo q tantum semel pertranseat illud spaciū: ⁊
pono quod aliquod mobile debeat pertransire adequa
te in hora lineam pedalis quantitatis cuius medius
punctus sit. a. in quo iam sit mobile ⁊ arguitur sic: mo
bile significatum pertransit. a. pro hoc instanti ⁊ pro eo
dem instanti est. a. pertransitum igitur ⁊c. patet conse-
quentia cum maiori: quia non videtur quod illud mobile
ante hoc instans vel post hoc instans pertranseat. a.
⁊ minor arguitur quoniam. a. aliquando est pertran-
situm: aut igitur ante hoc instans presens vel post hoc
instans presens: vel in hoc instanti presenti: non ante
hoc instans presens: quia tunc aliquid esset pertransi-
tum antequam pertransiretur: nec etiam post hoc instans
presens quia tunc. a. punctus esset diuisibilis secundum
quod arguit philosophus. o. magnitudine indiuisibili: igi
tur pro hoc instanti. a. punctus est pertrāsitus quod erat
probandum. Tertio arguitur quod moueri ⁊ mutatum esse
sunt simul: quoniam moueri mensuratur tēpore ⁊ mu
tatum esse mensuratur instanti: sed tempus ⁊ instans
simul sunt per Aristo. vi. 4. huius quod instans ⁊ tempus
conuertuntur: igitur simul sunt moueri ⁊ mutatum esse
Quarto arguitur quod motus non est ociosus neque fru-
stra quo aliquod mobile mouetur ad locum in quo ē
quia nullus motus planetarum est frustra aut ociosus
⁊ tamen quilibet planeta ex quo circulariter mouetur
⁊ recedit ab aliquo loco ad quem accedit mouetur ad
locum in quo est. ¶ Ad primum dicitur quod licet ad hoc quod
mobile pertranseat aliquod spacium sufficit quod mouea
tur per illud vel super illud non tamen sufficit illud ad
hoc quod pertransiuerit aliquod spaciū: sed vltra requiri
tur quod fuerit in fine spacii [illegible] nec sequitur: primus an
te hoc fuit ita quod illud mobile pertransiuit. a. spaciū. igi
tur continue ante hoc illud mobile pertransiuit. a. spa-
cium ad hoc enim quod pertrāsiuerit illud spacium oportet
tet quod illud spacium sit pertransitum ab eo. ⁊ quod sit in fi-
ne spacii: nunquam igitur est verum quod mobile pertransiuit
suum spacium nisi in fine sui spacii. sicut nunquam est verum

quod mobile pertransibit aliquod spaciū antequam mouea
tur super illud. sed de presenti dicitur pertransire dum-
modo vna pars sit pertransita ⁊ alia pertranseunda
⁊ mobile continet motum super illo spacio. ¶ Ad secū
dum dicitur quod in instanti presenti pertransitur. a. pūctus:
sed nondum est pertransitus: solum enim immediate post
instans presens. a. punctus erit pertransitus non qui-
dem in aliquo instanti primo: sed in quolibet tempore
⁊ in quolibet instanti futuro. a. punctus erit pertransi-
tus: ⁊ cum concluditur ex isto quod. a. punctus est diuisi-
bilis si prius pertransitur quam habeat pertransitum esse
negatur consequētia: neque ratio Arist. fecit pro ista cō-
sequentia. quoniam Aristo. arguit de eo quod est per se: ⁊
non per accidens pertransibilis. modo si aliqua ma-
gnitudo est pertransibilis per se: quelibet pars eius est
per se pertransibilis ideo de omni quod est per se pertran-
sibile sequitur: hoc prius pertransitur quam pertransitum
hoc sit: igitur hoc est diuisibile: punctus autem non per se
transitur: sed solum per accidens ad pertransitionem
totius magnitudinis: sicut etiam punctus existens in
mobili non transit per se: sed tantū per accidens ad per-
transitionem mobilis. ¶ Ad tertium negatur conse-
quentia: vnde omne tempus finitum clauditur duo-
bus instantibus: ⁊ omne instans copulat partes tempo-
ris inuicem: non autem omne moueri clauditur duobus
mutatis esse: neque omne mutatum esse copulat partes
motus inuicem: cum in motu non detur primū muta-
tum esse sed vltimum: neque semper datur mutatum esse
in potentia: immo aliquādo in actu sic quod terminat mo
tum ⁊ nō copulat. ideo omne moueri precedit quodli-
bet suum mutatum esse: licet non omne tempus precedat quod-
libet suum instans. ¶ Ad quartū dicitur quod cōmenta-
tor loquitur de motu cuius quantitas accipitur a quā
titate spacii in quo mouetur scilicet magnitudinis per quā
mouetur: ⁊ de mobili quod mouetur vt acquirat finem: ⁊
non de mobili quod mouetur vt preseruet finem: nūc au-
tem motus planetarum non accipit quantitatem a spa
Notandum q cōmentator cōmento .l̄r. mouet duo dubia: ⁊ soluit: quorū primum est: cū in prima parte huius capituli philosophus probauerit q si magnitudo est diuisibilis in infinitū velocitas ⁊ tarditas procedunt in infinitum: nunc autē probat econuerso q si velocitas ⁊ tarditas procedunt in infinitum: magnitudo est diuisibilis in infinitum: apparet enim q vna istarū demonstrationū sit superflua ⁊ inutilis cum non contingat circulariter demonstrare ex determinatione philosophi primo posteriorū. Respondet commentator q nulla istarum demonstrationum est inutilis vel superflua: quia non procedunt eodem modo: quoniam enim diuisibilitas magnitudinis in infinitum est causa velocitatis ⁊ tarditatis in infinitum: ideo cū demōstratur velocitas ⁊ tarditas in infinitum per diuisibilitatē magnitudinis in infinitū demonstratur effectus per causam: cum vero demonstratur diuisibilitas magnitudinis in infinitum per velocitatem ⁊ tarditatem in infinitum demonstratur causa per suum signum .i. per effectum suum conuertibilem cum causa: constat autē q contingit demonstrare effectum per causam: ⁊ econtra vt habetur primo posteriorū: ⁊ maxime quando causa ⁊ effectus conuertuntur: ⁊ ex hoc patet q nō est inconueniens demonstratio circularis in diuersis generibus demōstrationū: quarū vna est quia ⁊ altera propter quid. Egydius tamen dicit q talis non est demōstratio circularis: quia ad hoc q aliqua sit demonstratio circularis non sufficit q procedat ab eodem in idē sed cum hoc requiritur q vadat per idem seruans processum consimilem q non contingit quando demonstratur causa per effectum: ⁊ econtra: similiter quando sanitas demonstratur per deambulationē: ⁊ econtra non est demonstratio circularis: licet sit processus ab eodem in idem continue per causam: quia non seruatur idem modus procedendi: sicut neq; seruatur idem genus cāe: cum enim demonstratur sanitas per deambulationem aut per potionem: processus est per causam efficientem: cum vero econtra demonstratur deambulatio aut potio per sanitatem procedetur per genus cāe finalis modo, variato genere cause variatur via ⁊ modus procedendi circulariter. ¶ Secundum dubium commentatoris est istud: quomodo omnis motus potest esse velocior ⁊ tardior aut quomodo omne motum potest velocius ⁊ tardius moueri cum declaratum sit q motus motorum naturalium sūt determinati in velocitate ⁊ tarditate: ⁊ celum impossibile est vt velocius moueatur s̄m q declaratur octauo huius. ¶ Ad istud dubium sunt tres responsiones quas recitat commentator eodem commento: quarum prima est Alexandri q motus corporū celestium est voluntarius: quia talia corpora mouentur ab intelligentia vel ab anima mouente per intellectum ⁊ voluntatem: ⁊ quia voluntarius ē huius motus: ideo potest esse velocior ⁊ tardior: ⁊ ponit exemplum: nam sicut boni possunt moueri ad operandum non bona: licet nunq̄ moueantur ad operandum non bona: sic motus celi potest esse velocior ⁊ tardior: nunq̄ tamen erit velocior ⁊ tardior. ¶ Istam responsionem non impugnat commentator cum non sit presentis speculationis neq; s̄m mentem philosophi: neq; exemplum est simile: quia boni ex principijs naturalibus sunt liberi libertate contradictionis nā possunt bene ⁊ male agere indifferenter: celum autem non mouetur libere contradictorie: sed naturaliter sic q per potentiā naturalem non potest non moueri neq; variari in velocitate ⁊ tarditate: sicut per nullam potentiā naturalē potest variari ordo vniuersi. ¶ Secunda responsio est Odomū q sibi appropriauit preter responsionem primam Alexander vt colligitur a commentatore: ⁊ dicit h responsio q ista possibilitas non pendet a moto: sed a motu: omnino enim motus positus in alio moto possibile est vt ymaginetur in alio moto velocior aut tardior ⁊ hoc impossibile est in eodem moto: cum motus omnis moti est terminatus: ita quod motus vt motus potest esse velocior ⁊ tardior: sed vt est in isto moto non potest esse velocior aut tardior: bene autem in alio moto: hanc responsionē etiam non impugnat commentator: quia in magna parte continet veritatem. scilicet q motus vt motus potest eē velocior ⁊ tardior: ⁊ q cuiuslibet moti motus sit terminatus: sed q motus in vno moto posset esse velocior ⁊ tardior in alio moto: hoc non est verum: quia motus celi non potest esse velocior nē tardior in alio mobili: neq; est possibile aliquem motum alicuius alterius moti esse velociorem motu celi. ¶ Tertia est respōsio commentatoris dicētis esse motum s̄m quod est motum possibile est vt moueatur motu velociori suo motu secundum q est motus: ⁊ causa in hoc est de continuo: ⁊ velocitas in motu est similis diuisibilitati in continuo: quemadmodum igitur diuisibilitas procedit in continuo in infinitum: similiter velocitas in motu. Intendit commentator q sicut magnitudo dupliciter consideratur: vno modo vt est continua: ⁊ sic est diuisibilis infinitum: alio modo vt est passio naturalis: ⁊ sic non est diuisibilis in infinitum: ita motus cū sit de genere continuorum dupliciter potest considerari: vno modo in eo quod est continuum: ⁊ sic est velocitabilis ⁊ tardabilis in infinitum: alio modo vt est actus corporis naturalis: ⁊ sic non potest esse velocior ⁊ tardior in infinitum: quia omnium natura constantium terminata ē ratio magnitudinis ⁊ augmenti vt habetur secundo de anima. ¶ Et sicut dicitur de motu: ita potest dici de moto: quod motum vt motum potest velocius ⁊ tardius moueri: sed motum vt motum naturale non potest velocius ⁊ tardius moueri. Aristoteles autem considerat hic de motu ⁊ moto in communi non habendo respectum ad aliquod determinatum subiectum: ideo s̄m istam considerationem omnis motus potest esse velocior ⁊ tardior: sicut omne motum potest velocius ⁊ tardius moueri.

Intelligendū q sex ppōnes ponit cōtor cōmento allegato includētes difficultatē: quarū pª ē ista mot⁹ moto

rum naturalium sunt determinati in velocitate ⁊ tarditate eius. ꝙ non solum motus celi habet determinatam velocitatem ⁊ tarditatem: sed etiam motus elementorum ⁊ mixtorum grauium ⁊ leuium ꝙ non videtur verum quia philosophus quarto huius determinauit ꝙ motus grauiũ ⁊ leuiũ velocitaret in infinitum si mediũ rarefieret in infinitũ: igitur grauia ⁊ leuia nullum gradum velocitatis ⁊ tarditatis sibi determinãt. Sic enim terra ponatur in superficie eque ipsa velociter descendat: ⁊ si ponatur in superficie aeris adhuc velocius descendit ⁊ quanto a loco altiori cadit ceteris paribus tanto velocior mouetur circa finẽ. Respõdetur ꝙ sicut corpora generabilia ⁊ corruptibilia habent terminatam peryodũ sue durationis ſm spẽm nõ inclusiue sed exclusiue: sicut ꝙ est dare terminũ q̃ preterire non possunt: nunq̃ tamẽ attingunt suũ terminũ. quoniã quocunq; tẽpore dato per ꝙ habẽt esse p maius temp' poterunt' habere: nunq̃ tamẽ transeundo terminum illum: ideo nõ possunt durare per tẽpus infinitum: sed solum finitum: ita grauia ⁊ leuia sunt determinata in velocitate ⁊ tarditate suorum motuum sicut determinata sunt in grauitate ⁊ leuitate ⁊ media sunt determinata in raritate ⁊ densitate: sed nõ eodem modo: quia grauitas ⁊ leuitas sunt determinata inclusiue: ac etiã raritas ⁊ densitas cum detur sũma grauitas siue leuitas: summa densitas: ⁊ sũma raritas: sed velocitas ⁊ tarditas motuũ grauium ⁊ leuium est determinata tñ exclusiue: quoniam oẽ graue aut leue quãtũcunq; velociter moueat aut tarde adhuc velocius ⁊ tardius potest moueri: quia potest augeri vel diminui dispositio ex parte medij aut mobilis: ac etiam potest morari ⁊ abbreuiari distantia in motu taliũ cũ velocius moueantur in maiori distãtia q̃ in minori. nunq̃ tamẽ aliquod tale potest infinitum velociter aut tarde moueri: sed est dare tãtum exclusiuum sue velocitatis ⁊ tarditatis: in motu autem celi damus terminũ inclusiuũ velocitatis ⁊ tarditatis: quoniam tanto gradu velocitatis ⁊ tarditatis precise potest moueri sic ꝙ neq; velocius neq; tardius: tamen corpora celestia dissimiliter mouentur: quoniam aliqua velocius ⁊ aliqua tardius ⁊ eiusdem corporis celestis aliqua pars velocius ⁊ aliqua tardius mouetur: nullũ tamen ẽ corpus celeste ꝙ possit velocitare ⁊ retardare motum suũ. Secunda ꝓpositio oẽ motum ſm ꝙ est motum possibile ẽ vt moueat motu velociori suo motu. vnde sicut motus in plus se habet q̃ iste motus: ita motũ q̃ istud motum: ideo sicut motus ſm ꝙ est motus potest esse velocior ⁊ tardior: nõ autem iste motus demonstrando motum celi: ita motum ſm ꝙ est motum potest moueri motu velociori suo: tamen istud motum .s. celum non potest moueri motu velociori suo motu. Sed arguit sic: oẽ motũ ſm qđ est motum potest moueri motu velociori suo motu: igitur omne motum potest moueri motu velociori suo motu patet cõsequentia ab exposita ad vnã suarum exponẽtiũ siue ly ſm teneatur reduplicatiue siue specificatiue: in omnibus aliis valet cõsimilis modus arguendi: vt inductiue liquet: tunc sic: omne motũ potest moueri motu velociori suo motu: sed celum est motũ: igitur celũ potest moueri motu velociori suo motu: cuius oppositũ ponit hic cõmentator. Respõdetur ꝙ ly ſm tenetur in ꝓpositione cõmentatoris specificatiue: ⁊ ly potest nõ dicit possibilitatem nãlem: sed negationem repugnãtie ad hũc intellectum negatum omni moto ſm ꝙ est motũ non repugnat moueri motu velociori motu suo: ad quẽ intellectum conceditur consequens .s. ꝙ omni moto nõ repugnat moueri motu velociori suo motu: ⁊ consequenter ꝙ celo vt est motum nõ repugnat moueri motu velociori suo motu tamen in celo vt est celum repugnat moueri motu velociori suo motu: ad hunc intellectum cõcedũt mathematici ꝙ magnitudo põt augeri in infinitum. i. nõ repugnat magnitudini: vt magnitudo est augmentum in infinitum. Et si quis vellet propositionẽ cõmentatoris intelligẽdam esse affirmatiue ⁊ nõ negatiue dicat ꝙ ly potest nõ dicit possibilitatẽ realẽ extra aĩam: sed possibilitatem intentionalẽ in anima ad hunc intellectum ꝙ omne motũ ſm ꝙ est motum est ymaginabile moueri motu velociori: ⁊ sic est concedẽdum ꝙ celũ põt velocius moueri suo motu velociori. i. celum potest ymaginari moueri motu velociori suo motu: hũc modum intelligendi cõcipiunt mathematici di. ꝙ quacũq; linea data põt dari maior. id est potest intelligi aut ymaginari maior: bene. n. sciũt ꝙ dyametro mũdi nõ põt dari linea maior: dicendum igitur ꝙ neq; phus neq; commentator accepit illud verbum potest vt dicat possibilitate nãlem: sed tantum loycam exprimentem negationem repugnantie aut possibilitatem intelligendi. ¶ Tertia propositio motus est de continuo ⁊ velocitas ĩ motu est similis diffinitũ in continuo. Intendit commentator ꝙ causa propter quã motus est velocitabilis in infinitum est continuitas motus ⁊ nõ quia est act' corporis naturalis motus igitur ſm cõmentatorem vt est quid continuum ⁊ non est vt est quid naturale est velocitabilis in infinitum: sicut etiam in eo ꝙ est quid continuum ⁊ non in eo ꝙ naturale est diuisibilis in infinitum: cũ autem dicit commentator ꝙ velocitas in motu est similis diuisibilitati in continuo intelligit ꝙ sicut in motu procedit in infinitum: nam proportionaliter sicut diminuitur tempus, maioratur velocitas, motus: cum id spatium semper motu velocitate pertranseantur in minori spatio q̃ in maiori.

Dubitatur nam si motus vt habet rationem continui ⁊ nõ vt qd naturale est velocitabilis in infinitum: ⁊ vt constat est continuum vt continuum de cõsideratione mathematica: sequitur ꝙ ad philosophum naturalem nõ spectat probare neq; supponere motum esse velocitabilem in infinitum: cum nihil probat neq; supponat nisi sub ratione naturalitatis. Respõdetur ꝙ sicut philosophus considerat magnitudinem nõ tantum vt magnitudo ẽ sed vt est passio naturalis: ita considerat continuum nõ solum vt continuum est: sed vt est continuum naturale ⁊ quando probat tertio huius ꝙ magnitudo est diuisibilis in infinitum: non tantum considerat magnitudinem vt magnitudo est: sed magnitudinem vt ẽ passio naturalis ⁊ conceditur ꝙ magnitudo vt est passio naturalis est diuisibilis in infinitum neq; obstat illud philosophi .2. de anima omniũ natura constantium terminata est ratio magnitudinis ⁊ augmenti: aut philosophi ⁊ commentatoris primo huius ꝙ est dare minimam carnem: quia vt habetur secundo huius duplex est natura: scilicet materia ⁊ forma: neq; magnitudo est tantum passio forme: sed etiam materie: ideo magnitudo licet non sit diuisibilis in infinitum vt est passio forme: est tamen diuisibilis in infinitum vt est passio materie quia ⁊ si forme naturali repugnat diuisibilitas in infinitum: non tamen materie naturali cum sit pura ĩ potentia ⁊ passibilitas infinita magnitudo: q̃ ẽ diuisibilis ĩ ĩfinitũ vt ẽ passio nãl nãlitate mãe

sed nõ est diuisibilis in infinitũ vt est passio naturalis naturalitate forme. Ita in proposito est dicendum ꝙ motus est velocitabilis in infinitũ non tantũ in eo ꝙ continuũ: sed etiã in eo ꝙ continuũ naturale: ⁊ ita intelligit cõmẽtator: alr argumẽtũ nõ pcederet: ⁊ cũ dicitur motus nõ est velocitabilis in infinitũ in eo ꝙ est quid naturale: dico ꝙ illud est referendũ ad naturalitatem forme ⁊ nõ ad naturalitatem materie: vnde motus nõ est velocitabilis in infinitũ in eo ꝙ est quid naturale naturalitate materie: qꝛ materie nõ repugnat velocitas in infinitũ in eo ꝙ est quid naturale naturalitate mãe: qꝛ mãe nõ repugnat velocitas in ĩfinitũ. sic nec diuisibilitas in infinitũ. ¶ Quarta ppositio si velocitas finiretur in motu sm ꝙ est motus eẽt possibile motum fieri in instanti: quia si non: ponatur igitur oppositum cõsequentis cũ antecedente sic: ꝙ aliquis motus sit velocissimus quo aliquẽ velociorẽ esse repugnat motui sm ꝙ est motus: ⁊ quero vtrũ ille motus velocissimus fit in instãti vel in tempore: si in instanti habetur propositũ: si in tempore cũ qdlibet tempus sit diuisibile in infinitũ: illo tẽpore aliquod est tempus minus: sed motui inquãtũ motus non repugnat fieri per equale spatiũ in quocunqꝫ tempore: igitur motus inquãtũ motus nõ repugnat fieri in minori tempore, p equale spatiũ illi spatio per qd sit motus velocissim⁹ signatus: sed quãdo duo motus fiunt per equalia spatia: iste motus est velocior qui fit in minori tẽpore: igitur motus signatus nõ fuit velocissimus quo aliquẽ esse velociorẽ repugnat motui in eo ꝙ est motus: ꝙ est omniũ assumptũ: ⁊ per consequens si velocitas finiatur in motu sm ꝙ est motus possibile est motum fieri in instanti. ¶ Cõtra: implicat contradictionẽ motum esse in instãti: ⁊ nõ implicat contradictionẽ aliquẽ esse motum velocissimũ: qꝛ iã motus celi est motus velocissimus: igitur nõ: si velocitas finitur in motu sm ꝙ ẽ motus: possibile est motũ fieri in instãti. Et confirmatur motus specificatur a termino, ad quẽ vt patuit quito huius: sed nõ repugnat quãtitati vt quãtitas ẽ esse maximã: neqꝫ qualitati vt qualitas est eẽ sũmã: neqꝫ loco vt locus ẽ esse amplissimũ: igit nõ repugnat motui vt mot⁹ ẽ esse velocissimũ. ¶ Respõdetur negãdo consequentiã primã qꝛ licet nõ implicet cõtradictionem aliquẽ esse motũ velocissimũ: tamen ĩplicat contradictionem aliquẽ motum esse velocissimum secundũ ꝙ motus est cũ motui repugnet sm ꝙ motus est fieri in velocitate sic ꝙ nõ sit dabilis motus velocior. Et ad confirmationẽ dicitur negando antecedens ad intellectũ cõitus: vnde hec propõ nõ repugnat motui vt motus est: aliquẽ esse mediũ velocissimũ potest habere duplicem intellectum: primus est ꝙ nõ repugnat motui vt motus est aliquẽ esse motũ quo nõ est aliquis velocior: ⁊ iste intellectus est verus. Secũdus intellectus est ꝙ nõ repugnat motui sm ꝙ est motus aliquem esse motũ quo nõ est dabilis velocior: ⁊ iste intellectus est falsus sm quẽ vadit cõmentator: cõsequẽter respondatur ad antecedens distinguendo quãlibꝫ partem: hec enim propositio non repugnat quãtitati vt quantitas est esse maximã: dupliciter potest intelligi: primo ꝙ non repugnat quantitati vt quantitas est aliquã esse qua non est maior: ⁊ hoc verum. Scdo ꝙ nõ repugnat quãtitati vt quãtitas est aliquã esse qua nõ est maior: ⁊ hoc est falsum: consimiliter dicatur ad aliã ꝙ non repugnat qualitati vt qualitas est aliquẽ esse: que nõ sit intensior: sed repugnat qualitati vt qualitas est aliquam esse que non est dabilis intensior: similiter non repugnat loco vt loc⁹ est aliquẽ eẽ quo nullus sit maior: sed repugnat loco inquantum locus est aliquẽ esse quo non est dabilis neꝙ imaginabilis maior. ¶ Quinta propositio: omne motũ moueri motu velociori motu suo est propositio possibilis per se ⁊ impossibilis per accidens: vnde aliquid cõpetit moto per se: ⁊ aliquid per accidens: esse continuũ competit moto per se: sed esse celũ aut animal: aut plantã: aut ignẽ competit moto per accidens: quoniã accidit moto ꝙ sit celum aut animal aut planta aut ignis: sed non accidit moto ꝙ sit continuus cũ omne motũ sit per se continuũ perseitate primi modi: quoniã quantitas ordine nature precedit tam in concreto ꝙ in abstracto motũ: igitur hec ergo propositio: omne motum potest moueri motu velociori motu suo est possibilis per se. idest accipiendo eam in predicatione per se: vt omne motũ sm ꝙ continuũ potest moueri motu velociori suo motu: ⁊ est impossibilis per accidens: videlicet accipiendo eam in predicatione per accidens: vt omne motum sm quod est celum potest moueri motu velociori motu suo: ita dicatur de illa: motus est velocitabilis in infinitum quod est propositio possibilis per se: ⁊ impossibilis per accidens: nam ex quo motus est per se continuus: ideo motus vt continuus est velocitabilis in infinitum: ⁊ quia motus est per accidens motus celi: propterea motus vt ẽ motus celi nõ est velocitabilis in infinitum: hec ergo propositio: mot⁹ vt continuus est velocitabilis in infinitum: est propositio per se: ideo est possibilis: hec autem: motus vt ẽ motus celi est velocitabilis in infinitum: est per accidens: ideo est propositio impossibilis.

Sed dubitatur cum ea que sũt p accidẽs sũt relinquenda in scientia speculatiua per Ari. 6°. huius. sequitur ꝙ ista ppositio motus vt est motus celi nõ est velocitabilis in infinitũ: aut ista: nullum motum vt est corpus celeste potest moueri velocius aut tardius: nõ debet probari neqꝫ supponi in scientia naturali. Respondetur ꝙ Aristo. ibi loquitur de ppositione simpliciter per accidẽs: sed nulla dictarũ propositionũ est simplr per accidẽs: sed tñ sm partẽ: nã ex quo nõ posse moueri motu velociori motu suo competit corpori celesti per se: ⁊ moto per accidens: sequitur ꝙ ista ppõ: motũ vt est corpus celeste non potest moueri motu velociori motu suo: non est simpliciter per accidẽs: sed tñ sm vnam partem subiecti. Similiter non eẽ velocitabilẽ in infinitum competit per se motui celi: ⁊ per accidens motui in cõmuni: ideo illa propositio: motus vt est motus celi non est velocitabilis in infinitũ: est per accidens tantum sm vnam partem: ⁊ non sm totũ subiectum: quare ⁊c. ¶ Sexta propositio cum coniuncta fuerit huic propositioni: propositio in qua dubitatur ⁊ concludetur impossibile scietur quod illud impossibile non sequitur ex possibili sm quod est possibile: intendit commẽtator quod ista propositio scitur tanꝙ necessaria: motus naturales sunt terminati in velocitate: ⁊ ista est dubia ⁊ distinguenda omne motũ potest moueri motu velociori suo motu: hec autem est impossibilis: motus celi nõ est terminatus in velocitate. Si igit prime propositioni fiunt cõiuncta scda nos habebimus istã ppositionẽ: omnis motus est velocitabilis in ĩfinitũ: que est possibilis per se: ⁊ ĩpossibilis per accidẽs: sed ex possibili non sequit impossibile.

Contra omnis motus est velocitabilis in
infinitum sed motus celi est mot⁹
igit motus celi ē velocitabilis in infinitū: ꝛ ꝑ ɔ̄ns mo
tus celi nō est terminatus in velocitate: prima ɔ̄ntia tꝫ
qꝛ in tertio p̄n̄ie fi⁹ an̄s ē possibile: igit ꝛ ɔ̄ns. Rn̄detur
ꝙ accipiendo maiorem ꝓ se vt equiualet vni istarum
omnis mot⁹ f̄m ꝙ mot⁹ est velocitabil' in īfinitū: aut
omnis motus f̄m ꝙ ɔtinu⁹ est velocitabil' in infinitū:
fallit ɔsequentia: qꝛ arguitur a predicatōe per se ad p̄
dicationem per accidēs: sic arguendo fallit consequē
tia: sed ex hꝫs premissis tn̄ sequitur ꝙ motus celi f̄m
ꝙ motus aut f̄ꝫ ꝙ est continuus ē velocitabil' in īfini
Tex. co. 16. tum. (Quoniam enim ostensum). Secūda conclusio
diuisibilitas temporis ꝛ magnitudinis procedit in in
finitum: ista conclusio probatur presuppositis dua
bus propositionibus precedentibus: quaꝝ prima ē
ꝙ velocius est illud ꝙ minori tempore pertransit spa
tium equale: ꝛ tardius est illud ꝙ inequali tempore p
transit spatium minus. ¶ Secunda propositio est ꝙ
in omni tempore potest esse motus velocior ꝛ tardi
or. ¶ Istis presuppositis pono ꝙ mobile veloci⁹ ꝛ
mobile tardius debeant pertransire aliquā magnitu
dinem in aliquo tēpore: ꝛ quero vtrum magnitudo ꝛ
tempus sint indiuisibilia in infinitū vel habeāt statū
in diuisione: si primū habet intentū: si scd̄m cōtra: quo
cunqꝫ tempore modico dato in illo potest fieri motus
velocior ꝛ tardior per secūdā propositionē: igitur
mobile velox in minori tempore est illud ꝙ poterit p
transire tantū spatium quantum est spatium tardioris p
primā propositionē: ꝛ per consequens illud nō fuit
minimum: ꝛ sic arguitur de isto ita de quocūqꝫ alio: si
etiam datur minima magnitudo cōtra illā: in aliquo
tempore poterit pertrāsire mobile velox: igitur ineq̄li
tempore minorem pertransibit mobile tardius: patet
consequētia per diffinitionē velocioris ꝛ tardioris: ꝛ
si sic magnitudo data non est minima ex quo habꝫ p
tem minorem: ꝛ sicut arguitur de ista ita de quacunqꝫ
alia: ponatur igitur ꝙ .a. sit mobile velocius: ꝛ .b. mo
bile tardius que pertrāsire debeant aliquā magnitu
dinem in aliquo tempore: ꝛ arguitur sic: si .a. potest p
transire aliquā magnitudinē in aliquo tempore: mi
norem magnitudinem potest .b. pertrāsire in eodē tem
pore: ꝛ si aliquā magnitudinē potest .b. transire ī ali
quo tempore equalē potest .a. pertransire in minori
tempore: igitur tempus ꝛ magnitudo sunt diuisibilia
in infinitū: patet consequētia: quia velocius diuidit tē
pus in infinitū ꝛ tardius diuidit magnitudinē in infi
nitum: antecedēs patꝫ ex diffinitionibus velocioris ꝛ
tardioris. Sed ph̄us aliter exemplificat ponendo ꝙ
.a. sit mobile velocius: ꝛ .b. mobile tardius motū per
magnitudinē .c.d. in tempore .z.i. ꝛ patꝫ ꝙ .a. moue
bitur per eandē magnitudinē in minori tempore sic
igitur ꝙ in tempore .z.t. deinde in tempore .z.t. mobile
velocius .s. a. transibit totam magnitudinem .c.d. igi
tur .b. mobile tardius in eodem tempore transibit mi
norem magnitudinem sic igitur illa magnitudo .c. k.
que sit magnitudinis .c.d. rursus si .b. mobile tardum
transibit .c. k. magnitudinem in tempore .z.t. igitur .a.
mobile velocius transibit illā in minori tempore: ꝛ
sic procedendo in infinitum a motu .a. ad motū .b. ꝛ
econtra erit diuisio tā temporis q̄ magnitudinis in in
finitum: quoniam .a. continue diuidit tempus ꝛ .b. ma
gnitudinem. Le. li. (Quoniā enim ostensum est ꝙ ve
locius transibit in minori tempore equale sit: ꝙ quidē
mobile in quo est .a. velocius: ꝙ autem in quo est .b.
sit mobile tardius: ꝛ sit motum mobile tardius que ē
.c.d. per magnitudinē que est .z.i. tempore: manifestū
igitur est qd̄ velocius in minori tempore q̄ hoc ꝙ est
.z.i. mouebitur per eandem magnitudinem: sit ergo
motum .a. in tempore in quo est .z.t. Iterum autē quo
niam mobile velocius in eo tempore ꝙ est .z.t. transi
uit totam magnitudinem que est .c.d. ipsum tardius in
eodem tempore minorē trāsit: sit igitur magnitudo in
qua .c. k. quoniam autem tardius ꝙ est ipsum .b. in eo
tempore ꝙ est .z.t. ipsam magnitudinem que est .c. k.
transiuit velocius in minori tempore illam transit: q̄
re iterum diuiditur ꝙ est .z.t. tempus: hoc autem diuiso
ꝛ .c. k. magnitudo diuiditur f̄m eandem rationē. (Si
vō magnitudo). Ex hꝫs philosophus concludit in
tentum di. ꝙ necesse est magnitudinem ꝛ tempus pro
cedere in infinitum in diuisione si semp a velociori ac
cipiatur tardius: ꝛ a tardiori velocius sic arguēdo .a.
est mobile velocius: igitur in minori tempore pertran
sibit equalem magnitudinem: deinde accipiatur tardi
us: ꝛ sic arguatur .b. est mobile tardius: igitur inequa
li tempore transibit minorem magnitudinem quibus
signatis .f. tempore ꝛ magnitudine rursum accipiatur:
ꝛ sequitur ꝙ illud in minori tempore transibit illā ma
gnitudinem: ꝛ iterum accipiatur tardius ꝛ procedatur
in infinitum: quoniam velocius diuidit tempus in in
finitum: ꝛ tardius magnitudinem. Et fundatur ista de
monstratio super hoc ꝙ diffinitio velocioris ꝛ diffini
tio tardioris inuicem conuertuntur: sicut ꝛ ipsa diffini
ta: si enim .a. velocius mouetur q̄ .b. oportet ꝙ .b. tardi
us moueatur q̄ .a. ꝛ econtra: ꝛ si velocius in minori
tempore transibit equale: tardius inequali tempore p
transibit minus ꝛ econuerso. Lege litteram. (Si vero
magnitudo ꝛ tempus inuicem accipiuntur secundum
diuisionem: ꝛ hoc erit semper accipientibus a velocio
ri tardi⁹ ꝛ tardiori veloci⁹ sic ꝙ sp̄ post vnū istoꝝ acci
piat' reliquū: ꝛ eo qd̄ demonstratum est vtentibus in
pta exemplificationem factam in littera semper fiet di
uisio temporis ꝛ magnitudinis). Diuidet autē quod
est velocius tempus: tardius autem longitudinem. Si
igitur semper verum est quand velocius ꝛ tardius: ꝛ
diffinitiones eorum: conuerso autem velocior in tar
dius ꝛ econtra semper fit diuisio temporis ꝛ magnitu
dinis. (Manifestum quoniam). Tertia conclusio est Tex. co. 17.
est hec: ꝛ correlaria ex prioribus: si tempus est diuisi
bile in infinitum: magnitudo est diuisibilis in infinitū
ꝛ econtra: istam conclusionem philosophus duplici
ter probat: primo ex ratione facta in secunda conclu
sione sic: tempus est diuisibile in infinitum ꝛ magnitu
do est diuisibilis in infinitum: ꝛ per easdem continue
ꝛ equales diuisiones ambo inuicem condiuiduntur:
accipiendo a velociori tardius: ꝛ a tardiori velocius
igitur si vnum illorum est diuisibile in infinitum: ꝛ re
liquum est diuisibile in infinitum. Lege litteram. (Ma
nifestum quoniam omne tempus continuum est): si
militer autem manifestum ꝛ ꝙ magnitudo omnis cō
tinua est: semper philosophus intelligit per continuū
diuisibile in infinitum: per easdem enim ꝛ equales di
uisiones: tempusqꝫ ꝛ magnitudo diuiditur. (Amplius
autem). Secundo arguit philosophus per rationem
alterius capituli: si aliquod mobile in aliquo tempo
re pertransit medietatem magnitudinis: ꝛ in quarta p
te temporis quartā partē magnitudinis: ꝛ in octaua
parte temporis octauā partē magnitudis: ꝛ sic in in

finitum semper minorando magnitudinē sicut minoratur tempus: igitur si tempus diuiditur in infinitū magnitudo diuiditur in infinitum: patet consequentia ex quo sunt cōsimiles diuisiones temporis & magnitudinis: vnde dicit cōmentator q partes in eis sunt eedē in numero & proportione: ita q tot sunt partes vnius quot sunt partes alterius: & quelibet proportio reperta in vno reperitur in alio: & econtra. Le. li. (Amplius autem & ex cōsuetis rationibus dictis alibi dicimanifestum est: at si tempus quidē cōtinuū est: quia ē magnitudo continua est) .i. diuisibilis in infinitū: si quidem igitur & in medio tempore mediū trāsit magnitudinis: & similiter .i. vniuersaliter in minori minus eedē naturā diuisiones temporis & magnitudinis sunt.

Contra dicta arguitur q tēp⁹ nō est diuisibile in infinitū quoniā in tēpore instātia sunt īmediata: igitur &c. patet consequentia & antecedens quadrupliciter probatur: & primo sic: magnitudinis pertranseunde datur primus punctus pertranseūdus: igitur temporis futuri datur primū instās futurū: patet consequentia ex dictis: quoniā tempus & magnitudo consimiliter diuidūtur: ita q partes correspondent partibus & instātia punctis: si igitur datur primū instans futurū illud necessario est īmediatum huic instāti presenti: antecedens arguitur: & pono q in duabus lineis discontinuis .a. b. puncta sint īmediata: & q .c. punctus corporis sperici sit super .a. incipiens mouerisuper lineā .b. puncti: & patet q .b. pūctus erit primo pertransitus: quia nō datur alius ante .b. neq post .b. prius pertransitus. ¶ Secundo cū aliquid generatur vel corrumpitur: quero vtrū esse & nō esse illius mensuretur eadem mensura vel alia: nō eadem mensura per Aristo. quarto huius: aliter aliquid simul esset & non esset: & si mensuraretur eadē mensura: sed esse rei genite mensuratur instāti: igitur nō esse eiusdem mensuratur alio instanti vel alio tempore: si alio instanti & inter esse & nō esse non datur medium: quia contradictio est oppositio: cuius non est dare mediū per se: ex quo igitur duo instantia sunt īmediata: si non esse rei genite mensuratur tempore: igitur duorum contradictoriorum vnū mensuratur tempore & non aliud: q non videtur possibile. ¶ Tertio quero vtrum inter omnia instantia istius hore sit dare medium vel non sit dare medium si non sit dare mediū: sed ista sunt immediata inter que non datur medium: igitur omnia instantia istius hore sunt immediata: si ē dare mediū inter omnia instantia huius hore illud medium: aut est tota hora vel pars hore: non tota hora: quia illud quod mediat inter aliqua non continet aliquod illorum: sed ista hora continet infinita instantia istius hore. Igitur ista hora non mediat inter omnia instātia huius hore: vt patet inductiue & maxime quia quelibet pars huius hore continet infinita instantia eiusdem hore. ¶ Quarto accipio hanc propositionem: aliquod istorum est demonstratis omnibus instantib⁹ futuris: & patē q illa ppositio immediate post hoc erit vera igitur aliqua singularis eius immediate post hoc erit vera: patet consequentia quia ad veritatem particularis requiritur & sufficit veritas vnius singularis: sed quacūq singulari data sequitur q instans demonstratū per subiectum illius immediate post hoc erit: igitur aliquod instans futurum erit sine medio post hoc q nō contingit nisi illud sit immediatum instanti presenti. Item dato q instās presens sit .a. ista propositio particularis immediate post hoc erit vera. aliquod instās non .a. est: igitur aliqua singularis immediate post hoc erit vera: & per cōsequens aliquod instans non .a. erit immediatum .a. instanti. ¶ Ad primum respondetur negando istam consequentiam alicuius magnitudinis pertranseunde aliquis erit pūctus primo pertransitus: igitur alicuius temporis futuri aliquod erit primum instans futurū: quoniam talis punctus primo pertransitus non correspondet alicui instanti futuro: sed tantum instanti presenti: si enim aliquod mobile pertranseat aliquam magnitudinem punctus q̄ actualiter pertransit erit primus punctus pertransitus totius magnitudinis pertranseunde: & tamen non dabitur primum instans alicuius futuri temporis: tamen in casu argumenti non oportet concedere q .b. punct⁹ erit aliquando pertrāsitus: quia nullius magnitudinis pertranseunde aliquis punctus est pertransitus nisi ille sit terminus alicuius magnitudinis pertransite: sed punctus .b. non terminat aliquam magnitudinem pertransitam anteq̄ ipse sit pertransitus: igitur .b. punctus nunq̄ erit pertransitus: vnde in casu isto motus totius magnitudinis pertranseunde sicut incipit ab .a. ita incipit .a. b. licet non eodem modo: quia incipit ab .a. exclusiue: & ab ipso .b. inclusiue: neq sequitur .c. punctus iam non tangit .b. & immediate post hoc tanget .b. igitur immediate post hoc mouebitur super .b. aliter in motu daretur primum mutatum esse simpliciter contra doctrinam phi in hoc sexto. ¶ Ad secūdū ē responsio a pho & cōmentatore secundo huius q licet esse alicuius mensuretur instanti: non oportet q non esse illius mensuretur instanti: si enim sor. nunc primo est suum esse mensuratur instanti: suum autem nō esse vt est in materia remota cum sit perpetuū nō mensuratur tempore: vt autē est in materia propinqua mensuratur tempore: & dato q non esse sortis mēsuretur instāti: nō propter hoc instātia sunt īmediata: quoniam esse sortis nō solū vno instanti mensuratur: sed infinitis instātib⁹: & tamē nulla instātia mēsurātia eē sortis sunt īmediata: ita lz nō esse sortis mēsuretur vno instāti: nō tamē ppter hoc istās est īmediatū instāti: quia nō tm̄ vno instāti mēsuratur: sed īfinitis. ¶ Ad tertiū dr q nullū ē me^m īter oīa istātia huius hore: ex quo nō sequit q oīa illa istātia sunt īmediata: lz enī oīa duo sint īmediata inter que nō cadit aliqd mediū: nō tamē oīa ista sunt īmediata īter q̄ nō cadit mediū: bene tamē cōcedo q inter oīa instātia huius hore sūt aliqua media .s. huius hore omnes partes tenēdo ly omnia diuisiue: quoniam inter duo instātia huius hore sunt aliqua media: & īter tria instātia hui⁹ hore sunt aliqua media: & sic de aliis: nō tamē illa ppositio est vera tenēdo ly oīa collectiue: quia nulla sunt media inter oīa instātia huius hore: nam si aliqua sūt media inter omnia istātia huius hore videtur q omnes partes huius hore: vt cōmuniter dicit: sed h nō: quia omnes partes huius hore collectiue sumpte continēt oīa istātia intrinseca hui⁹ hore: igitur nō mediant inter oīa instātia huius hore: deinde cū oēs partes huius hore collectiue sūpte mediēt inter duo instātia extrema: sequitur q tm̄ distāt oīa instātia istius hore quātū distāt oīa vltima eiusdē hore. Et si arguitur sic: omnia instantia huius hore sunt mediata: igitur aliquod est medium vel aliqua sunt media inter omnia illa instātia negatur cōsequentia sed bn̄ sequit q quibuslibet duobus istātibus datis inter illa est aliqd mediū vel sūt aliqua media.

¶ Ad quartum concedo q̃ illa particularis imediate post hoc erit vera: aliqd̃ istoꝝ est: ac etiã illa: aliqd̃ instans nõ. a. est ex quo nõ sequitur q̃ aliqua singularis illius imediate post hoc erit vera: et cum dicitur ad veritatem particularis requiritur et sufficit veritas vnius singularis verum est nõ tamen si aliqua particularis imediate post hoc erit vera aliqua sua singularis imediate post hoc erit vera: sed sufficit q̃ imediate post hoc aliqua sigularis istius erit vera: nulla tamen est illa sicut imediate post hoc aliqd̃ instans futurũ erit: nullum tamen instans futurũ imediate post hoc erit quia tunc duo instantia essent imediata. Cõsequẽter concedat q̃ aliqua vniuersalis imediate post hoc erit falsa: et tamen quelibet eius singularis immediate post hoc erit vera: verbi gratia hoc quodlibet istoꝝ est futurũ nunq̃ erit vera demõstratis oĩbus instãtibus futuris: et tñ quocũq; instanti futuro demonstrato hoc imediate post hoc erit vera: hoc istoꝝ est futurũ: sed hoc dimittantur: q2 sunt loycalia.

Tex. cõ. 12.



Et si quodcunq; infinitiuũ. Istud est quartum capitulum huius primi tractatus: in quo phãs phat: continuũ nõ cõponi ex indiuisibilibus per naturã ipsoꝝ indiuisibiliũ: post q̃ pbauit idem per naturam cõtinui et magnitudinis: et per naturã velocitatis et tarditatis in motu: diuiditur autem istud capitulũ in duas partes: in quaꝝ prima premittit vnã supositionem: in secunda vero exequitur de intento ibi. Nequiã infinitũ. Quantum ad primã partem phus premittit istã supositionem q̃ infinitas cõsimiliter inuenitur in tẽpore et in magnitudine: ita q̃ omni modo quo vnũ eoꝝ est infinitum: reliquũ est infinitũ: verbi gratia si tempus est infinitum in duobus extremis magnitudo est infinita ſm diuisionem: et si tempus est infinitum ſm diuisionem magnitudo est infinita ſm diuisionem: et si tẽpus est infinitum vtroq; modo: magnitudo est infinita vtroq; modo. Idẽ contingit ecõuerso: q̃ si magnitudo est infinita ſm extrema tempus est infinitum ſm extrema: et si magnitudo est infinita ſm diuisionem: tẽpus est infinitum ſm diuisionem: et si magnitudo est infinita vtroq; modo: tẽpus est infinitũ vtroq; modo. Le. li. (Et si quodcũq; infinitũ ẽ istoꝝ duoꝝ) .i. tẽpus aut magnitudo et alterũ est infinitũ: et sicut alterum est infinitum: ita et alterũ est infinitum: vt si quidem vltimus .i. est in duobus extremis infinitũ est tempus diuisione et longitudo: vltimis est etiam infinita. Si vero diuisione infinitum est tempus diuisione et longitudo est infinita. Si autem in vtrisq; tempus est infinitum: in vtrisq; longitudo est infinita.

Notandum

q̃ cum philosophus dicit infinitatẽ cõsimiliter inueniri in tempore et in magnitudine nõ loquitur de omni tempore simpliciter: sed de tempore cuius continuitas prouenit ex continuitate motus facti super magnitudinem: cuius nulla pars reiteratur per motum: quia indubie totum tempus est infinitum carens extremis: et tamen nulla magnitudo est infinita per carentiam extremorum: et hoc ideo: quia tempus infinitũ hꝫ cõtinuitatẽ a motu infinities reiterato sup eãdẽ magnitudinem datã: ergo aliqua magnitudine super quã fit motus absq; reiteratione sui aut sue partis necesse est q̃ infinitas cõsimilr̃ ĩueniat in tpr̃e et in magnitudine. (Unde et Zenonis). Ex ista suppositione Aristo. soluit rationem Zenonis negantis motum localem. Si enim dicebat Zeno esset possibilis motus localis sic q̃ aliquid moueretur de vno loco in alium locum: sequeretur q̃ per aliquod mobile in tempore finito pertrãsiret spatium infinitum: cũ non posset aliqd̃ mobile pertransire aliquam magnitudinem quin pmo ptransiret medietatẽ illius et medietatem medietatis: et sic in infinitũ quo concesso sequitur q̃ tale mobile ptransiret infinita in tempore finito: sed compositum ex infinitis est infinitũ: igitur tale mobile pertransiret in tempore finito spatium infinitum. Respondet philosophus q̃ male opinatur Zeno credens q̃ nõ sit possibile aliquod mobile pertrãsire infinita in tempore finito: et consequẽter spatium infinitum in tempore finito: vnde tempus et magnitudo et generaliter quodlibꝫ continuum dicitur infinitum videlicet infinitum ſm extrema et infinitum ſm diuisionem: licꝫ igitur nõ sit possibile pertransire spatium infinitum ſm extrema tẽpore finito: tamẽ possibile est pertransire spatiũ infinitũ ſm diuisionem tpr̃e finito quoniã q̃dãmodo dat et [illegible] spatiũ ĩ finitũ ſꝫ diuisionẽ et nõ ſꝫ extrema [illegible] et si finitũ ſm extrema ẽ tñ infinitũ ſꝫ diuisionẽ. Le. li. Uñ et Zenonis ratio fallũ opinatur q̃ est nõ possibile infinita pertransire aut tãgere infinita ſm vnũquodq; idest ſm vnãquãq; illarum partem in finito tempore, idest in tempore finito: dupliciter enim dicitur et longitudo et tempus infinitum: et omnino extra continuum aut ſm diuisionẽ aut vltimis .i. ſm extrema: infinitis quidem igitur ſm quantitatem non habentibus extrema nõ contingit se tangere infinito tempore .i. in tẽpore infinito: eis autẽ que sunt ſm diuisionem contingit q̃ infinitum tangat et pertranseat infinitum in tempore finito ſm extrema: et nãq; ipsum tempus sic infinitum est: videlicet ſm diuisionem. quare et infinito tẽpore et non finito accidit transire infinitum ſm extrema et tangere infinita non habentia extrema in ipsis infinitis etiam carentibus extremis et non finitis.

Tex. cõ. 14.

Notandum

ſm cõmentatorem cõmento. 19. q̃ ista cõtradictio est contradictio ſm sermonẽ et nõ ſm rẽ. Ari. concedit in hoc falsum et est q̃ motũ transit de magnitudine per quã mouetur partes infinitas: sed ex hoc sequitur verum et est q̃ si pertransit magnitudines infinitas pertrãsit eas in tempore infinito: et sic destruitur conclusio eius dicens magnitudines infinitas in tempore finito: in octauo vero contradiceret ei ſm rẽ: et est q̃ non pertrãsit medietates infinitas hic cõmentator. Prima propositio quã intendit cõmentator est ista: aliter contradicit Zenoni Aristoteles hic et aliter octauo phicorum: quoniam hic contradicit ei ſm vocem ibi ſm rem: quoniam Aristoteles hic concedit consequens illatum: videlicet q̃ in tempore finito contingit infinita pertransire: in octauo huius negat illud: vnde illa propositio aliqd̃ mobile tempore finito pertransibit infinitas partes est vera de virtute sermonis: sed non est vera ad intentionem Zenonis qui loquebatur de parte actuali potente per seorsum existere: et non de parte potentiali nõ potente existere nisi in toto. ¶ Se

cunda ppositio Aristo.cocedes motu pertrasire infinitas partes cocedit falsuz. vnde sicut aliqua est ppositio falsa de virtute sermonis que est vera fm intetionem tradentis:ita ecotra aliqua est ppo vera de virtute sermonis que tn est falsa ad intetionez pponetis.h enim est falsa de virtute sermois multa sunt vnu : & tn est vera ad intetione phi ea cocedetis primo hui9 ad hunc intellectu q ex multis fit vnu. ita hec ppo est vera de virtute sermonis ptrasiens aliqd spaciu ptransit infinitas partes:qz pars no tn dicit de pte actuali sed etia de potetiali.costat aut tales ee infinitas:sz ista ppo est falsa fm intetioem Zenonis no intendetis loqui nisi de partib9 actualib9. ¶ Tertia ppo ex ppone falsa,qua cocedit Arist. sequit hec odionalis vz si aliqd mobile ptrasit magnitudines infinitas:ptransit eas in tpe infinito.pz.na ppo falsa qua pcedit Aristo.est ista.semp ad itellectu Zenonis ptrasiens aliq magnitudine ptrasit partes infinitas.costat aut q accipiedo parte tn p parte actuali:& magnitudine tn p magnitudine actuali si aliqd mobile ptrasit infinitas partes in actu pertransit infinitas magnitudines in actu. & osequenter pertrasit illas in tempore infinito. ¶ Quarta ppo.pclo qua Zeno intendit destruit hoc: vz mobile in tpe finito ptrasit magnitudines isinitas. na ex quo tps & magnitudo cosimile recipiut infinitatem vt accipit in suppositioe.& Zeno p magnitudinem intelligit magnitudine in actu.sequit q est ipossibile i tempore finito ptrasire magnitudines isinitas : qm ex infinitis magnitudinib9 in actu fit vna magnitudo infinita in actu que idubie ptrasiri no pot in tpe finito:sz tn in tpe infinito: vt demostrabit in parte sequeti.

¶ Ex pdictis sequit q Aristo. hic no cocedit aliquod falsuz absolute vt Burleus sibi imponit:neqz cometator intedit illud:sed sola q Aristo. pcedit aliqd falsuz ad intetione Zenonis accipietis parte pro parte actuali tn qd tn est veru de virtute sermonis. cocessuz est.n. tam in hoc sexto q in tertio hui9 q cotinuu est diuisibile in infinitas partes vbi no accipit pars pro parte actuali tn.sed indifferenter p parte actuali & potetiali.
Tex. co.20. (Neqz iam infinitu.) ¶ Ista est scda pars hui9 capituli in qua phus exequit de inteto pones tres coclones:quaru prima est ista. Impole est magnitudine finita ptrasiri tpe isinito. Scda pclo e q ipole e magnitudine ptrasiri infinita tpe finito ibi. (Eande aut) 3a pclo.ipole est cotinuu coponi ex indiuisibilibus ibi. (Manifestu igit. ¶ Prima pclo arguit sic.s.possibile est magnitudine finita pertrasiri in tepore infinito. sit igit magnitudo a.& totu tps ptrasitiois b.cu igit quelibet pars magnitudinis ptraseat in minori tepore q tota magnitudo:& nihil sit minus ifinito nisi finitum.sequit q quelibet pars a.magnitudinis ptrasiet in tpe finito. Pono tn q a. diuidat in quattuor partes:& sequit qualibet illaz partu ptransire tn in tpe finito:sz a.magnitudo coposita ex illis quattuor partibus est tn finita:igit tepus copositu ex partib9 mensurantibus motus partiu a magnitudis est pcise finitu: sed b.cu sit tepus totius ptrasitiois a.coponit tn ex illis partib9 igit b tepus est pcise finitu. & p pns magnitudo finita no ptrasit nisi tpe finito. Phus tn accipiedo a tpe isinito vna pte finita ad intentu sic ponens q magnitudo finita sit a b. & tepus isinitu g.a quo accipiat pars finita:igit d. & pz q in ista parte finita mobile trasiet aliqua partem magnitudinis que quoda pars sit b.c. & querit vtru b.c.aliquoties sumptu reddat tota magnitudine a b.aut plus aut min9. si minus no est cura:qm cu illa pars habeat finita pportionez ad totu totiens poterit replicari q reddet totu aut mai9. cu igit b.c.ptrasit in tepore finito sequit q quelibz ps equalis illi mobili ptrasibit in tepore finito:sed ex finitis partib9 tn equalib9 b.c.magnitudini costat tota a b.magnitudo.aut maior:igit ex infinitis partib9 tn equalib9 g.d.tpis costat totu g.tepus aut min9 : sz ex partib9 tn finitis nihil resultat infinitu:igit totu tepus g.no e infinitu: sz tn finitu:igit magnitudo finita no ptrasit in tpe infinito. Le.li. (Neqz iam manifestuz spacium pot aliqd mobile infinito tpe).i.in tpe finito trasire:neqz in ifinito tepore spaciu finitu:sed si quide tepus infinitu sit & magnitudo erit infinita sicqz magnitudo finita erit & tepus finitu erit: vt dicit suppo. sit.n. magnitudo finita in qua e a b.tepus aut finitu i quo est g.accipiat igit tpis aliquid finitu in quo sit g.d.in hoc igit.i.in hac parte g.d.mobile transibit aliqd magnitudinis:& sit q trasitu est b c.hoc aut mesurabit in quo est a b.aut deficiet:aut excellet.differt.n.nihil.si.n. semp equale q est in b c magnitudine inequali tepore trasibit:hoc aut mesurat totu finitu:finitu erit oe tepus in quo trasibit mobile a.b.magnitudine:inequa- Tex. co.51.
li a cui [illegible] tepus finitu & magnitudo. Tempus aute.) ¶ Scdo ad pclusione arguit phus sic. Aliqua magnitudo finita no ptransit tepore infinito:igit nulla magnitudo ptransit tepore infinito. pz pna. qz cuiuslibet magnitudinis finite ad quacuqz magnitudine finita est aliqua pportio finita. si eni magnitudo finita minor ptransit in tepore finito:necesse est magnitudine maiore pertrasiri tpe finito:qm magnitudo finita minor mesurat magnitudine finita maiorez: siue sit pars siue no sit pars magnitudo ergo b c mesurat magnitudine maiore [illegible] a.b. & p pns quacuqz [illegible] principale argu & ecotra b c magnitudo ptransit in tepore finito vel infinito si in tepore finito habet intentu.si in tepore infinito cotra.ps cotinue ptransit in minori tempore q totu:igitur b.c. magnitudo ptransit in minori tepore q a.b. magnitudo:sed tepus in quo ptrasit a.b.magnitudo est finitu a parte ante & vbi incipit mobile moueri:igit tepus in quo ptransit b.c.magnitudo est finita a parte ante & a parte post. pz pna.qz si ta tps totius q tps partis eet infinitu a parte post:sequit q totuz & pars ptrasiret eode tepore adequate qd est impossibile sic est impole q pars sit totu. Tuc arguit sic.tepus ptrasitionis b.c.est finitu tam a parte ante q a parte post igit b.c.magnitudo ptrasitur in tepore finito ta a pte ante q a parte post.sed b.c.magnitudo e magnitudo finita:igit aliqua magnitudo finita ptransit in tepore simpliciter finito.s.tam a parte ante q a parte post q fuit.ans principalr pbandu. Le.li.(Amplius autez si non omne magnitudine in infinito tpe trasit aliquod mobile si cotingit alique & infinito tepore.i.in tepore finito trasire vt q est b c hoc aut s b c mesurabit tota a.b.magnitudine & equale illi: & inequali tpe finitum erit tepus.q aut no in ifinito tepore trasibit q est b c. manifestu est si accipiat in altera magnitudine maiori finitu tepore a parte ante.si eni in minori tepore mobile parte pertrasit q totu:hac necesse est finita esse.s. partem temporis in qua pertransit b.c.altero termio existete finito tam a parte ante q a parte post.

Sed dubitatur [illegible] est magnitudo finita : &

tamē pertrāsitur tēpore infinito ƀƺ phƺ.8.hui⁹. ¶ Itē pono ꝙ a.mobile super b.magnitudinē finitam ita retardet motū suū ꝙ semp in cuiuscūqꝫ partis ꝓporcionalis pertrāsitione accipiat vnā horā mensurantē adequate motū istius partis. ⁊ patet ꝙ a. pertrāsibit b.magnitudinē finitā in tēpore infinito: qꝛ pertrāsibit infinitas partes ꝓporcionales b.ī īfinitis horis non cōmunicātibus. cōstat aūt tēpus illud esse infinitū ꝙ cōponitur ex infinitis positionibus equalibus nō cōmunicātibus. ¶ Respōdet ꝙ phus loquit de magnitudine nō reuertibili per motū ⁊ de motu regulari. dicebat enī ꝙ si aliquod mobile ptrāsit aliquā magnitudinē in aliquo tēpore medietatē magnitudinis pertrāsibit ī medietate tēporis ꝙ nō esset verū nisi loqret de motu regulari. nūc aūt ⁊ si celū ptransit tēpore infinito hoc est p infinitas reiteratiōes per motū eiusdē magnitudinis. ⁊ si a. pertrāsit b.magnitudinē finitā in tpe infinito hoc est motu difformi cōtinue retardādo motum in infinitū. ¶ Dicēdū tñ ꝙ iste casus nō est possibilis nāliter sed tñ ƀm imaginationē: qm̄ tunc infinitum modicū spaciū ptransiret tēpore infinito. naꝫ circa finē spacij infinitū modicū spaciū est: vbi sunt infinite partes ꝓporcionales. ꝙ enī spaciū insensibile simpliciter ptranseat tēpore infinito nō est possibile naturaliter: ⁊ tamē illud sequit cū in eo contineant infinite partes ꝓporcionales. (Eadē autē.) ¶ Scda ꝯclo. īpossibile est magnitudinē infinitā pertransiri tpe finito. ista cōclusio demōstrat sicut ꝓcedēs: qꝛ si mobile ptransit aliquā magnitudinē in aliquo tpe: oportet ꝙ pertrāseat partē magnitudinis in parte tpis: aut igitur illa pars magnitudinis est finita vel infinita: non [illegible]: qꝛ in parte tēporis ptransit minor magnitudo ꝙ in tēpore: sed nullū infinitū est altero minus: igitur illa pars cū sit minor tota magnitudine infinita: tunc sic totū tēpus finitū cōstat ex partibus finitis: ⁊ cuilibet illarū partiū finitarū corrn̄det pars finita magnitudinis: igitur magnitudo pertrāsita in toto tēpore ē solū finita. pꝫ ꝯn̄a. qꝛ ex finitis qꝫ qōlibet ē finitū si ꝯponit īfin̄. Ponat ergo ꝙ a. sit mobile: ⁊ b.magnitudo infinita: ⁊ c.tēpus finitū: ⁊ d.quarta pars tēporis. ⁊ pꝫ ꝙ a.mobile in parte d.tēporis ptrāsibit ptē finitā magnitudinis b. ⁊ per ꝯn̄s in qualibet parte c.tēporis equali ipsa d.pertrāsibit tñ magnitudinē finitā b.igit sicut c.tēpus est finitū: ita ⁊ b.spaciū ē finitū: qꝛ vtrūqꝫ constat tñ ex partibus finitis equalib⁹ nō cōicantibus. T.c.li. (Eadē aūt demōstratio est ⁊ si longitudo quedā infinita sit: tēpus aūt finitū.

¶ Scdo arguit phs ad eandē conclusionē sic totus motus est in toto mobili ⁊ non in aliqua parte eiꝰ igitur motus diuiditur fm diuisionē mobilis patet cōsequentia: qꝛ ex opposito conclusionis cū maiori sequitur oppositū minoris: sequitur enim motus non diuiditur fm diuisionē mobilis: ⁊ est totus in toto mobili: igitur est totus ī qualibet parte mobilis ideo enim tēpus est in qualibet parte mundi: qꝛ est in toto mundo ⁊ non diuiditur ad diuisionē mundi: ⁊ species sensibilis eadē numero est in qualibet parte sui medij: qꝛ est tota in illo ⁊ non diuiditur ad diuisionē medij: antecedens aūt declaratur: vꝫ ꝙ totus motus est in toto mobili ⁊ in nulla eius parte: qm nulla pars mobilis mouetur motu totius mobilis caput enim non mouetur motu totius animalis: neqꝫ manus: neqꝫ pes: sed motu proprio corrupto enim motu totius animalis nō minꝰ moueret: caput aut pes: aut manus. ¶ Motus igitur totus d ꝫ est in toto mobili a c: ⁊ non est in parte a b: neqꝫ in parte b c: ꝙ declarat qm partes motus d ꝫ sunt in partibus mobilis a c igitur totus motꝰ non est in aliqua illaꝝ partiū: patet consequentia: qm tunc eiusdē mobilis eēnt duo motus quoꝝ vnus eēt pars ⁊ alius totū: ꝙ est īpossibile sicut est īpossibile ꝙ pars coextendatur toti: antecedens aūt patet: qm partes motus d ꝫ sunt d e: ⁊ e ꝫ: partes autem mobilis a c sunt a b: ⁊ b c: constat aūt ꝙ ille partes motus nō videntur esse nisi istaꝝ partiū mobilis erunt igitur d e ꝫ partes motus in partibus mobilis a b c. Te. c. li. (Amplius autem si omnis). i. totus d ꝫ nec partiū est neutra pars enim: vtraqꝫ totius motus: neqꝫ alterius nullius est ꝙ partis sui mobilis: cuius enim totus motus est circum est: ꝙ totius ⁊ partes totius motus partiū sunt mobilis partes enim ipsius d ꝫ sunt ipsorum partium que sunt a b c: ⁊ nullaꝝ aliaꝝ pluriū enim non erat vnus motus: sed alterius ⁊ alterius est aliꝰ ⁊ alius motꝰ: ⁊ vtiqꝫ totꝰ motꝰ erit ipsiꝰ a b c magnitudis.

Notandum fm cōmenta: ori cōmento. 34. ꝙ ista declaratio est vtilis ī eis quibus vtitur philosophus in fine octaui. s. ꝙ motus infinitus non est corporis finiti.) Si. n. motus totus nō est motus partis: ⁊ infinitū se habet vt totum ⁊ finitū vt pars igitur motus infinitus qui ē corporis infiniti nō est corporis finiti. Et per hoc habetur differentia inter istā demonstrationē ⁊ priorem qm prima demonstratio fuit affirmatiua h aūt negatiua: sic enim arguebatur in prima ratiōe totus motus est in toto mobili: ⁊ pars motus in parte mobilis: igitur motus diuiditur ad diuisionem subiecti: sed in hac secunda ratione sic arguatur negatiue totus motus ē ī toto mobili ⁊ non est in aliqua pte eius: igitur motus

diuiditur fm diuisionez mobilis.

Sed dubitatur quonia consimili argumeto poterit probari intellectum humanū diuisibilem esse ad diuisionem corpis humani: qr intellectus humanus est in toto corpore humano: ⁊ non est in aliqua pte eius. Etiam posset argui numerū diuisibilez esse ad diuisionem vnitatū suaꝝ: quia est in suis vnitatibus ⁊ nō in aliqua suaꝝ partiū. Respondetur ꝙ phus loquit de forma cui competit habere partes: quelibet enim forma partibilis est in toto ⁊ nō in aliqua pte ipsa est diuisibilis fm diuisionē subiecti: intellectus aūt nō habet partes neqꝫ numerus: motus aūt habet ptes cū sit de numero cōtinuoꝝ. (Amplius autē siquidē). Tex. co. 35. Tertio arguit phs ad idē sic: totus motus quo mobile mouetur est cōpositus ex motibus partiū mobilis: igitur motus totius mobilis diuidit fm diuisionē ptiū mobilis: sed mot⁹. d. z. est motus toti⁹ mobil: igit ⁊c. pz cōsequentia cum maiori ⁊ minor declaratur: si enim motus totius mobilis. a. c. est alius motus a motu. d. z. sit ergo motus totius mobilis. t. i. ⁊ arguitur sic: impossibile est vnius esse plures motus equales: qr aliter superflueret sed. d. z. ⁊. t. i. motus sunt equales ⁊ partes. d. z. motus que sunt. d. e. ⁊. e. z. sunt equales partibus. t. i. motus: igitur motus. d. z. ⁊ motus. t. i. sunt vnū ⁊ idē patet consequētia: qr motus equales in eodē subiecto sūt idez: ⁊ antecedēs pbat vz ꝙ illi mot⁹ sūt equales: qr si. d. z. est motus diminutus a motu. t. i. sit igitur ꝙ motus. d. z. sit minor motu. t. i. tantum quātū est motus. k. i. sic quod motus. t. i. excedat motuz. d. z. per motuz partialem suū qui sit. k. i. ⁊ sequitur ꝙ motus. d. z. non est motus alicuius mobilis: quia non est motus toti⁹ nec alicuius ptis: nō quidez motus totius: qr. t. i. est mot⁹ totius: non etiam alicuius partis mobilis: qr partes. d. z. motus sūt partiū mobil: mō nulli⁹ mobil sūt duo motus eiusdez rationis: qr eniz quelibz pars. a. c. mouetur alio motu ꝙ sit motus. d. z. ideo īpossibile ē motum. d. z. esse motum alicuius partis. a. c. Si autē. d. z. excedit motū. t. i. signetur illud quo sit excessus: ⁊ sequitur ꝙ aliquis motus nō est in subiecto. a. c. neqꝫ in aliqua parte: neqꝫ in aliquo alio subiecto discōtinuo ipsi. a. c. qm̄ motus est de numero cōtinuorum: ⁊ ista pars signata est cōtinua toti: ideo si esset in aliquo subiecto oportēt illud subiectuz esse continuuz. a. c. vel alicui parti sue ꝙ non cōtingit si est in aliquo subiecto: ꝙ nō est. a. o. neqꝫ aliqua eius pars. l. c. li. (Amplius autem si quidem est totius mobilis alius motus in quo. t. i. qui remouebitur ab eo: nisi vtruz partiuz est motus: hūj autem equales erant hūjs que sunt. d. e. z. vnus eniz mobilis est tantū vnius motus: quare si totus quidē diuidetur qui est. t. i. in multitudine partiū motus equalis erit qui est. t. i. ei qui est. d. z. si vo deficit aliquid motus. d. z. a motu. t. i. sic vt ꝙ est. k. i. hinc autem. e. d. z. nulli⁹ erit motus: neqꝫ enim totius neqꝫ partiū: propter illud quod vnus motus est vnius mobilis neqꝫ alterius nulli: continuus eniz motus est continuoꝝ quorūdam. Similiter aūt ⁊ si excellat fm diuisionez: quare ⁊ si hoc impossibile est necesse eundem esse ⁊ equalez: ita ꝙ non erit differentia inter illos motus: deinde concludit intentum di. hec quidem igitur diuisio fm multitudinem partium motus ex diuisionē partium mobilis ⁊ necesse omnis partibilis esse ipsum), construe sic: ⁊ necesse est ipsum motum totū esse toti⁹ ptibilis subiecti ⁊ non alicuius sue ptis.

Notandum ꝙ ista tertia rō differt a prioribus: quoniam in prima ratione comparantur partes motus partib⁹ mobilis: in secūda ratione comparatur totus motus partibus mobilis: in hac autem tertia ratione comparatur totus motus toti mobili per adequationem: qr enim motus non excedit mobile nec mobile motum: oportet motum equari mobili ⁊ diuidi ad diuisionez mobilis: ꝙ enim motus non excedat mobile pz: quia si motus extenderetur vltra mobile esset dare motum qui non esset alicuius mobilis: ⁊ si mobile extenderetur vltra motum aliqua esset pars mobilis moti fm seipsum p^m in qua non eēt motus quod est īpossibile.

¶ Contra etiam conclusionem arguit quadrupliciter: ⁊ primo sic quoniaz si motus diuiditur fm diuisionem mobilis: sequitur ꝙ motus celi est difformis ⁊ irregularis contra philosophum octauo huius: ⁊ probatur consequentia quoniam celi aliqua pars velocius mouetur ⁊ aliqua tardius: igitur motus celi aliqua pars est velocior ⁊ aliqua tardior ꝙ esse non posset nisi motus celi esset difformis ⁊ irregularis. ¶ Secundo sequitur quantuz eiusdem mobilis sunt simul duo motus equales contra philosophum in littera: ⁊ probatur consequentia: quoniam eiusdem mobilis moti fm se totum sunt simul due medietates equales: sed cuiuslibet medietatis ē suus motus distinctus a motu alterius medietatis: igitur illi motus sunt simul ⁊ equales ⁊ eiusdem mobilis sicut ⁊ ille medietates. ¶ Tertio aliqua est pars mobilis que mouetur in qua non est motus: igitur mot⁹ nō diuiditur ad diuisionem mobilis: patet consequentia: quia si motus diuiditur ad diuisionem mobilis: oportet ꝙ totus motus ⁊ partes motus in ptibus mobilis sic ꝙ in qualibet parte mota sit suus motus: antecedens patet de anima ⁊ generaliter de qualibet forma qua necessario mota mouetur cū toto suo in qua nō est aliquis motus. ¶ Quarto aut partes pri⁹ mouerēt ꝙ totuz aut ecōtra. si partes pri⁹ mouentur re ꝙ totuz: igitur prius est motus partiū ꝙ motus totius ꝙ ē impossibile: qr in successiuis ꝙ prius prio est vna ps tā prio est totū. Si autē prius mouet totū ꝙ ptes eius igitur pri⁹ totus motus ꝙ ptes eius ꝙ īplicat contradictionē: qm̄ partes sunt priores toto: p Aristo. prio huius. ¶ Ad primū concedo ꝙ motus celi est difformis ⁊ irregularis quo ad ptes subiecti: sz non quo ad tēpus: ⁊ qm̄ motus magis mensurat a tēpore ꝙ a subiecto suo ideo simplr loquēdo dicitur motus celi vniformis ⁊ regularis ex vniformitate ⁊ regularitate tpis: nō autez simplr dicit difformis ⁊ irregularis ex difformitate ⁊ irregularitate subiecti: ppterea phs cōparās motuz celi ad suā potiorē mēsurā dicit motū celi eē vniformem ⁊ regularē: ⁊ nō dicit eū difformē ⁊ irregularem. ¶ Ad secundū concedo ꝙ eiusdē mobilis sūt simul duo motus equales simultate immediationis eo modo quo forma ⁊ mā sūt simul: neqꝫ eo modo quo albedo ⁊ dulcedo in lacte sūt simul: ⁊ ita loquit Arist. de simultate in littera: nō quidē de motibus diuersaꝝ rationū: sed eiusdē rationis: nō eniz incōuenit in eodez mobili simul adequate esse motuz localē ⁊ motū alterationis. ¶ Ad tertiū dicitur ꝙ in mobili sunt duplices ptes vz quātitatiue ⁊ qualitatiue seu ēntiales qm̄ ergo Ari. dicit ꝙ motus diuidit fm diuisionē mobilis ⁊ ꝙ ptes motus diuidūtur fm diuisionē partiū mobilis: loquit ergo phs de ptibus integralibus ⁊ quātita

tiuis nõ de ptibus equalibus ꝛ qualitatiuis: si igitur aliquid mouetur fm se totũ opꝫ motũ esse cõdiuisũ ptibus quãtitatiuis mobilis: nõ autẽ partibus qualitatiuis. Et si arguitur ꝙ ita ptes quãtitatiue mouentur p accidens sicut ptes qualitatiue: vꝫ ad motũ totius: igitur sicut nõ est motus subiectiue in pte qualitatiua: ita nec in pte quãtitatiua. Respõdetur negando antecedẽs: qm̃ ptes quãtitatiue sic mouentur p accidens: ꝙ possũt moueri per se p separationẽ a toto: nõ autẽ ptes qualitatiue possũt moueri per se p separationẽ a toto: vnde ẽ aduertẽdũ ꝙ si aliqđ cõpositũ naturale mouetur fꝫ se totũ est dare aliqđ ꝙ mouetur simpliciter per se: vꝫ totũ mobile ꝛ aliquid mouetur simpliciter p accidẽs: vꝫ forma: q2 in ea nõ est motus subiectiue: mã autẽ ꝛ partes quãtitatiue mouentur per se ꝛ per accidẽs. mouentur quidem per se in quãtũ in eis est subiectiue motus: mouentur aũt per accidẽs inquãtũ mouentur ad motũ totius: ꝛ magis p accidẽs mouetur mã ꝙ pars quãtitatiua: qm̃ pars quãtitatiua põt moueri simpliciter p se: sic ꝙ nõ ad motũ alterius vꝫ p separationẽ illius a toto: materia autẽ prima nõ potest p se existere ꝛ cõsequẽter non põt per se existere. ꝛ cõsequẽter nõ potest simpliciter p se moueri. ¶ Ad quartũ dico ꝙ ptes nõ prius mouentur ꝙ totũ: sed totũ prius mouetur ꝙ ptes: ꝛ cũ cõcluditur ꝙ totus motus est prior suis partibus: negatur cõsequentia: cõcedo tamẽ ꝙ motus est aliquo modo prior suis ptibus: vꝫ prioritate consequẽtie: qm̃ quacunq3 parte data fm diuisionẽ tẽporis sed ita pt est totus motus ꝛ nõ contra: cõcedo etiaꝫ ꝙ ptes mobilis aliquo modo prius mouentur ꝙ ipsum totũ. s. p respectum ad spatiũ: quoniã signato vno pũcto in spatio ptes mobilis prius ptrãseũt illũ pũctũ ꝙ totũ mobile.

Sed dubitatur si enim totũ prius mouetur ꝙ ptes: ꝛ omne totũ stat esse sine suo posteriori: igitur stat totũ moueri suis ptibus nõ motis ꝙ implicat cõtradictionem. ¶ Dicendũ ꝙ illa regula oẽ prius stat esse sine suo posteriori est intelligenda de priori prioritate simpliciter que est prioritas in essendo absolute: nõ autem intelligitur de prioritate fm qđ q̃ est prioritas in essendo tale vel tale: ex quo enim totum est in loco p se ꝛ ratione sui: ptes autem sunt in loco per accidẽs ratione totius: opꝫ totũ prius esse in loco suis ptibus: ꝛ tamẽ nõ stat totum esse in loco sine suis ptibus: ita ipꝫ totum prius mouetur ꝙ partes quantitatiue cum sit causa ppter quã ille partes mouentur: nõ tamen stat totum moueri ipsis partibus nõ motis: hec enim est prioritas fm qđ ratione motus: sicut alia fuit prioritas fm quid ratione loci. (Alius autem). Secũda conclusio motus diuiditur

Tex. cõ. 32.

fm diuisionem tẽporis: pbatur motus est in tempore tanꝙ in mensura: ꝛ oẽ tempus est diuisibile: igitur motus est diuisibilis ad diuisionẽ tẽporis: prima ps antecedentis fuit pbata quarto huius: ꝛ secũda est probata in hoc sexto: ꝛ cõsequẽtia videtur tenere ex eo: qm̃ mensuratũ diuiditur ad diuisionẽ mẽsure: si enim pannus mensuratur vlna: opꝫ pannũ diuidi ad diuisionẽ vlne: ita ꝙ maiori parti vlne correspõdeat maior pars panni: ita si motus est in tempore diuisibili tanꝙ in mensura necessario maiori pti tpis correspõdet ps maior motus: ꝛ minori parti tẽporis correspõdet minor ps mot⁹ ꝙ nõ eẽt verũ nisi diuideretur ad mot⁹ diuisionẽ tẽporis. Te. li. (Alius autem mot⁹ quo diuiditur mot⁹ fm tẽpus est: qm̃ autem oĩs motus in tempore est: tempus autem oẽ diuisibile est in minori: minor sũt mot⁹: necesse enim diuidi motum fm tempus.

Notandum fm cõmẽtatorẽ cõmento. 36. ꝙ diuisibilitas in eo est diuersa: q2 motus sũt in diuersis generib⁹ ꝛ necesse est vt sit in oĩ parabili: ꝛ põt intelligi subm mot⁹ mã diuisio eius p rem motã fm ꝙ est res mota: ꝛ intelligo p subiectũ mot⁹ illud in quo est: vbi grã locũ in motu locali. Distinctio quã intendit cõmentator est ista: ꝙ duplex est subiectũ motus: vꝫ antecedẽs ꝛ cõñs: subm añcedẽs est illud cui inheret: vꝫ mobile: subm ɔsequẽs est illud ad qđ est motus. s. dispositio fm quã mobile mouetur vt locus in motu locali: quãtitas in motu augmentationis ꝛ diminutionis: ꝛ qualitas in motu alterationis. Et iuxta hãc distinctionẽ cõmẽtator ponit duas ppões: quarũ prima est ista diuisibilitas in motu nõ est eiusdẽ rationis in quolibet motu: pꝫ: nã prima diuersificatur fm diuisibilitatẽ subiecti: sed diuisibilitas est passio motus ex quo motus est de genere ꝯtinuorũ: igitur motuũ diuersarũ rationũ eo modo quo alias dicitur est ꝙ lõgitudo linee ꝛ lõgitudo superficiei sũt diuersarũ rationum: sicut etiam linea ꝛ superficies sunt diuersarum rationũ: q2 igitur motuũ quidã differũt genere: ꝛ quidã differũt specie: ita diuisibilitatũ motus quidã sunt diuersorum generũ ꝛ predicamẽtorũ: quidã autẽ eiusdẽ generis ꝛ pdicamẽti: sed differẽtes spẽ: ꝛ quidã ɔsequẽter solo nũero differẽtes: sicut ꝛ aliqui mot⁹ solo nũero differũt. Secũda propositio mot⁹ nõ tñ diuiditur fꝫ diuisionẽ mobil' ꝛ tpis: sꝫ et fꝫ dispõnẽ sbiectiuã mot⁹ ita ꝙ localis ẽ diuisibilis ad diuisibilitatẽ loci vel spatij ꝛ motus augmẽtationis ꝛ diminutiõis est diuisibilis fm diuisibilitatem quantitatis ꝛ motus alterationis fm diuisibilitatẽ qualitatis que acquiritur pportionaliter: igitur sicut acquiritur motus dispõ fm ꝙ ẽ motus sic ꝙ toti motui respõdet tota dispositio ꝛ medietati medietas: ꝛ sic in infinitũ cõtra Burleũ ꝛ alios q dicũt ꝙ in motu alterationis nihil acquiritur de termino ad quẽ nisi prius corrupta sit tota qualitas cõtraria ꝙ non est verũ: prio pportionaliter acquiritur motus ꝛ terminus ad quẽ generatur: ꝛ termin⁹ ad quẽ corrũpitur.

Contra istam cõclusionẽ arguitur du. In prio ficta in maiori tempore est maior mot⁹: ꝛ in minori tẽpore est minor mot⁹: igitur non diuiditur fm diuisionẽ tẽporis: pꝫ cõsequẽtia p phm pbantẽ motũ diuidi fm diuisionem tẽporis ex eo q2 in maiori tẽpore est maior motus: ꝛ in minori tẽpore minor motus: añcedẽs pꝫ: dato ꝙ sor. ptrãseat pedale in hora: ꝛ Plato tripedale ĩmedietate hore: ꝛ pꝫ ꝙ in minori tẽpore est minor mot⁹ ꝛ in maiori minor: q2 i hora est mot⁹ ptrãsitiõis vni⁹ pedalis tñ ꝛ ĩmedietate hore est motus pertrãsitiõis trium pedaliũ: cõstat autem ꝙ hora est maior sua medietate: ꝛ mot⁹ ptrãsitiõis trium pedalium est maior motu ptrãsitiõis vnius pedalis: sicut etiã vnũ spatiũ est altero mai⁹. ¶ Secũdo si motus diuiditur fm diuisionẽ tẽporis: ꝛ etiã diuiditur fm diuisionẽ mobilis p phm in pria cõclusiõe: ꝛ vlterius diuiditur fm diuisionẽ spatij fm ɔmẽtatorẽ hic: sequitur motũ hẽre triplicẽ quãtitatẽ: cõsequẽs incõueniẽs: qm̃ tũc quãtitates se penetrarẽt ꝛ eẽnt simul in motu: ꝛ pꝫ cõsequẽtia: q2 motus recipit quãtitatẽ ab oĩ eo a quo recipit diuisionẽ: si igitur mot⁹ recipit diuisionẽ a tẽpore ꝛ a mobili: ꝛ a spatio: sequitur motũ recipere quãtitatem a quolibet illorũ: sed illa sũt tria: igitur ab illis recipit triplicẽ quãtitatẽ. ¶ Ad primũ dr ꝙ motus sicut diuiditur fm diuisionẽ tẽporis ꝛ spatij: ita mẽsuratur a quoli-

bet illo𝔷:si igit cõsideratᷓ motus vt mẽsuratᷓ a tẽpore sic motus sor. est duplus ad motũ Platonis:qꝛ fit in duplo maiori tẽpore nõ obstãte ꝙ mot⁹ Platonis sit velocior:si aũt cõsideratᷓ mot⁹ vt mẽsuratᷓ spatio sic motus Platonis est triplus ad motũ sortis:qꝛ per ipsuz acquiritᷓ spatiũ in triplo magis:sed Ari. tñ cõsiderat motũ vt mẽsuratᷓ tẽpore ⁊ nõ vt mẽsuratᷓ spatio: ideo semp in maiori tẽpore est maior mot⁹:lꝫ aliquãdo in maiori tẽpore sit tardior motus ⁊ in minori velocior. ¶ Ad secũdũ negatᷓ consequẽtia:nõ enĩ opꝫ si aliquid mẽsuratur alio aut si diuiditᷓ ad diuisionẽ illius ꝙ recipiat quãtitatẽ ab illo:pãnus enĩ diuiditᷓ ſm diuisionẽ vlne ⁊ mẽsuratᷓ ab vlna:⁊ tamẽ nõ recipit quãtitatem motus:etiã vt dicebatᷓ in quarto diuiditᷓ ad diuisionez tẽporis:⁊ nõ recipit quãtitatẽ ab illo:qꝛ nullo tẽpore existẽte nõ minus motus hẽret quãtitatẽ:sꝫ magis ecõtra tẽpus recipit quãtitatẽ a motu quẽadmodũ ⁊ continuitas tẽporis est a cõtinuitate motus:motus igitur qui nõ indiget medio neqꝫ spatio sicut est mot⁹ celi nõ recipit quãtitatẽ nisi a mobili ⁊ a motore. Motus vero qui idiget medio vel spatio recipit quãtitatẽ a motore tanq̃ a cã efficiente ⁊ mobili tanq̃ a mã in qua ⁊ a medio vel spatio tanq̃ a mã per quã vel supra quã. Itez motus hꝫ duplicẽ quantitatẽ. s. propriã ⁊ cõem. quãtitas ꝓpria motus est duratio successiua mot⁹:quãtitas aũt cõmunis mot⁹ est quãtitas mobilis q̃ est cõis motui ⁊ oĩbus accidẽtibus mobilis. sicut enĩ albedo nõ hꝫ aliã quãtitatẽ neqꝫ aliã extẽsionez preter quãtitatez ⁊ extẽsionẽ sui subiecti:⁊ motus vt est accñs mobile diuisum ſm diuisionẽ partiũ mobilis hꝫ eandẽ quãtitatem ⁊ eandẽ extensionẽ quã hꝫ mobile:ita ꝙ per eãdẽ quãtitatẽ numero ꝑ quã mobile est quãtuz longũ latum ⁊ ꝓfundũ:mot⁹ est quãt⁹ lõgus lat⁹ ⁊ ꝓfundus.

Tx. co.37. Uoniaz autez omne). Tertia cõclusio tẽpus mot⁹ moueri ꝙ mouetur ⁊ in quo mouetᷓ inuicez cõdiuidũtur:ista conclusio dupĺr probatᷓ primo ſꝫ se totã in vtᷓ: secũdo per ptes in ꝑticulari ibi. (Accipiatᷓ enĩ). Quãtuz ad primũ arguit cõmẽtator sic:motus ⁊ oẽ illud in quo est mot⁹ inuicẽ cõdiuidũtur:sed motus est in tẽpore ⁊ in moueri:⁊ in eo qđ mouetur:ergo mot⁹ tẽp⁹ moueri ꝙ mouetᷓ ⁊ ĩ q̃ mo² inuicẽ cõdiuidũtur:pꝫ cõsequẽtia cũ maiori:qꝛ sicut motus est diuisibilis in infinitũ:ita omne id in quo mouetᷓ est infinitũ:minor aũt declaratᷓ:ꝙ enim motus fit in tẽpore ⁊ in eo ꝙ mouetᷓ:manifestũ est ex dictis:est enĩ motus in tẽpore tanq̃ in mẽsura ⁊ in eo ꝙ mouetᷓ tanq̃ ĩ subiecto:⁊ ꝙ motus sit in ipo moueri in eo in quo mouetᷓ manifestatᷓ declarato quicq̃d Aristo. intelligit per moueri ⁊ ꝑ in quo mouetᷓ:vnde motus habꝫ duplex subiectum ſm cõmentatorẽ cõmento. 36. vꝫ intrinsecũ ꝙ est ipsum mobile ⁊ extrinsecũ ꝙ est dispõ ſm quã fit motus. s. terminus ad quẽ adequatus motui:cõstat aũt ex ꝙ motus ⁊ dispositio ſm quid est motus inuicẽ cõdiuidũtur vt declaratũ supra eodẽ cõmento. Et sicut motus habꝫ duplex subm vꝫ intrinsecũ ⁊ extrinsecum:ita habꝫ duplicẽ mensurã. s. intrinsecam ⁊ extrinsecã:mensura extrinseca est tẽpus:mẽsura intrinseca est quãtitas motus:vꝫ duratio successiua motus:de qua mensura locutus est cõmentator quarto huius di. ꝙ tẽpus nũerat numerꝫ motus:⁊ ꝙ ẽ mẽsura mot⁹ ꝑ quãtitatẽ accidentem motui:nõ oĩs numerus ⁊ oĩs quantitas est mẽsura sui subiecti ꝙ duratio igitᷓ successiua motus est numerus intrinsecus mot⁹:⁊ quãtitas intrinseca motui:ꝑ moueri igitᷓ Aristo. intelligit durationẽ successiuã motus:q̃ lꝫ sit in motu tanq̃ in subo:tamen mot⁹ est in ea tanq̃ in mẽsura:ꝙ aũt motus ⁊ talis duratio inuicem cõdiuidãtur ꝓbatuz fuit quarto hui⁹:cuilibet enĩ pti motus correspõdet aliqua ps sue duratiõis ⁊ cuilibet pti illius duratiõis correspõdet aliqua ps motus: igitur motus ⁊ moueri inuicẽ cõdiuidunt ꝙ erat probandũ. Et lꝫ inquit phs motus tẽpus moueri ꝙ mo²: ⁊ in quo mo² iuicẽ cõdiuidãtur: nõ tñ ꝯsiĺr diuidũtᷓ oẽs dispões ſm quas est mot⁹:nã taꝫ dispõ in motu locali q̃ in motu ad quãtitatẽ est diuisibilis ꝑ se. Dispõ aũt in motu alteratiõis est diuisibilis ꝑ accidens:magnitudo enĩ supra quã vel ꝑ quã fit mot⁹ localis ẽ diuisibilis ꝑ se:⁊ quãtitas ad quã est mot⁹ augmẽtationis vel diminutiõis est etiã diuisibilis ꝑ se:sed qualitas ad quã est mot⁹ alterationis est diuisibilis ꝑ accidens:vꝫ ad diuisionẽ quãtitatis vt fuit ostẽsuz primo huius. T.c. li. (Qm̃ aũt omne ꝙ mouetᷓ in aliquo mouetur tanq̃ in subiecto itrinseco vel extrinseco:⁊ in quodam tẽpore mouetᷓ tanq̃ in mẽsura intrinseca vel extrinseca:⁊ oĩs mãlis est motus necesse est easdẽ diuisiones esse tẽporis moueri ⁊ ꝙ mouetᷓ:⁊ in quo motus ẽ sed nõ omniuz est similiter diuisio in quib⁹ motus est scꝫ in dispõnibus ſm quas est mot⁹:sed quãti ſꝫ seipꝫ est diuisio:qualis aũt ſm accidens.

Notandum primo ſm cõmẽtatorẽ commẽto. 37. ꝙ diuisio nõ attribuitᷓ oĩ in quo est motus eodẽmodo:sed attribuitur motui in quãtitatẽ ꝑ se:⁊ ideo fit diuisio essentialis quãtitati ⁊ attribuitᷓ motui in qualitate ꝑ accñs: ⁊ intelligẽdũ est hic de quãtitate cũ motu augmẽtationis ⁊ diminutionis motũ localẽ. Motus enĩ nũeratᷓ in quãto:⁊ accidit ei diuisio essentialiter ibi:qꝛ igitᷓ locus est quãtitas:vꝫ supficies corporis ambiẽtis locatum:ideo cũ phs noiat dispõnẽ motus ſm quãtitatez intelligit tã dispositionem ſm quaz fit motus localis q̃ etiam dispositionem ſm quã fit motus augmentationis vl' diminutiõis. ¶ Sed forte melius diceretur ꝙ Aristo. notãter tacuit hic dispositionẽ ſꝫ quã fit mot⁹ localis ⁊ noiauit dispositionẽ ſꝫ quaz fit mot⁹ augmẽtationis vel diminutionis aut alteratiõis:qm̃ quelibꝫ dispositio ſm quã fit aliq̃s istoruz motuuz ẽ vna ⁊ formalis:nõ autẽ tãtuz vna est dispositio ſm quaz fit motus localis:sed plures in eaꝝ: quelibet est formalis: sed aliqua mãlis ⁊ aliqua formalis:vnde magnitudo per quã fit mot⁹ ⁊ spatiũ supra ꝙ fit mot⁹ ⁊ locus ad quẽ sunt dispõnes mãles in motu locali:ipm autẽ vbi situale faciẽs verum notũ est dispõ formalis in motu locali cũ nõ sit possibilis motus localis absqꝫ vbi situali:lꝫ nõ sit necessaria simpliciter magnitudo ꝑ quaz fit motus aut spatiũ supra qđ fit motus aut locus ad quẽ est motus. Haꝝ dispositionũ aliqua habꝫ diuisibilitatem ꝑ se:⁊ aliqua per accidẽs:magnitudo enĩ ⁊ locus ac etiã spatiuz supra qđ fit motus localis habꝫ diuisibilitatẽ per se:ipm aũt vbi situale hꝫ diuisibilitatem ſm auctoritatẽ sex principioꝝ:diuiditᷓ enĩ situs ꝑ partem extra partẽ ad diuisionem corporum existen-

sum in eo: q igitur dispō ſm quā fit motus alteratio- nis eſt eciā tamen vna ⁊ diuiſibilis per ſe ⁊ diſpō ſm quā fit motus alterationis eſt etiā tamē vna ⁊ diuiſi bilis per accidēs. Diſpō autē ſm quā fit motus loca- lis nō eſt tñ vna neq; oīs talis diſpō eſt diuiſibilis p ſe: ſed aliqua p ſe ⁊ aliqua p accidēs. iō gratia breuita tis tacuit diſpōez ſz quā fit mot⁹ local: qm̄ diuiſibilitas illius tā per ſe ꝙ̄ per accidēs pōt eē manifeſta ex deter minatis quarto ⁊ quinto huius.

Secundo notādum ſm Buridanū: ſcd̄o ſue phīce capitulo p̄io ver- ſus finē ꝙ motus moueri ⁊ motio ſūt vna eēntia ⁊ ſz ꝙ accipit̄ reſpectu ſui ipſius ſic eſt motus: cū aūt acci- pitur reſpectu eius ī quo ē noīatur motio: ⁊ cū accipit̄ in cōparatione eius a quo eſt noīatur moueri. Ubi di cit Bur. ꝙ phs per moueri intelligit actionē mouentis coexiſtētē ī paſſo ſeu ī mobili ſubiectiue: p motionē vo intelligit paſſionē de genere paſſiōis. Sed Auicēna in tellīgit ꝙ mot⁹ moueri ⁊ motio ſunt in eadē eēntia nu- mero vez dicit qm̄ illa tria ſunt in mobili: ſi aūt intelli git ꝙ illa tria ſunt vna ⁊ eadē res ⁊ ꝙ differūt tñ ra- tione ita ꝙ vna ⁊ eadē res eſt motus moueri ⁊ motū: licet ſub alia ratiōe ſit motus ⁊ ſub alia moueri ⁊ ſub alia motio illud nō eſt vez: qm̄ tunc motus ⁊ moueri nō diuiderent̄ equalibus diuiſionib⁹ cōtra phm ⁊ cō- mētatorē: ⁊ pz cōſequētia: q ea que ſunt vnū numero nō habēt diuerſas diuiſiōes: vnde tempus ⁊ duratio mundi nō cōſimiliter neq; diſſimiliter diuidūtur quia ſunt vnū ⁊ idē realiter nō obſtante ꝙ tēpus ſupaddat durationi mūdi numerationē aīe nec eſt vez ꝙ moue ri ſit actio agētis: ſed mouere eſt reſpect⁹ agētis: ⁊ mo- ueri reſpectus patiētis ſm cōmētatorē tertio huius: di catur igitur ꝙ motus eſt actus mobilis ⁊ moueri vel ſ accipitur vt eſt duratio ſucceſſiua mot⁹: ⁊ motio eſt re- ſpectus motoris aut mobilis fūdatus in mouēte vel in motu aut in re mota eo mō quo dixi tertio hui⁹.

Tertio notādū ſm Egidium ꝙ qualitas du- pliciter pōt conſiderari: vz ſm quāti tatem in qua fūdatur ⁊ ſm eſſe ꝙ hz in mā reſpectu q̄- titatis cōpetit ei diuiſio ſm extenſiōem maiorē vel mi- norem: q quāto maior eſt ſupficies tāto maior eſt al- bedo in ea fūdata: reſpectu aūt materie in qua hz eſſe cōpetit ei diuiſio p intēſiōem ⁊ remiſſionē: q quāto ē ītī materia magis diſpoſita tāto hz eſſe magis intēſuz ⁊ quāto minus diſpoſita tāto magis remiſſū: ideo hec oīa accidūt albedini: q ſi albedo hēret eſſe ſeparatū nō variaret̄ p maiorē ⁊ minorē extenſionē neq; p in- tenſionē ⁊ remiſſionē: ppterea dicitur qualitas īdiuiſi bilis p ſe ⁊ diuiſibilis p accidēs. ¶ Sed cōtra nihil ē extenſuz p ꝙ nō hz ex ſe intēſiōem: ſed mā nō habet ex ſe extenſionē: ſi enī quātitas nō eſſet p ſe extēſa nihil di ceret̄ per quantitatē extēſam: ſi igit̄ p idem nihil eſt in tenſum p illud ꝙ nō hz ex ſe intenſiōem: ſed mā nō ha- bet p ſe intēſionez neq; remiſſionē: igitur nihil eſt inten ſum vel remiſſum rōne materie. Itē ſequit̄ ꝙ qualita- tes prime nō ſunt intēſe neq; remiſſe q ſunt īmediate in materia abſq; diſpoſitione prima maiori vel mino ri aliter eſſet pcedere in infinitū: imo ſequitur ꝙ lumi- noſum tātū gradū luminis debet agere in pūcto re- motiori ſicut ppinquiori medijs vniformis p totū ꝙ eſt contra experientiā in parte diſtantia q materia co tinue eſt equalit̄ diſpoſita. Et ꝯſequent̄ ſi calidū potē tie vt octo ⁊ calidū potētie vt quatuor applicaret̄ ma terijs conſimiliter diſpoſitis gradus conſimilis intēſio nis deberent pducere ꝙ eſt falſuz: ppterea cū pria ma teria nō ſit niſi pura potētia: ⁊ nulla forma ſit intenſa in ſuo quidditatiuo ⁊ eſſentiali nō apparet ꝙ vna for- ma recipiat a materia intenſionē ⁊ remiſſionē qn̄ que libet forma omnino tā ſubſtātialis ꝙ̄ accidētalis de- beat recipere ab eadē materia intēſionē ⁊ remiſſionem ſi materia eſt adequata cauſa intenſionis ⁊ remiſſio- nis qualitatū: ⁊ ita quelibet ſignatur ⁊ quelibet quāti tas ⁊ quelibet forma ſubſtātialis eſſet intēſa vel remiſ ſa oppoſita: quoꝝ ponit Ariſtote. in predicamentis. ¶ Dicendū igitur ꝙ ſicut extenſio eſt paſſio abſoluta quantitatis ita intenſio eſt paſſio abſoluta quātitatis intēſibilis ⁊ remiſſibilis: ⁊ ſicut extenſio fluit a natura quātitatis ita intēſio a natura qualitatis: lz nō ita eēn tialiter: quoniā quantitas ſeparata a ſubiecto hz ptes extenſas. albedo autē ſeparata a materia ⁊ a quātita- te haberet partes intēſibiles ⁊ remiſſibiles: ſed nō par tes intēſas vel remiſſas in ſubiecto ergo habz intēſio- nem ⁊ nō extra ſubiectū: ex quo ſequitur ꝙ itēſio qua litatis fluit in qualitate mediante ſubiecto: extēſio aūt fluit a quātitate cōtinua abſq; ſubiecto. Eſt etiā aliqua cauſa ppter quā intēſio nō eſt paſſio ita eſſentialis q̄- litatis ſicut extēſio quantitatis: quia non maioratur quantitas quin maioretur extenſio ⁊ econtra licz plu- rificetur qualitas abſq; plurificatiōe intēſionis ⁊ ecō- tra: vnde in ferro ignito eſt magis de caliditate quā in igne tāte quātitatis ⁊ tamen plus eſt de intenſione in igne puro ꝙ̄ in ferro ignito vel altero mixto: ſimiliter ſi deus primā medietatē huius albedinis extenderet alteri medietati nō eſſet plus de forma albedinis quā primo erat ⁊ tamen intenſio eſſet dupla: poteſt enī in- tenſio maiorari in infinitū nulla producta de nouo ca liditate ⁊ remitti in infinitum nulla corrupta qualita- te: vez eſt tamen ꝙ ſi deus vnā medietatē albedinis alteri coextēderet generaret̄ vnus gradus continuans vnā medietatē cū alia: ⁊ ſi iterū illas ſepararet corrū- peretur ille gradus ⁊ alij duo generarentur ſicut dice- batur de punctis ⁊ lineis. Ex hijs ergo ſequit̄ ꝙ ſicut quātitas eſt per ſe diuiſibilis extenſiue ita qualitas in diuiſibilis ⁊ remiſſibilis eſt per ſe diuiſibilis intenſiue: nam ſicut quātitas habet per ſe partes quātitatiuas ita qualitas partes intēſiuas ⁊ ſicut quantitas eſt di- uiſibilis extenſiue in duas medietates in tres tertias ⁊ in quatuor quartas ⁊ ſic in infinitū in partes equa les quātitatiuas ita qualitas intenſibilis ⁊ remiſſibi- lis in duas medietates in tres tertias ⁊ in quatuor q̄r tas ⁊ ſic in infinitū in partes equales intenſiuas: ſicut enim quadripedale cōponitur extēſiue ex quatuor pe dalibus equalibus ita caliditas vt quatuor cōponi- tur ex quatuor partibus intēſiuis eque intēſiuis: qua- rum quelibet eſt caliditas vt vnū et ſicut linea termi- natur ⁊ continuatur pūctis ita qualitas intenſibilis ⁊ remiſſibilis continuatur ⁊ terminatur gradibus: nā ſicut in qualibet linea ſunt infinita puncta copulantia īfinitas ptes nō tñ ſicut quelibet linea terminat̄ duo- bus pūctis ita quelibet latitudo duob⁹ gradib⁹ quo- niam latitudo incipiens a nō gradu ſolum vno gra- du terminatur. ad philoſophū di. ꝙ qualitas eſt diuiſi bilis per accidens: reſpōdetur ꝙ ipſe loquitur de diui ſibilitate extenſiua ⁊ tāto ꝙ loqueretur de diuiſibilita te intenſiua p tanto diuiſio intēſiua qualitatis dicitur per accidens q neceſſario indiget ſubiecto nō tamen neceſſario indiget materia vt dicit Egidius ſed magis quantitate: quoniā in ſacramēto altaris vbi nulla ē

materia sunt qualitates prime ⁊ secunde valde intense ⁊ dicit phūs in libro de sen. ⁊ sen. ꝙ color est extremitas perspicui in corpore terminato: ⁊ in quarto huius ꝙ color est in corpore quia est in superficie ad denotādum ꝙ color non minus esset sine materia ꝙ̄ cuȝ materia posita quātitate sed īpossibile est colorem eē in quātitate absq̧ intensiōe igitur color magis a quātitate recipit intensionem ꝙ̄ a materia habet igitur color intēsioneȝ ex natura ꝓpria sed ad hoc indiget materia necessitate nature ⁊ quātitate necessitate simpliciter ꝙ autē qualitas intēsibilis ⁊ remissibilis sit magis sub hoc gradu ꝙ̄ sub illo hoc potest esse ratōe agētis ⁊ ratione forme substātialis determinātis sibi quātitatem sub illo gradu ⁊ ad hoc multum cōfert dispositio materie. ¶ Intelligenduȝ ꝙ sicut quantitas habet duplicem extensionē. s. absolutam ⁊ respectiuā ita qualitas habet dupliceȝ intensioneȝ. s. absolutam fluētem īmediate a quantitate in subiecto ⁊ respectiuaȝ ſꝫ quā refertur magis intensum minus intenso aut simpliciter intensū remisso ⁊ sic dicitur intensio ⁊ remissiō relatiue opponi sicut magnitudo ⁊ paruitas.

Contra predicta arguitur si caliditas est intensiua intensione superaddita que sit passio illius ⁊ etiā intensio ⁊ intēsa erit procedere in infinitum in huius intensionibus equalib⁹ nō cōmunicantibus ꝙ est falsum quia tunc quelibet caliditas esset infinite intensa: sed ꝙ intensio sit intensa arguitur ponendo ꝙ. a. sit intensio totius latitudinis caliditatis ⁊. b. solum intensio a non gradu ad gradum medium ⁊ arguitur sic. a. intensio est maior. b. intēsione ⁊ non extensiue quia sunt in eodem subiecto primo vt suppono igitur est maior intensiue ⁊ per consequēs. a. intensio est intensa. Secundo quero vtrum caliditas ⁊ sua intensio sint eiusdem speciei vel diuersaꝝ si eiusdem speciei igitur intensio caliditatis est caliditas si diuersarum specierum que nō in predicamento qualitatis quia non apparet cuius speciei predicamenti q̄litatis sit intēsio caliditatis si nō sit eiusdem speciei cū caliditate neq̧ in aliquo predicamento vt patet inductiue. Item quero vtrum intensio caliditatis sit qualitas prima vel secunda si qualitas prima habetur intētum quia non apparet ꝙ sit nisi caliditas: si qualitas secunda igitur est aliqua qualitas secunda que nō consingat ex mixtione plurium qualitatum primarum qđ est contra philosophū in libro de sen. ⁊ sen. ¶ Ad primum dicitur ꝙ nulla intensio est intensa ⁊ concedo ꝙ. a. intensio est maior. b. intensiue ex quo non sequitur ꝙ. a. sit intensius. b. neq̧ ꝙ. a. sit intensuȝ sed sufficit ꝙ extenditur per maiorem latitudinē qualitatis sicut enī magnitudo extensionis attenditur penes magnitudinem quantitatis ita magnitudo intēsionis penes magnitudinem qualitatis. ¶ Ad secundum dicitur ꝙ sicut punctus linea ⁊ longitudo sunt eiusdem speciei nō per se sed per reductionem ita gradus qualitas ⁊ intēsio sunt eiusdem predicamenti ⁊ eiusdem speciei non p se sed per reductionē caliditas igitur ē per se in predicamento qualitatis ⁊ gradus per reductionem a priori intensio vō per reductionem a posteriori ex quib⁹ patet ꝙ nō sequitur caliditas ⁊ sua intensio sunt eiusdeȝ speciei igitur intensio caliditatis est caliditas. Et cum queritur vtrum intensio caliditatis sit qualitas prima vel secūda: dico ꝙ nulla intensio est qualitas ſꝫ tantuȝ passio vel modus aut relatio qualitatis ⁊ forte intensio absoluta est magis dicēda modus ꝙ̄ passio quia indiget substantia extrinseca vt patuit ⁊ variatur in infinitum nō variata qualitate eo modo quo dictuȝ est. (Accipiatur enim). Postꝙ̄ est probata conclusio in vniuersali ſm se totam ex intentione philosophi consequenter illam probat phūs particulariter ⁊ sigillatiȝ per partes suas ⁊ primo ꝙ tempus ⁊ motus equaliter condiuiduntur ponendo ꝙ. a. sit tempus ⁊. b. motus nam si. b. motus est in. a. tempore medietas. b. est ī medietate. a. ⁊ tertia pars. b. est in tertia parte. a. ⁊ generaliter semper minor motus est in minori tempore igitur ad diuisioneȝ temporis sequitur diuisio motus. Similiter econuerso ad diuisionem motus sequitur diuisio temporis nam si in aliquo tempore moueatur aliquid ſm totum motum ī medietate temporis mouebitur ſm medietatem motus ⁊ generaliter quāto motus erit minor tanto erit in minori tempore: vnde breuiter potest sic argui medietati. a. correspondet medietas. b. ⁊ econtra ⁊ tertie parti. a. correspondet tertia pars. b. ⁊ econtra ⁊ generaliter maiori parti. a. correspondet maior pars. b. ⁊ minori parti. a. correspōdet minor pars. b. ⁊ econtra igitur. a. ⁊. b. inuicem condiuiduntur. l. e. li. (Accipiatur enim tempus in quo mouetur aliquid ī quo sit. a. ⁊ motus in quo sit. b. Si igitur per totum in omni motum est tempus). construe sic si igitur mobile est motum per totum motum in omni. i. in tanto tempore ⁊ in medio tempore per minorem motum ⁊ rerum hoc tempore medio diuiso per minorem hoc. i. per minorem motum ⁊ sic semper similiter autem ⁊ si motus diuisibilis sit ⁊ tempus diuisibile erit eodem modo. Si enim per totum motum vadit in omni. i. in toto tempore ⁊ per medium illius in medio ⁊ iterum per minorem motuȝ in minori tempore. (Eodem autem modo). Tex. cō. 38. Secundo arguit philosophus ꝙ motus ⁊ moueri inuicem condiuiduntur ponendo ꝙ. c. sit moueri ⁊ arguitur sic ſm medietatē. c. moueri sit medietas motus ⁊ secundum tertiam partem moueri sit tertia pars motus ⁊ generaliter quanto minor est pars moueri tanto minor est pars motus igitur motus diuiditur ad diuisionem moueri. Consimiliter arguitur econuerso ꝙ moueri diuiditur ad diuisionē motus quoniam cuilibet parti motus correspondet aliqua pars moueri ⁊ toti motui totuȝ moueri igitur ⁊c. prima pars antecedentis patet inductiue nam duabus medietatibus motus correspondēt tres tertie aut quatuor quarte ⁊ sic in infinitum: signatis eniȝ duab⁹ partibus in motu siue magnis siue paruis que sint. d. c. ⁊. c. e. semper illis correspondent due partes consimilis magnitudinis ⁊ paruitatis in ipso moueri. ¶ Secunda pars antecedentis etiam declaratur quia si non toti motui correspondet totum moueri adequate igitur mot⁹ excedit moueri aut moueri excedit motum ⁊ p consequens inuenitur motus sine moueri aut moueri sine motu ꝙ est impossibile vtrūq̧ enim continuuȝ est neq̧ aliquid illorum excedit mobile neq̧ aliquod illorum exceditur. a. mobili igitur vtrūq̧ illorum est alteri adequatum ideo toti motui correspondet totum moueri ⁊ partibus motus partes moueri ad diuisionem motus sequitur diuisio ipsius moueri. l. e. li. (Eodem autem modo ⁊ ipsum moueri diuideretur cū motu sic enim in quo est ipsum moueri ſm igitur medium motum). idest medium moueri minor erit motus toto moueri ⁊ iterum ſm medietatis medium ipsius moueri erit adhuc minor motus ⁊ sic semper. (Est autē). idest contingit. (Et ponentem ſm vtrūq̧ motum). i.

secundum vtrãq; partem motus vt secundũ.d.c.⁊.c. e.dicere ꝙ totum erit secundum totum.idest totus motus secundum totum moueri:si nanq; aliud plus erit ipsum moueri secundum eundem motum vel econuerso sicut determinauimus:non contingit ⁊ motum diuisibile partium motus esse.idest non contingit motum diuidi secundum diuisibilitatem partium mobilis:accepto enim ipso moueri secundum vtrũq;.idest secundum vtrãq; partem motus continuum erit totum vꝫ ipꝫ moueri nõ excedẽs mobile neq; motũ neq; ecõtra

Notandum fm Egidiũ ꝙ sicut alia est extensio albedinis: ⁊ alia est extensio superficiei sic alie sunt partes albedinis ⁊ alie superficiei non obstante ꝙ extensio albedinis non possit esse absq; extensione superficiei: quia extensio albedinis est causaliter ab extensione superficiei:ita alia ẽ quãtitas motus ⁊ alia est quantitas mobilis ⁊ alia est quantitas spatij:licet sine his quantitatibus non possit esse motus:ex quo ab illis causaliter dependet:sicut ergo partes motus nõ sunt partes mobilis neq; spatij:ita quantitas motus non est quantitas mobilis neq; spatij:⁊ ista quantitas est illud moueri ꝙ diuiditur secundum diuisionem motus ⁊ econtra. ¶ Sed mihi videtur ꝙ sicut non est nisi vna quãtitas qua materia est quanta ⁊ albedo est quanta ita non est nisi vna extensio absoluta quã materia est extensa ⁊ albedo est extensa:⁊ hec est extensio quantitatis siue fuerit terminata siue interminata:nec sequitur ptes albedinis non sunt partes quantitatis:igitur extẽsio albedinis non est extensio quantitatis. Dato eniꝫ illo modo arguendi ꝙ in eodem corpore sunt infinite extensiones inuicem coextense equales non cõmunicantes quoniaꝫ in pedali ignis vniformiter calido p totum: vt octo sunt infiniti gradus nõ cõmunicãtes inuicem coextensi sic se habentes ꝙ quilibet est pedalis quantitatis ⁊ nunq̃ pars vnius est pars alterius. Itẽ non est dicendum ꝙ motus habeat aliquam quantitatem propriam preter durationem successiuam: neq; sequitur: partes motus diuise diuisibilitate mobilis non sunt partes mobilis:igitur motus diuisus diuisibilitate mobilis habet aliam quantitatem a quantitate mobilis aliter enĩ due quantitates inuicem coextenderentur ⁊ se penetrarent:scilicet quantitas mobilis ⁊

Tex. co. 39. quantitas motus:qđ est impossibile. (Similiter autem). Tertio ostendit philosophus ꝙ motus ⁊ dispositio secundum ꝙ est motus inuicem condiuiduntur: nam motus localis ⁊ longitudo spatij inuicem condiuiduntur cum cuilibet parti motus correspondeat ꝓportionaliter ps lõgitudinis ⁊ econtra ⁊ sic vt dicitur in motu locali ita in motu augmentationis ⁊ diminutionis:in motu autem alterationis diuisio dispositionis non est secundum diuisibilitatem motus omnino: quoniam motus diuiditur per partem post partem:⁊ per partem ante partem tam diuisione tẽporis q̃ mobilis:sed qualitas que est dispositio in motu locali diuiditur per accidens ad diuisionem subiecti ⁊ ad diuisionem temporis pro quanto successiue subiecto acquiritur:sed habet propriam diuisionem secundum partes intensiuas:que quidem non est per partem extra partem sicut est diuisio in motu ⁊ in longitudine spatij ⁊ ĩ quãtitate acquisita per motum augmentationis ⁊ diminutionis. Te.c.li. (Simile autem demõstrabitur ⁊ longitudo diuisibilis cũ diuisibilitate motus:⁊ omne illud esse in quo est motus preter quedam que secũdum accidens) quibus competit alia diuisio preter diuisionem extensiuam.


Notandum secundum Egidium ꝙ motus accipit quãtitatẽ a tempore ⁊ a spatio:quoniam sicut ille motus est magnus vel paruus qui fit in magno vel in paruo tempore:ita ille motus est magnus qui fit in magno vel in paruo tempore:ideo sicut motus recipit diuisioneꝫ a tempore ita recipit diuisionem a spatio:⁊ per consequens sicut motus ⁊ tempus inuicem condiuiduntur ita motus ⁊ spatium. Istud bene dictum est ꝙ motus accipit quantitatem a spatio tanq̃ a materia per quaꝫ vel supra quam:sed non bene dictum est ꝙ accipiat q̃titatem a tempore:quoniam tempus est passio motus ⁊ continuitas temporis est ex continuitate motus vt est probatum quarto huius:igitur tempus recipit quãtitatem a motu:⁊ non econtra:⁊ cuꝫ dicitur ille motus est magnus qui fit in tempore magno ⁊ ille est paruus qui fit in tempore paruo: igitur recipit quantitatem a tempore negatur consequentia:sed bene sequitur ꝙ recipit diuisionem a tempore non quideꝫ hoc modo ꝙ motus non esset diuisibilis nisi esset diuisibilitas motus:sed isto quia anima diuidendo diuidit motum:ideo non proprie absolute recipit diuisionem a tempore: sed tantum respectiue per mutationem ⁊ diuisionem anime eo modo quo dicimus pãnum diuidi ad diuisioneꝫ vlne non ꝙ non sit diuisio in pãno preter diuisionem vlne:sed quoniam cognoscitur diuisio panni p diuisionẽ vlne. (Quod enim mutatur). Quarto arguit phs ꝙ motus ⁊ mobile inuicem condiuidũtur nã mobile est diuisibile:sed diuiso subiecto omnia accidentia que sunt in eo diuiduntur:igitur motus diuiditur ad diuisionem mobilis:patet consequentia: quia motus est accidens mobilis deinde quia motus ẽ quãtus cuius quantitas est quantitas mobilis: igitur diuiso motu diuiditur mobile:⁊ per consequens mobile diuiditur ad diuisionem motus vtrũq;:igitur istorum diuiditur ad diuisionem alterius:sed non eodem modo:nam motus diuiditur secundum diuisionem mobilis causaliter a priori:mobile autem diuiditur secũdum diuisionem motus per modum signi a posteriori. Lege litteram. Quod enim mutatur est diuisibile vno enim subiecto diuiso omnia diuiduntur accidentia illius ⁊ econtra. ¶ Dubitatur: nam philosophus in principio huius capituli tengit tantum duos modos quibus diuiditur motus.s.diuisione mobilis: ⁊ diuisione temporis:in hac auteꝫ tertia conclusione tẽgit quatuor modos vꝫ diuisibilitatem moueri ⁊ diuisibilitatem spatij preter diuisioneꝫ mobilis ⁊ temporis vel igitur sibi contradicit vel fuit diminutus aut hic est superfluus. Respondetur ꝙ partes motus aut sunt simul aut non sunt simul:si sunt simul ille diuiduntur diuisione mobilis:si non sunt simul ille diuiduntur diuisione temporis:quia igitur omnis diuisio motus est ex parte mobilis vel temporis aut reducit ad diuisionem mobilis aut temporis:ideo philosophus in principio nõ fecit mentionẽ nisi de hijs duabus diuisionibus, ppterea nõ cõtradicit sibi ipsi: neq; est supfluus neq; diminutus. (Et in ipo finita). Quarta conclusio tẽpus motus moueri ꝙ mouet ⁊ in quo mouet eodẽ modo habẽt finitatem ⁊ infinitatẽ:ista conclusio sequitur ex priori: nam si omnia ista equaliter diuiduntur omnia ista eodem modo se habent ad finitatem ⁊ infinitatem:⁊ dicit philosophus ꝙ diuisio finitas ⁊ infi-

ditas insunt omnibus istis ppter ipsum transmutatuz qm ipz trāsmutatū sit cā ꝛ finis oiuz illoꝝ:aphi eni trāsmutato inest diuisibilitas ꝛ infinitas ppter qd omnibus aliis nominatis insunt eedē:ꝙ eniz transmutatuz sit diuisibile ondsum in primo capitulo huius tractat⁹ ꝙ aūt sit infinitum diuisibile ondetur in sequentibus. Le.li.(Et in ipso).i.in hoc ꝙ est finita esse aut infinita similiter se hēbit de oībus.i.quo ad oia nominata secutum aūt maxie est diuidi omnia ꝛ infinita eē ab ipso mutante.i.ab ipso mobili mox enim inest mutanti diuisibile ꝛ infinitum diuisibile quidem igitur ondsum est prius infinitum aūt in sequentibus erit manifestum.

Notandum p̄io ſm cō mentatoꝛez commēto.39.ꝙ necesse est vt motus ꝛ tps ꝛ alia sint diuisibilia in infinituz ꝛ vlꝛiter vt sint ꝯtinua qꝛ transmutatuz est diuisibile ꝛ ꝯ nā continui quoniam cā in hoc ꝙ tempus sit continuum ꝛ cā in hoc ꝙ motus sit continuus est qꝛ motum est continuuz:sed istud videtur contradicere pho q̄rto huius di.ꝙ ꝯtītas mot⁹ ē ex continuitate magnitudinis igitur cōtinuitas motus nō est a continuitate mobilis. Rn̄detur negādo cōsequentiā vnde continuitas motus ē materialiter tātū a cōtinuitate magnitudinis ꝛ materialiter ꝛ effectiue a continuitate mobil:vt dicatur ꝙ ꝯtinuitas motus est extrinsece a cōtinuitate magnitudis ꝛ īrinsece a cōtinuitate mobil. Et notat ꝙ nō facit hic cōmentatoꝛ mentionē de cōtinuitate magnitudinis per quā vel supra quā fit mot⁹ quoniā continuitas mobilis est necessario simpliciter continuum motus:continuitas aūt magnitudinis non est necessaria simpliciter motui continuo qm possibilis ē motus cōtinu⁹ q̄ nō indiget tali magnitudine scz motus celi.

Secundo notandū ſm cōmentatoꝛē eodem cōmento ꝙ si intelligēs trāsmutationez statim intelliget diuisibilitatez in infinitum qꝛ transmutatū non intelligitur esse in transmutatione nisi qꝛ imaginatur esse in eo ex quo ꝛ in eo ad ꝙ. Ecce ꝙ clare ponit cōmentatoꝛ in mobili dum mouet terminū a quo ꝛ terminuz ad quē non quidez ſm se totum:sed ſm partez quoniam pꝛopoꝛtionalr sic deperditur termin⁹ a quo ꝛ termin⁹ ad quē. Et nō loquitur hic cōmentator de omni transmutatione sed tantum d transmutatione per se que non cognoscitur nisi cognoscatur ipam esse i tēpoꝛe sed ex determinatis scitur tēpus esse diuisibile in infinitum igitur cognita transmutatione per se statim cognoscitur diuisibilitas i infinitū ❡ Item cognita transmutatione per se scitur immobile esse tminū a q ꝛ tminū ad quē ꝙ nō ꝯtingit nisi mobile diuidat in infinitū aliter magnitudo ꝛ mot⁹ cōponerentur ex indiuisibilibus:ꝙ est impossibile ꝛc.

Tex. co.40.



Quoniaz autem omne quod mutatur). Istud ē tercium capitulum huius tractatus in quo Aristotiles pscrutatur de diuisione mutatoꝝ inuicem ꝛ de oꝛdine istoꝛuz ad suum terminum ꝛ mensuram:postꝙ determinauit de diuisione ꝛ comparatione motus ponens.4.cōclusiones:quarum prima est ista omne ꝙ mutatur dum mutatur est: est in id in ꝙ mutatum est:scda conclusio illō in quo aliquid est primo mutatum necesse est indiuisibile esse ibi.(In q̄ autez p̄io). Tertia conclusio omnino contingit dare mutatum esse in aliquo primo ex parte finis ibi.(Dr̄ autez in quo primo). Quarta conclusio non contingit dare mutatum esse in aliquo primo ex parte principij ibi.(Quod autez ſm phm). Primam conclusionem phs tripliciter probat ꝛ primo sic omne ꝙ mutatur aut est i id ex quo mutatuz est aut in id ꝙ mutatū est:sed nihil ꝙ mutatur dū mutatū est est in id ex quo mutatū est igitur omne ꝙ mutatur dū mutatum est:est in id in qd mutatuz est:pz cōsequētia cum maiori:qꝛ non datur mediuz inter id ex quo mutatum est ꝛ in id in qd mutatuz est:minoꝛ vō declaratur nam omne qd mutatur distat a termino a quo: ergo deficit ab illo:patz cōsequentia:qꝛ idem est distare ab aliquo:ꝛ deficere ab eo vel saltē ad distare sequitur deficere ita idem est mutari ꝛ deficere vel saltem ad mutari sequit ꝛ ad mutatum esse ꝙ est finis distantie motus sequitur defecisse a termino a quo:tunc arguit sic omne ꝙ mutatur dū mutatū est deficit a termino a quo:igitur nō est in termino a quo:sed termin⁹ a quo est illud ex quo mutatuz est:igitur nihil ꝙ mutat dum mutatum est est in id ex quo mutatum est. Le.li.(Quoniam autem omne ꝙ mutatur ex quoddā in aliud mutatur:necesse si qd mutatur cum mutatū est esse in quo mutatum est ꝙ mutatur ex quo mutatur distat aut deficit ipsum aut idem est mutari ꝛ deficere: aut sequitur ad mutari:si autem ꝙ est mutatum esse defecisse: similiter enim vtrūqꝫ se habet ꝛ vtrūqꝫ ita ꝙ sicut se habet mutari ad deficere ita mutatuz esse ad defecisse).

Notandum ſm commentatoꝛem cōmento.40.ꝙ philosophus intendit per transmutationem que dicitur de quatuoꝛ transmutationibus scilicet in substantia i vbi in quali ꝛ in quanto. Et arguit cōmentatoꝛ sic illud ꝙ mutatur separatur a termino a quo mutatur:igit quādo mutatur non est in eo a quo mutatur: sed inter id a quo mutatur ꝛ terminum ad quem transmutat primo non est medium:igitur omne ꝙ mutatur cum mutatur est in eo ad qd transmutatur primo. Sed multipliciter dubitatur primo:si enim per transmutationez Aristoteles intēdit transmutationem que est in substātia ꝛ transmutatio in substantia est de contradictoꝛio in contradictoꝛium:igitur terminus ad quē non distat a termino a quo:cuius oppositum ponit philosophus in littera di.ꝙ illud in qd aliquid est mutatum distat ab eo ex quo mutatum est:ꝛ patet consequentia: quia contradictio est oppositio:cuius non est dare mediuz primo posterioꝛum:si igitur in generatione ꝛ coꝛruptione non datur medium inter terminum a quo ꝛ terminum ad quem illi termini sunt immediati ꝛ termini non distant. ❡ Secundo si philosophus per trāsmutationem intendit transmutationem in vbi quanto ꝛ quali ꝛ quelibet illarum transmutationum est de contrario in contrarium:igitur inter terminum a quo ꝛ terminum ad quem datur medium:ꝛ per consequens falsum est qd inter illud ex quo mutatum est:ꝛ id in qd mutatum est nō sit mediuz ꝛ potest exemplificari quoniam inter caliditatem sūmam ꝛ frigiditatem sūmam datur medium:quarum vnū est terminus a quo seu illud ex quo mutatum est ꝛ aliud est terminus ad quē seu id in quod mutatuz est. ❡ Tertio arguitur ꝙ nō omne ꝙ mutatur separatur a termio a quo: immo ꝙ tale dum mutatur est in termino a quo ꝛ non in termino ad quem:ꝛ pono ꝙ.a.sit vnum minimum naturale minus primo genitum:ꝛ quoniaz ꝙ generatur non

Notandum primo ſm cõmentatorem commento. 49. ꝙ in illo ꝙ diuiditur per se non inuenitur primũ per se ⁊ in illo ꝙ diuiditur per accidens inuenitur primum per se ⁊ non per accidens vt homo ⁊ tempus nõ habẽt primum omnino: neqꝫ per se neqꝫ per accidens quia sunt diuisibilia per se: album vero ⁊ simile ĩ rebus ad quas fit transmutatio in qualitate non habent talem dispositionem: quoniam ista nõ diuiduntur per se. s. qualitas sed per accidẽs vbi dicit egydius ꝙ qualitas que per motum alterationis inducitur potest dupliciter considerari primo q̃tum ad essentiam suam ⁊ sic est indiuisibilis non habens parteꝫ aliquã quomodo ſm se totum simul inducitur per motum. Secũdo potest considerari ſm esse ꝙ habet in materia: ⁊ sic est idiuisibilis tam intensiue q̃ extensiue per accidens: vt enim subiectum in quo habet esse albedo vel alia qualitas ẽ magis vel minus extensum qualitas in eo habet maiorẽ ⁊ minorem extensionem. vt autem est magis vel minᵘ dispositum illa qualitas est magis vel minus intensa. burleus autem dicit ꝙ diuisio albedinis per accidens est duplex: vna ſm extensionem subiecti ſm ꝙ vna pars albedinis est in vna parte subiecti ⁊ alia pars in alia parte subi. Alia est diuisio albedinis ſm intensionem ⁊ remissionem si enim subiectũ esset causa intensionis ⁊ remissionis tunc omnis forᵃ recepta in subiecto posset intendi ⁊ remitti ꝙ est falsum albedo enim separata a subiecto potest intẽdi ⁊ remitti vt in sacramento altaris. ¶ Sed mihi videtur ꝙ harũ diuisionum vna insit qualitati per se ⁊ alia per accidens diuisio enim extensiua inest qualitati per accidens ratione quãtitatis sed diuisio intensa inest qualitati per se. si enim diuisio intensiua inest qualitati per naturam suaꝫ: vt dicit burleus. oportet ꝙ illi insit per se quia omne ꝙ alicui cõuenit per naturam suam conuenit ei per se: tamen vt superius dicebam ꝙ nulla qualitas potest habere diuisionem intensiuã absqꝫ subiecto ⁊ maxime quantitate: sicut enim materia separata a quãtitate haberet partẽ ⁊ partes: sed nõ haberet partes extensas: ita qualitas separata a subiecto haberet partes sed nõ partes intẽsas. quoniam intensio est motus vel passio non potens illi competere absqꝫ subiecto. sicut enim tempus non potest inesse mũdo absqꝫ motu: neqꝫ eclipsis potest inesse lune absqꝫ terra: ita intensio ⁊ remissio nõ possunt inesse qualitati absqꝫ subiecto non obstante ꝙ intẽsio sit motus vel passio qualitatis competens illi per naturam suam. Cum autem dicit cõmentator ꝙ in eo ꝙ diuidit̃ per accidens inuenitur primum per se: ⁊ non p accidẽs non intendit ꝙ in qualitate inuenitur primum ſm extensionem vel ſm intensionem quo ad partes qualitatis. quia hoc est impossibile: sed inuenitur primũ ſm intensionem quo ad subiectum: quia est dare aliquã partem subiecti: que simul ſm se totam alteratur: sic ꝙ non prius vna q̃ alia: vt patet in aqua calefacta reducẽdo se ad frigiditatem ⁊ in corde infrigidato reducẽte se ad caliditatem ⁊ talis cõditio sic vt diuisio intẽsiua cõpetit qualitati per se: sicut enim qualitas per se ⁊ de natura sua habet diuisionem intẽsiuam: ita per se ⁊ nõ per accidens habet ꝙ posset iduci in aliquod subiectũ primũ ꝙ enim subiectũ alteret̃ successiue per partem post partem: ⁊ per partem ante partẽ hoc non est ratione qualitatis: sed ratione agentis non potẽtis ita cito agere ad partem remotam sicut propinquã aut non potentis tãtum effectum producere distanter: sicut prope. Item sicut nõ repugnet qualitati itelligibili ⁊ remissibili induci in aliquo subiecto ſm se totum eq̃ primo ita nõ repugnet q̃litati induci in eodem subiecto simul ſm oẽs suas partes intẽsiuas ꝙ enim successiue gradualiter inducat̃: hoc est ratione dispositionis cõtrarie que successiue expellitur propter resistentiã q̃ facit forma cõtraria suo corrũpendi. videmus enim lumen subito induci in eodẽ subo primo ſꝫ gradus intẽsiores ⁊ remissiores: ⁊ hoc ideo quia non habet cõtrarium resistens inductioni luminis accidit igitur qualitati induci ĩ aliquo subiecto partibiliter intẽsiue vel extensiue ⁊ competit sibi per naturã suã subito inductio in subiecto tam intensiue q̃ extensiue.

Secundo notandũ ſm cõmentatorem cõmento eodẽ ꝙ minimᵘ color est terminatus per se quẽadmoduꝫ minima forma est terminata. s. ꝙ minimũ eius ꝙ potest esse coloratũ in actu est terminatũ quẽadmodũ minimũ eius ꝙ potest esse aliquid demonstratũ est terminatũ verbi gratia quoniam minima aqua est terminata ⁊ sic de aliis corporibus simplicibus ⁊ compositis). Istud cõmentuꝫ exponens egidius non solũ de colore ⁊ de aliis qualitatibus secũdis sed etiã de qualitatibus primis di. ꝙ mã cõtinue disponitur ad aliquã qualitatem suscipiendaꝫ ⁊ cum est sufficienter disposita simul introducitur illa in ea parte subiecti: ⁊ postea continue disponitur pars ab alia donec ibi introducat̃ qualitas ⁊ sic deinceps est talis alteratio donec tota generatio sit completa: sic ꝙ est assignare aliquã partem subiecti primo calefactã cuius tamẽ oppositum inuenit̃ in motu locali: eo ꝙ ibi non contingit assignare partem primo pertransitã: nõ igit̃ est successio prima quo ad acquisitionem forme qualitatiue: quia continuũ diuiditur in infinituꝫ talis autẽ forma indeterminatis instãtibus generatur: sed est ibi successio cõtinua q̃tum ad dispositionem materie per quã recipitur talis forma ratione cuius continuitatis dicimus ꝙ nõ datur ibi primũ mutatũ esse: quia ante omne dispositũ esse precesserunt infinita disposita eẽ ſm infinitas partes temporis. concludit ergo Egidius ꝙ in alteratione assignat̃ primo alteratũ eẽ vt forma diuiditur extẽsione materie: sed vt diuiditur per intensionẽ ⁊ remissionem est ibi quodãmodo motus continuus ⁊ non assignatur primo mutatum esse. Ista expositio non apparet mihi de intensione cõmẽtatoris: quoniã aliter sequitur ꝙ ad nullam qualitatem primã vel secundam est per se motus cuius oppositum determinat̃ 5ᵒ ⁊ 7ᵒ huius ⁊ patet cõsequentia quia ideo ad substantiam vel ad sanitatem non est per se motus: quia tam subita q̃ sanitas indiuisibiliter inducitur in aliqua parte subiecti simul ⁊ non per partem ante partem subiecti: si igitur caliditas ⁊ albedo indiuisibiliter inducuntur in aliquo subiecto sequitur ꝙ ad albedinem nõ est motus neqꝫ ad caliditatem. ¶ Item sequitur ꝙ mobile dum mouetur non est continue partim in termino ad quem contra determinationem phi ⁊ cõᵗⁱˢ. 5ᵒ huius ⁊ probatio si caliditas ⁊ albedo inducunt̃ indiuisibilit̃

in subiecto ꝛ non per partem ante partem in infinitū in eo enim tempore quo disponitur mā ad caliditatē vt vnū non est aliqua caliditas ꝛ per ꝯsequens mobile tunc nullum habet partē de termino a quo ad quē. Preterea quero qd est ista dispositio materie scḋm q̄ acq̄ritur caliditas vel albedo vtrum sit aliqua qualitas successiue inducta per motū continuum aut sola remissio contrarij: si primū illa erit qualitas prima vel secunda ꝛ per consequens aliqua qualitas prima vel secunda inducitur successiue continue per motū cuius oppositū ipse ponit, si secūdū sequitur q̄ sicut successiue cōtinue corrumpitur vnum contrariorū: ita successiue continue generatur reliquū ꝛ quoniam eo modo forma generatur quo ipsa corrūpitur sequitur q̄libet qualitatem primam vel secundam successiue continue generari sicut successiue continue corrumpitur. Deinde apparet mihi q̄ in alteratione assignetur primū alteratum esse vt forma diuiditur extensione materie ꝛ nō vt forma diuiditur per intēsionem ꝛ remissionem quoniam cū non inueniatur intensio caliditatis absq̄ caliditate si non datur primū mutatum esse in intēsione caliditatis: neq̄ primū mutatū esse in caliditate sicut igitur successiue motu continuo inducitur intensio caliditatis: sic q̄ quacunq̄ intensione data precesserunt alie infinite: ita quacunq̄ caliditate data medietas precessit illius ꝛ medietas medietatis ꝛ sic in infinitum. Respōdetur igitur vt supra q̄ caliditas ꝛ albedo ex natura sua possunt subito induci in toto subiecto simul: ꝛ scḋm totam latitudinem gradualem: q̄ autem inducantur partibiliter in subiecto ꝛ secundū suas partes graduales: hoc est per accidens ratione agentis extrinseci: aut forme contrarie. Et ad cōmentatorem ponentē minimū colorem ꝛ minimū coloratum in actu. Dicendum q̄ caliditas albedo ꝛ huius qualitates ad quas est per se motus dupliciter cōsiderande sunt: vt sunt in fieri: ꝛ vt sunt in facto esse. vt sūt in fieri sic nō datur minimum in eis: quoniā quacunq̄ caliditate signatā que nunc inducitur in infinitū minor prius inducebatur vt autem considerātur in facto esse sic q̄ non vltra intendunt ad vlteriorem pfectionem per motū sic in eis datur minimū per se ꝛ p naturā suam: ita q̄ caliditas determinat sibi minimū in facto eē: ꝛ similiter color loq̄ndo de caliditate ꝛ colore totali: quia loquēdo de colore ꝛ caliditate partiali. sic nō datur minimū in eis in fieri neq̄ in facto esse. cū ergo dicit cōmentator q̄ minus color est terminatus per se: sicut minima forma loq̄tur de colore in facto esse q̄ ipse declarat ex verbo sequente di. s. q̄ minimū eius posset esse coloratū in actu ē terminatum: intelligens per colorem ꝛ coloratū in actu colorem in facto esse: qm̄ color in fieri vocatur color i potentia iuxta diffinitionem motus datam tertio hui⁹. ❡ Et per hoc apparet differentia inter formā accidentalem ad quā est motus ꝛ formā substantialem. qm̄ in formis accidētibus ad quas est motus dat minimum in facto esse: sed nō datur minimū in fieri. in formis autem substantialibus datur mini[illegible] in fieri q̄ in [illegible]

Contra predicta arguit ꝛ prio q̄ subiectū ꝛ spaciū in motu locali non sunt per se diuisibilia: q2 nulla substātia est per se diuisibilis sed subiectū ꝛ spaciū in motu locali sunt subē igit ꝛc. maior pȝ per phm̄ prio huius di. q̄ diuisibilitas cōpetit q̄titati per se ꝛ subē per accidens. minor aūt est euidens: qm̄ homo qui est subm̄ motus: vt habetur in litera est substātia similiter terra est suba super q̄ mouetur alia aqua ꝛ aer sunt substantie que sunt media per que mouentur [illegible] ❡ Secundo arguit q̄ est dare primū mutatū esse in motu locali. qm̄ est dare partem primo pertransitā q̄ arguit ponendo. a. b. spaciū vniformiter pertrāsiri in hora quo casu admisso pȝ medietatem. a. b. spacij pertrāsitam esse immedietate hore: ꝛ nullā partē minorem esse pertransitā imedietate: sed in minori tēpore. igitur ista est primo pertransita imedietate hore. ❡ Tertio arguit q̄ est dare primū mutatum esse in qualitate qm̄ Arist. ponit in litera q̄ qualitas est indiuisibilis per se. constat autem formam indiuisibilem subito acquiri illud tamen arguitur de omni qualitate qm̄ figura ꝛ sanitas indifferēter acquiruntur caliditas etiā ꝛ albedo q̄ [illegible] quo ad subiectū arguit vt ostēsum est supra sed q̄ indifferēter acq̄rant quo ad partes graduales ꝛ intensiuas instatur: quia cum omnes gradus caliditatis sūt eiusdē rationis nō apparet rō quare prius inducitur vnus q̄ reliquus ꝛ maxime cum inductio fiat ab agente naturali non cognoscente. ❡ Quarto arguitur q̄ est dare primū mutatum esse in quātitate. qm̄ in vna augmētatione non acquiritur q̄titas: nisi per corruptionem nutrimenti ꝛ generationem maioris partis corporis animati quā fuit deperditum sed certū est q̄ generatio ꝛ corruptio sube sit ꝛ q̄ tam in generatione ꝛ corruptiōe datur primum mutatū esse: q2 datur prima forma corrupta scḋm se ꝛ quodlibet [illegible] forma generata secundum se ꝛ quodlibet sui. igitur datur prima q̄titas acquisita sic q̄ non dabatur medietas illius acquisita in medietate temporis: ꝛ medietas medietatis ꝛ sic in infinitū.

❡ Ad primum dicitur q̄ aliquid vno modo consideratum potest esse de intrinseca rōne alicui⁹ q̄ tn̄ alio mō cōsideratum nō ē de itrinseca rōe illius verbi gratia qualitates prime sunt de intrinseca ratione elementorum vt ipsa elementa sunt entia spālia. vt autem elementa sunt actiua: ꝛ passiua sic sunt de ratione intrinseca elementorum ꝛ principia formalia ipsorū p philosophum 2⁰ de ge. ita in ppoito homo consideratur in eo q̄ substantia ꝛ in eo q̄ subm̄ motus si consideratur in eo q̄ substātia sic diuisibilitas competit ei per accidens. vt autem cōsideratur scḋm q̄ sit subiicitur motui sic diuisibilitas competit illi per se: ꝛ est intrinseca illi primo vel secūdo mō dicendi per se non ergo loquitur hic philosophus de subiecto vt habet rōnem substantie q2 illa est consideratio metaphā: sed loquitur d̄ subiecto vt habet subiectū motus ꝛ hec est consideratio phica. ❡ Ad scḋm dicitur q̄ non pbatur in motu locali aliquā esse partem primo ptransita simpliciter ꝛ absolute: sed cum determinatione ꝛ illud nō est inconueniens: vnde cōcedo q̄ est dare primū mutatum eē in determinato tempore: ꝛ primū determinatū esse in determinato subiecto. ita q̄ est dare partem primo ptransitam a mobili scḋm se totum sic q̄ aliqua est pertransita scḋm se totum ꝛ nulla minor illa est pertransita a mobili scḋm se totum sed bene scḋm partem. ❡ Ad tertiū cū dicit phs q̄ qualitas est indiuisibilis per se: illa propositio est sic intelligēda qualitas nō est per se diuisibilis diuisibilitate extensiua: sed tn̄ per accidens vbi tamē ly per se esset nota exclusionis ad hunc intellectum q̄ qualitas nullo modo est diuisibilis quocunq̄ extrinseco secluso illa ppositio esset vera loquēdo de omni diuisibilitate: sed accipiēdo per se vt dicit aliquem modum perseitatis sic qualitas aliqua est intensibilis p

se ⁊ ꝯñter est per se diuisibilis intensiue: lȝ non possit diuidi intẽsiue absq̧ subiecto. Item cõcedo ꝙ siᵒ ⁊ sanitas idiuisibiłr inducunt ⁊ aliqñ albedo: ⁊ qñ gnãt mixtũ ex elemẽtis: sed in motu qui ẽ p se ad caliditatẽ vel ad albedinẽ tã caliditas ꝙ̃ albedo successiue gradualr acqrit: ⁊ cũ dicit: oẽs gradus caliditatis sũt eiusdez rõnis: igit nõ est rõ q̃re vnᵒ alio priᵒ iducit. negat ꝯñs. vñ vt dictũ est caliditas subito gradualr iduceret lȝ nõ haberet ꝯtrariũ in mã. s. frigiditatẽ: q2 igit latitudines ꝯrie se determiate respiciũt: iõ gradus ꝯtrario ꝝ se ẽt determiate respiciũt: ita ꝙ cuilibet gradui caliditatis corrñdet determiatᵒ gradus frigiditatis ⁊ ecõtra. Propterea ad remissionẽ vniᵒ gradus frigiditatis seqꝛ itroductio alteriᵒ corrñdẽtis illi i caliditate: ⁊ q2 est determiatᵒ ordo in remissiõe frigiditatis: iõ est determinatᵒ ordo in itroductiõe caliditatis. Et si q̃ritur hez ex quo oẽs gradus frigiditatis sũt eiusdẽ rõnis q̃re priᵒ corrũpit vnᵒ ꝙ̃ aliᵒ. dicit ꝙ hoc est ex dispõe mãe in cuiᵒ nã vnᵒ gradus hȝ maiorẽ frigiditatẽ ꝙ̃ alius. gradus. ... in mã su. ... ex mã appetitu mãe ꝙ̃ posteriores: iõ corruptio icipit a posteriorib' habẽtibus miorẽ fixionẽ ⁊ firmitatẽ in mã. ... interrogat q̃re frigiditatis corrupte aliqs gradus pcessit in mã ⁊ aliqs posterior fuit. Rñdet ꝙ hoc fuit rõe graduũ caliditatis corrupte i gñone frigiditatis: quoꝝ aliqui prius fuerũt corrupti ⁊ aliqui posterius ex ordinatiõe nãe ſm ꝙ aliqui maiorẽ ⁊ minorẽ affixionẽ appetitũ pueniẽtẽ ex maiori ⁊ minori priuatione forme. priuatio eni est causa appetiᵒ mãe p Arꝛ. primo huius. neq̧ in tali respõsiõe est deuenire ad aliquod principiũ simpłr: sed est circulariter respõdẽduz sicut circulariter in isinitũ generat caliditas ex frigiditate ⁊ ecõtra. ¶ Ad quartũ rñdet Egidiᵒ ꝙ augmẽtuz dupliciter fit. primo p rarefactionẽ ⁊ ꝯdensationẽ: ⁊ sic nõ assignat in augmẽto primo mutatũ eẽ: q2 cũ rarefacit sic motus ꝯtinuus rarefactũ est in toto tpe ⁊ in medietate tpis medietas rarefacti ⁊ sic in isinitũ; ita ꝙ breuiter nõ dat primũ rarefactũ. Scdo fit augmẽtũ p ꝯuersionẽ alimẽti: ⁊ sic lȝ quãtitas sit p se diuisibilis in isinitũ: tñ q2 ad huius motũ cõtinet gnãtio ⁊ alteratio per accidẽs quodãmodo erit assignare primũ augmẽtum esse sicut assignat primũ genitũ ⁊ primũ alteratũ: tñ quo ad dispositionẽ mãe cõtinuã ſm cõtinuitatẽ tẽporis ⁊ motus nõ dat primũ mutatũ eẽ in quãtitate: neq̧ in qualitate: nec in forma: sicut nõ dat primũ dispositũ eẽ mãe. Hec respõsio videt repugnare lr̃e: qm̃ Aristo. ponit expresse ꝙ dispositio acquisita per motum localẽ ⁊ p motũ augmẽtatiõis est p se diuisibilis ⁊ ex hoc nõ dat per se primũ mutatũ eẽ in aliquo illorum: ⁊ loquit phice de vera augmẽtatiõe: ⁊ rarefactio nõ est vera augmẽtatio cũ nõ sit motus ad quãtitatez. deinde si in rarefactiõe nõ dat primũ rarefactũ eẽ: neq̧ datur primũ calefactũ esse ꝯtra determinationẽ egidij. ⁊ pȝ ꝯñs. q2 rarum ⁊ densuz sunt qualitates insequentes calidũ ⁊ frigidũ per cõmẽtatorẽ. 7. huiᵒ. ¶ Itẽ nõ obstãte ꝙ det primũ mutatũ eẽ in qualitate adhuc ad quãtitatẽ ⁊ ad qualitatẽ est p se motus ſm egidiuz ex eo: q2 nõ datur primũ mutatũ eẽ dispõnis cõtinue ſȝ quã acquirit quãtitas ⁊ qualitas: igitur per idẽ dȝ cõcedere egidius ꝙ ad substãtiã est per se motus: nõ obstante ꝙ det primũ mutatũ eẽ in substãtia ex quo dispositiõis in substãtiã nullũ est primũ mutatũ esse.

¶ Dicẽdũ igit ꝙ augmẽtatio ꝓprie dicta est motᵒ cõtinuus: ⁊ ꝙ quãtitas acquisita per illũ motuz successiue acquirit per partẽ ante partẽ in isinitũ: nõ obstante ꝙ forma alimẽti subito corrũpit ⁊ subito generat forma corporis aiati. quoniã sicut alimẽtũ successiue ingredit partes porosas: ⁊ successiue fit alteratio in mã alimenti: ita successiue partibꝫ in infinitũ cõtinuat materia alimẽti cũ materia partis porose: ⁊ quãtitas alimẽti cũ quãtitate partis porose: neq̧ est icõueniẽs ꝙ cõtinuatio materie ⁊ quãtitas alimẽti cũ materia ⁊ q̃titate partis porose pcedat tẽpus corruptionẽ alimenti ⁊ generationẽ partis corporis aiati: q2 vt sepe exẽplificatuz est de virga vnius medietatis viride ⁊ alteriᵒ sicce. ea que sunt diuersarũ rõnũ possunt inuicẽ cõtinuari nõ cõtinuatione forme: sed cõtinuatiõe mãe ⁊ quãtitatis: q2 igit in vera augmẽtatione nõ dat prima cõtinuatio: sicut neq̧ prima alteratio: sed quacũq̧ cõtinuatione data dabat pcedens minoris quãtitatis alimẽti cũ minori quãtitate partis porose: ideo nõ dat primum mutatũ esse in quãtitate: sicut nõ dat prima q̃titas acquisita: sed quacũq̧ data dabat minor in isinitum. ¶ Sed ex dictis posset aliquis infringere quartã ꝯclusionẽ: quoniã si in corruptione dat primũ corruptum eẽ: ⁊ in generatione primũ genitũ eẽ: igitur est dare mutatũ esse in aliquo primo ex parte principij cuiᵒ oppositũ ponit quarta ꝯclo. ¶ Rñdet ꝙ est duplex mutatũ eẽ vnũ quidẽ qd̕ est terminᵒ motᵒ: aliud vero ꝙ est terminus gnãtionis vel corruptiõis: nõ loquitur phus de mutato esse qd̕ est terminus generatiõis vel corruptionis: q2 sic datur primũ mutatũ esse ⁊ dat mẽsura indiuisibilis in qua primo est mutatũ esse: sed loquitur de mutato esse qd̕ est terminus motus: ⁊ de tali verũ est dicere ꝙ nõ datur primũ: neq̧ datur aliqd in quo sit primo mutatũ esse qd̕ est terminus motus: siue illud aliquid accipiat in tẽpore siue i mobile: siue in dispositione acquisita per motũ vt ostẽsum est semper loquẽdo primo ex parte principij.



Uõnc au|tem quod mutat tẽpore.) Istud est q̃rtũ capitulũ in quo phs disputat de diuisione moueri ⁊ mutari esse: ⁊ de ipsorum ordine ad inuicem in magnitudine ⁊ mẽsura postquã perscrutatus est de diuisione mutatorum inuicẽ: ⁊ de illorum ordine ad suum terminũ ⁊ mensurã ponẽs quattuor cõclusiones: q̃rũ prima est ista. Si aliquid mutat in aliquo tẽpore primo necesse est mutari in qualibet parte eius. Secunda cõclusio. ante esse moueri fuit aliquod mutatuz eẽ ibi. (Ostenso autẽ.) Tertia cõclusio. ante eẽ mutatũ esse fuit aliquod moueri ibi. (Non solũ aũt.) Quarta cõclusio. omne factũ prius fiebat: ⁊ omne qd̕ fit priᵒ erat factuz ibi. (Manifestũ est igit.) Primã ꝯclusionẽ phs dupliciter ꝓbat. primo per diffinitionẽ illius termini primo. naȝ aliquid dicit esse in tẽpore dupliciter vȝ ſȝ seipsuz primo ⁊ ſm alterũ. illud est in tpe ſȝ alterũ qd̕ est in tẽpore ſm partem: ⁊ sic aliquis est in anno: quia est in die ⁊ in die: q2 in hora. omne. n. qd̕ est in parte est in toto. illud aũt est in aliquo tẽpore ſm seipsum primo ꝙ est in qualibet parte illius tẽporis: ita in ꝓposito Tex. co. 50.

illud dicitur mutari in aliquo tēpore ſm alterū qḋ mutatur in aliqua parte eius: ⁊ ſic aliquid mutat̄ in anno qꝛ mutat̄ in die. illud autē dicit̄ mutari in aliquo tēpore primo qḋ mutat̄ in qualibet parte illius vt fuit declaratū in principio quinti hui⁹. ergo a diffinito ad diffinitionē: ⁊ a deſcripto ad deſcriptionē: ſi aliquid mutatur in aliquo tēpore primo neceſſe eſt illud mutari ī qualibet parte illius. Le. li. Quoniā aūt omne qḋ mutatur tēpore mutat̄ dicit̄ autē in tēpore mutari ⁊ ſicut in primo ⁊ ſicut ſm alterū vt in anno: qꝛ in die mutat̄ in quo primo tēpore mutat̄ ꝙ mutat̄ ⁊ ī quolibet). i. in qualibet parte (huius neceſſe eſt mutari manifeſtuȝ igitur eſt ex diffōne primū enim ſicut diximus ⁊ diffinimus quinto huius.

Notandum ſm cōmētatorē cōmēto .e. ꝙ manifeſtuȝ eſt p ſe ꝙ aliquid dicit̄ trāſmutari in aliquo toto tēpore: qꝛ illud eſt minimū in quo poteſt trāſ mutari. Iſtud nō eſt intelligendū vt verba ſonāt: qꝛ non daꝫ minimū tempus in quo aliquid pōt trāſmutari: neqꝫ maximū finitum: quoniā quocūqꝫ finito dato in quo poteſt aliq̄d trāſmutari ⁊ in maiori quacūqꝫ ꝓportione volueris. vñ nō dat̄ ꝙ aliqḋ tēpus finitū quin in minori illo pt aliquid trāſmutari per motū ſucceſſiuū: ⁊ in maiori ratione partis: ſed intēdit cōmētator ꝙ eſt dare minimū tempus in quo aliquid trāſmutatur adequate: qꝛ nō ī tpe maiori neqꝫ ī miori tale mobile trāſmutat̄ adeq̄te. ❡ Sed dubitatur. ſi enī moueri ī aliquo tempore primo eſt moueri in qualibet eius parte ſequitur ꝙ nihil mouetur in aliquo tempore: quin ipſum moueatur in infinitis tēporibus. primo ꝯñs eſt abſurduȝ. ⁊ ꝓbat̄ ꝯña qꝛ ſi aliquid mouet̄ in aliquo tēpore hoc mouet̄ in īfinitis tpibus: de quoꝝ quolibet eſt verū dicere ꝙ mouet̄ in qualibet eius pte. ❡ Rñdet̄ ꝙ ly primo triplr̄ acci᷑ vȝ exponibilr̄: deſcriptibilr̄: ⁊ officiabilr̄. exponibiliter eē in aliquo tpe primo eſt eſſe in illo tpe: ⁊ nō in aliquo priori tēpore: ⁊ ſic implicat ꝯtradictionē aliquid eē aut moueri in aliquo tpe primo. deſcriptibiliter eſſe in tēpore primo eſt eſſe in qualibet parte ipſius: ⁊ ſic nō incōuenit eē aliq̄d in īfinitis tēporibus primo ſicut nō incōuenit aliquid primo moueri cuius infinite partes primo mouent̄: ſȝ eē in aliquo tpe primo officiatr̄ eſt eē in qualibet parte illi⁹ tpis: ⁊ nō eſſe immediate ante illud tp̄s: neqꝫ īmediate poſt illud tp̄us ⁊ ſic idē eſt primo ꝙ adequate: iſto mō cōcedit̄ aliqḋ mobile moueri in aliqua hora primo ſi mouet̄ in qlibet parte illius hore nō mouet̄ īmediate ante illā horam: neqꝫ mouet̄ īmediate poſt illā horā. ❡ Sed ex

Tex. co. 51. his.) ❡ Scḋo arguit phs ad eandē ꝯclōnē accipiens totū tēpus in quo aliq̄d mouet̄ ꝙ quidē ſit. x. r. diuidat̄ per. lz. ſic ꝙ vna pars ſit. x. lz. ⁊ alia. lz. r. ⁊ q̄ritur vtrū illud mobile mouet̄ in qualibet pte. x. r. tpis: aut in nulla: aut in aliqua ſic ⁊ in aliqua nō. Si mouetur in qualibet parte tpis ſignificati habet̄ intētū: ſi in neutra mouet̄ igit̄ nō mouet̄ in tpe. x. r. pȝ ꝯña. qꝛ nō eſt poſſibile aliquid moueri in aliquo tpe ⁊ nō moueatur in aliq̄ eius parte. Si aūt mouet̄ in aliq̄ eius parte ⁊ in aliq̄ nō mouet̄ ſic igit̄ ꝙ moueat̄ in pte. lz. r. ⁊ nō moueat̄ in parte. x. lz. ⁊ arguit̄ ſic. illud mobile tm̄ mouetur in parte. lz. r. igit̄ moueat̄ in toto tpe. x. r. ſolū ratione partis ⁊ p ꝯñs nō mouet̄ in tpe. x. r. primo. ⁊ ſic pȝ veritas ꝯclōnis ꝙ ſi aliquid mutat̄ in aliquo tēpore primo illud neceſſario mutat̄ in qualibet pte ei⁹. Lege li. (Sed ex his) dicēdis (manifeſtū eſt) ꝙ dicit̄ ī cōcluſione (ſit enim) illud tēpus (in quo primo mouet̄) mobile (ꝙ mouet̄. x. r. ⁊ diuidat̄ ſm lz. oē enī tēpus diuiſibile eſt) ⁊ arguat̄ ſic. (in. x. lz. tpe aut mouet̄ aut nō mouetur: ⁊ iterū in. lz. r. ſilīr) q̄ritur ſi mouet̄ aut nō mouetur: iſte ſunt due ptes totius tpis. x. lz. (Si quidē igitur in neutro mouet̄). i. in neutra parte (quieſcet itaqꝫ ī omni). i. in toto tēpore (moueri. n. in nullo hui⁹). i. in nulla parte tpis (ꝙ mouetur) in aliquo tēpore (impoſſibile ē: ſi vō in altero). i. in altera (parte ſolū mouetur nō vtiqꝫ in primo mouet̄) ꝙ eſt tēpus (. x. r. ſm igitur vtrūqꝫ). i. vtrāqꝫ partē (motus eſt neceſſe ē igit̄ in quolibet). i. in qualibet parte (ipſius. x. r. motū eē.)

Notandum ꝙ ſi aliq̄d mouet̄ in aliquo tpe primo illḋ mouetur in quolibet illi⁹: qꝛ ſi aliqḋ mobile adeq̄te mouetur in hora illud mouet̄ in illa hora primo: ⁊ tñ non mouet̄ in quolibȝ illius: qꝛ nō mouet̄ in principio neqꝫ in fine illius. in nullo. n. inſtāti termināte horā mouetur per ſe vel p accñs. in quolibet aūt alio intrinſeco hore mouet̄ per accñs: ſȝ in tota hora ⁊ in qualibȝ parte eius mouet̄ p ſe. (Oſtēſo aūt.) ❡ Scḋa ꝯcluſio Tex. co. 52.
ante oē moueri ſuit aliqḋ mutatū eē p qḋ habet̄ ꝙ oē qḋ mouet̄ prius fuit mutatū. iſtā ꝯclōnē phs tripliciter ꝓbat. ⁊ primo ponēs mobile vnū moueri vniformiter in. x. lz. tpe ſup magnitudinē. lz. l. deinde ꝙ vnuȝ ad equeuelociter motū ⁊ ſimul incipiēs cū illo ptranſeat tm̄ medietatē magnitudinis. lz. l. Et arguit̄ ſic. iſta duo mobilia eque velociter mouebūtur: ſed vnuȝ eoruȝ in medietate tēporis. x. r. pertranſibit medietatem magnitudinis. lz. l. igitur alteruȝ eoꝝ in medietate tēporis pertranſibit etiā medietatē eiuſdeȝ magnitudinis: igitur prius pertrāſibit magnitudinē ꝙ totuȝ: ⁊ p ꝯſequēs moueri primo erit prius ꝙ moueri toti⁹ ſpacij: ſed aliqḋ mutatū eſſe terminabit primā medietatē totius moueri. igitur illud mutatū eſſe erit ante totum moueri. Similiter arguit̄ de medietate totius moueri. quoniā mobile prius pertrāſibit quartā partē ſpacij ꝙ medietatem ſpacij: igitur moueri quarte partis ſpacij prius erit ꝙ moueri medietatis. ⁊ ꝯſequēter mutatuȝ eſſe terminans quartā partē totius moueri prius erit ꝙ medietas totius moueri: ⁊ ſicut arguit̄ de iſtis: ita de quibuſlibet aliis. ex quo enī quodlibet moueri ē diuiſibile in infinitū: ⁊ ſemp pars ꝓcedens eſt ante totum oportet mutatuȝ eſſe terminās illam partem precedere ipſuȝ moueri: ⁊ ideo ante oē moueri eſt aliquod mutatū eſſe. Le. li. (Oſtenſo aūt hoc) vȝ ſi aliq̄d mouetur in aliquo tēpore primo illud mouet̄ in qualibet parte ipſi⁹ tēporis (manifeſtū eſt ꝙ omne quod mouetur neceſſe eſt motū eſſe prius. Si enī. x. r. primo tēpore ipſuȝ. lz. l. ſpaciū pertrāſitū eſt ab aliquo mobili ⁊ mota). i. pertrāſita (eſt magnitudo in medietate) tēporis. x. r. (que eque velociter mouet̄). i. pertranſit (⁊ ſimul inceptū eſt moueri (mediū tm̄ totius ſpacij (erit motū). i. pertranſituȝ in illa medietate tpis. (Si auteȝ eque velociter in eodē tēpore motū eſt aliquid ⁊ alterū diſtinctuȝ ab illo (neceſſe eſt eandem) mediā (motā). i. pertrāſitaȝ (eſſe magnitudinē) in eadē medietate (tēporis quare erit motum prius ꝙ mouet̄). i. ante oē moueri eſt mutatuȝ eſſe.

Notandum ꝙ cōmētator cōmento e. excludit vnā dubitationeȝ taleȝ ꝓpter quid Ariſto. in rōne iſta ponit caſuȝ de duobus mobilibus eque velocibus: quoꝝ vnum ſit motū per totaȝ magnitudinē: ⁊ reliquuȝ tm̄ p me-

dietatem cum eque bene imo citius ꝛ facilius possit habere intentū suū per vnū mobile. naꝫ mobile ꝙ mouetur per totaꝫ magnitudineꝫ prius pertrāsit medietatem magnitudinis ꝙ totā magnitudineꝫ ꝛ medietateꝫ medietatis: ꝛ sic in infinituꝫ. ⁋ Respōdet ꝙ Aristote. hoc facit ꝓpter quosdaꝫ potētes dicere ꝙ mobile pertrāsit totā magnitudinē: ꝛ nō pertrāsit medietatē magnitudinis: neqꝫ aliquā partē eius anteꝙ pertrāseat totum. cum igit̄ pertransire medietatē magnitudinis sit pertransire in potētia sicut ꝛ terminus motus eiusdeꝫ medietatis est mutatū esse in potētia ꝛ generaliter qđlibet aliud excepto vltimo ꝙ est mutatū esse in actu: ꝛ ea que sunt in potētia inuestigāda sunt per ea que sunt in actu. inquit cōmētator. necesse fuit Aristo. facere argumentū de duobus mobilib⁹ eque velocibus: quorum vnū moueret̄ sup totā magnitudineꝫ: ꝛ aliud per medietatē tm̄. In isto casu nō pōt negari quādo vnuꝫ istoꝝ pertrāsit medietatē magnitudinis in medietate tēporis in quo aliud pertransit totā magnitudinē: ꝛ cū illa mobilia sint eque velocia sequitur mobile pertrāsiens totā magnitudineꝫ in toto tēpore pertransire medietateꝫ illius i medietate tēporis: ꝛ ꝯsequēter q̄rtam partem magnitudinis in quarta parte tēporis: ꝛ sic in infinitum ponendo continue mobile eque velox ꝑtransire minorem partem magnitudinis in minori

Tex. c. i. parte tēporis. (Amplius autē) ⁋ Scđo arguit phs ad eandeꝫ cōclusioneꝫ sic. sicut se habet instās in tēpore ita mutatū esse in motu. sed ante oē tēpus fuit aliqđ instans: igit̄ ante omnē motuꝫ fuit mutatū esse. pꝫ ꝯña cuꝫ maiori ex sufficienti similitudine. ꝛ minor declaratur. naꝫ accipiatur tēpus. x. r. ꝛ patet ꝙ est diuisibile in duas medietates per aliqđ instans: ꝛ habet fineꝫ qđ est vnuꝫ instans: sed instās mediuꝫ tēporis precedit illđ qđ est finis eiusdeꝫ: igitur instans mediuꝫ temporis ꝑcedit totuꝫ tēpus cathegorice sumptū: ꝛ sicut arguitur de isto tēpore: ita de quolibet alio: quoniā oē tēpus ē diuisibile in infinitū: ꝛ semp instās copulans partes tēporis videtur precedere totuꝫ tēpus queādmodum precedit vltimuꝫ instans eiusdeꝫ tēporis. Et consistit fundamentuꝫ in hoc ꝙ sicut quocūqꝫ tēpore dato prima medietas precedit totuꝫ: ita instans terminās illaꝫ medietatē dicit̄ precedere totū. Ita etiaꝫ dicatur de motu ꝙ oīs motus est diuisibilis in ifinitum ꝛ quocūqꝫ motu signato illius est vnū mutatuꝫ esse copulans medietates motus inuicē qđ quideꝫ precedit vltimū mutatum esse motus: ꝛ ꝯsequēter totū motuꝫ sicut semper prima medietas motus precedit totuꝫ motuꝫ. Lege li. (Amplius aūt ꝛ si in omni). i. in toto tēpore (ꝙ ē. x. r. motuꝫ esse dicim⁹) aliqđ mobile (aut oīno in aliquo tēpore). i. si in qualibet parte illius tēporis dicim⁹ aliquid esse motū oꝫ ꝙ hoc sit (in accipiēdo vltimū ipsi⁹ tēpus nūc). i. oꝫ accipere tēpus ꝑm vltimū nūc ipsius (hoc enī tēpus determinatuꝫ est) per nūc (ꝛ medium ipsoruꝫ nūc tēpus est) cuꝫ oē tēpus finitū claudat̄ duobus nunc (ꝛ in aliis similiter dicet̄ motuꝫ esse. medietatis aūt mot⁹ vltimū diuisio est quare ꝛ in medio tēpore ipsuꝫ mobile motū erit ꝛ oīno in qualibet partiuꝫ) prius ꝙ in toto tēpore. (Semp enī simul diuisiōe). i. ꝑm diuisionē (tēpus est determinatū ab ipsis nunc) cum nunꝙ diuidatur tēpus quin semp assignetur nūc. (Si igitur omne tēpus diuisibile est mediuꝫ autē ipsorum nunc tēpus est) sequit̄ ꝙ (oē qđ mutat̄ infini[illegible]

Notandum [illegible] ꝑm cōmētatorē [illegible]

to. si ꝙ ista ratio differt a priori ex eo ꝙ illa processit per diuisioneꝫ spacij in infinituꝫ: ꝛ hoc per diuisionem tēporis in infinituꝫ: ita ꝙ sicut ante omnē parteꝫ spacij pertransitā fuit alia pertransita sic ante oē tēpus in quo mobile mouebatur ante illud tēpus illud mobile motū est. ꝓpterea ad has demōstrationes faciēdas fuit necessaria prima cōclusio vꝫ si aliqđ mobile mouetur in aliquo tēpore primo illud mouetur in qualibet parte eius. supponit. n. phus continue ꝙ in minori tēpore est minor motus: ꝛ ꝙ in minori tēpore minus pertransit̄ de spacio: qđ quidē nō oporteret nisi mobile mouet̄ in qualibet parte tēporis. si enīꝫ mobile mouetur in anno: ex eo tamē ꝙ mouet̄ in die non plus ꝑtransit in anno ꝙ in illo die ideo oportet presupponere mobile moueri in qualibet parte tēporis vt demonstrationes habeāt locum.


Dubitatur si enīꝫ mediuꝫ instans hore precedit totam horaꝫ: ꝛ mediuꝫ mutatuꝫ esse precedit totū motuꝫ: sequit̄ ꝙ oē instans preterituꝫ precessit totuꝫ tēpus eternuꝫ: ꝛ qđlibet mutatuꝫ esse in motu celi precessit totuꝫ motuꝫ infinituꝫ celi: quoniā quodlibet instans ꝑterituꝫ terminauit aliquā parteꝫ totius tēporis eterni ꝛ quodlibꝫ mutatuꝫ esse in motu celi fuit terminus alicuius partis totius motus infiniti. ⁋ Iteꝫ sequit̄ ꝙ aliquid fuit ante seipsuꝫ ꝛ fuit post seipsuꝫ ponendo ꝙ a. fuit vna hora preterita cuius prima medietas fuit b. ꝛ secūda c. ꝛ arguitur sic. quādocūqꝫ fuit b. fuit a. sed b. fuit ante a. igitur a. fuit ante a. similiter quādocūqꝫ fuit c. fuit a. qꝛ successiuū dicitur esse quādiu est aliqua pars eius: sꝫ c. fuit post a: qꝛ incepit esse post a. igit̄ a. fuit post a. ⁋ Ad primuꝫ negat̄ ꝯsequētia vnde loquendo de prioritate ꝛ anterioritate durationis nulluꝫ instās tēporis neqꝫ aliqua pars tēporis dicitur esse ante totuꝫ tēpus eternuꝫ: qꝛ qđ est ante aliud precedit ipsuꝫ ex parte principij: vel ex parte finis si ambo fuerint diuisibilia: vel vnuꝫ tm̄: sed totuꝫ tēpus eternū non habet principiuꝫ neqꝫ fineꝫ: igitur nullū instans neqꝫ aliqua pars tēporis eterni est ante illud tēpus: capiēdo tamē tēpus infinituꝫ a parte ante terminatuꝫ ad hoc instans presens. esset cōcedenduꝫ quodlibet instās preteritū fuisse ante hoc tēpus: qꝛ qđlibꝫ illoꝝ fuit anteꝙ hoc desineret eē. ⁋ Et notāter dico si ambo fuerint diuisibilia vꝫ vnū qꝛ vnuꝫ instans est ante aliud: ꝛ tamē nō precedit ipm in principio neqꝫ in fine cuꝫ nulluꝫ instans habeat principium vel fineꝫ: tamen prima medietas hore est ante mediuꝫ instans: qꝛ principiuꝫ illius est ante mediuꝫ instans: ꝛ illud mediū instans est ante ꝑm medietatē hore: quia precedit fineꝫ illius hore. vnū autē instans dicitur esse ante aliud: qꝛ tēpus terminatuꝫ per vnū istās precedit tēpus terminatuꝫ per aliud instans. ⁋ Ad secunduꝫ negat̄ ꝯsequētia. vn̄ ꝓprie loquēdo nihil fuit ante seipsuꝫ nisi precesserit principiuꝫ eius ꝛ nihil fuit post seipsuꝫ nisi fuerit post fineꝫ eius. constat autē ꝙ a. non fuit ante principiuꝫ sui: neqꝫ fuit post finem sui. b. autē fuit ante a. qꝛ finis fuit ante finē a. ꝛ c. fuit post a. quia principiū c. fuit post principiuꝫ a. sed finis a non fuit ante fineꝫ d. neqꝫ principiū a. fuit post principium illius. ⁋ Ex his patet ꝙ ista ꝯsequētia nō valꝫ. tu fuisti in prima medietate istius hore: ꝛ ista medietas fuit ante totā horā: igit̄ tu fuisti ante totā horaꝫ: neqꝫ seqt̄ tu eris in scđa medietate hui⁹ hore: ꝛ illa medietas erit post totā horā. igit̄ tu eras post totā horā. ꝛ ꝯsequenter cōcedatur ista conclusio huius hore ꝙ soz. ꝛ pla.

inceperunt esse in primo instāti a. hore preterite: ⁊ tm̄ semel inceperūt esse: ⁊ tamē sor. fuit ante a. ⁊ plato nō fuit ante a. dato ꝙ sortes fuerit ante per primā medietatē a. ⁊ plato per totā a. horā. cōsimiliter de futuro sortes ⁊ plato in eodē instanti desinent esse ⁊ tm̄ simul desinent: ⁊ tamē sortes erit post platonem. patet. posita prima parte cōclusionis in casu. vna ꝙ sortes post platonē incipiet esse. q̄d enī principiū sortis erit post principiū platonis: ideo sortes erit post platonem. hic tamē modus loquēdi non est in vsu: q2 cōmuniter accipit ante vt dicit principiū durationis: ⁊ post vt dicit finē durationis: non enī cōmuniter cōceditur sortem fuisse ante platonē: nisi principiū sortis precesserit principiū platonis: neqꝫ platonem fuisse post sortē nisi finis platonis fuerit post finem sortis. (Amplius autem.) ¶ Tertio arguit philosophus ad eandem cōclusionē sic. si aliquid mutatur in aliquo tēpore continue: ⁊ non corrūpitur: neqꝫ pausat per cessationem a motu necesse est ꝙ in quolibet instanti illius tēporis illud mobile mutetur aut sit mutatū. sed in istāti non mutatur: quia probatū est supra ꝙ in instanti non est motus neqꝫ quies: igitur si aliquid mouet in aliquo tempore cōtinue oportet in quolibet instāti illud esse mutatū: tunc arguitur sic. in quolibet instanti illius tēporis illud mobile est mutatū: sed in quolibet tempore sunt infinita instantia: igitur in quolibet tēpore sunt infinita mutata esse. constat autē ꝙ motus mensuratur tēpore: ⁊ mutatū esse mensuratur instanti: sed vt probatū est quocūqꝫ tēpore dato infinita fuerunt instantia ante illud: igitur quocūqꝫ moueri dato infinita mutata esse fuerunt ante ipsum: ⁊ per ꝯsequēs ante omne moueri fuit aliquod mutatū esse ꝙ erat probandum. Le. li. (Amplius autē si ꝯtinue) in aliquo tempore est (ꝙ mutatur ⁊ nō corrumpit: neqꝫ pausat a mutatione aut mutare aut mutatū esse necesse est in quolibet instāti illius tēporis. in ipso autē nunc non est mutari. necesse est ergo mutatū esse s̄m vnū quodꝗ ipsorum nunc. quare si ipsa nunc infinita sunt necesse est oē quod mutatur infinite). i. infinities (mutatū esse.)

Notandum ꝙ cum philosophus dicit ꝙ omne mutat in aliquo tempore continue moueri in quolibet instanti illius aut mutatum esse nō loquitur nisi de instantibus cōtinuantibus totū tēpus motus: quoniā in primo instanti illius tēporis nō est moueri nec mutatū esse: in vltimo instāti est mutatū esse ⁊ non moueri: in quolibet alio instāti eiusdem tēporis est mutatū esse: ⁊ mumutari indifferenter sumptū: sed non est mutari importans motū successiuū de quo loquitur Aristotele. in littera. ¶ Ex quibus sequit ꝙ omne quod mouetur prius mouebatur: q2 omne quod est motū mouebat cū mutatū esse sit terminus motus: sed omne qd̄ mouetur est motū: quādo ante omne moueri fuit aliquod mutatū esse: igitur ⁊c̄. vnde cōmētator cōmēto. 54. ꝙ instans est differētia inter tēpus primū ⁊ secundū: manifestum est ꝙ omne quod mouetur in secūdo tēpore iā motū est in tēpore qd̄ est inter illud ⁊ primū.

Contra predicta arguit ꝙ aliquid mouet ⁊ illud prius nō est motū neqꝫ mouebatur ⁊ primo sic. aliquid mouebat aliquo gradu velocitatis ⁊ non mouebit illo gradu velocitatis igitur ⁊c̄. añs patet ponēdo ꝙ aliquod mobile ī aliqua hora cōtinue vniformiter velocitet motū suū a. nō gradu ad gradū vt. 8. simus nūc in medio instāti hore. ⁊ pꝫ ꝙ illud mobile mouet gradu velocitatis vt. 4. ⁊ nūquā ante mouebat illo gradu: nec post mouebit illo gradu. Similiter idē mobile mouet ī tota hora ⁊ nō mouebat ante illā horā: nec mouebit post illam horam: igit nō oportet ꝙ omne quod mouet mouebat ⁊ mouebit. ¶ Item in primo instāti temporis quero vtrū illud mobile moueat vel nō. si sic habet intētū. si non sequit ista ꝯclusio: ꝙ aliquod corpus naturale est extra locū naturalē non ipeditū: ⁊ tamē nō mouetur ad locū suū. patet. dato ꝙ illud sit vnū graue: aut leue non habens impedimētū tendens ad locum suū naturalē. ¶ Secūdo arguit ponēdo ꝙ vna mulier pregnās cū fetu masculino ambulet ⁊ interim stāte motu deambulationis generet īfans in vtero: ⁊ patet ꝙ in primo instāti sui esse mouet puer ad motū matris: ⁊ prius non mouebat: q2 non erat: si etiā ponat ꝙ vna lancea descendat: ⁊ interim ea descēdente infigatur illi stilus aut musca. patet ꝙ tā musca quā stilus mouet deorsum pro hoc instāti q2 motis nobis mouentur oīa que sunt in nobis: ⁊ tamē nullū istorū prius mouebat illo motu. ponatur etiā ꝙ vnū minimū ignis cōtinue ante instās presens fuerit motū sursum ⁊ ꝙ nunc primo sit in sphera ignis: ⁊ cōstat hūc ignem moueri motu circulari ad motū totius sphere: ⁊ tamē prius nō mouebat motu circulari: sꝫ tm̄ recto. ¶ Tertio arguit ponendo ꝙ canis moueat: q2 materia eius mouetur. ex quo enim illa materia imediate ante hoc mouebat ⁊ imediate post hoc mouebitur: ⁊ iā nō habet ipedimētū: ⁊ habet eandē ꝓprietatē motiuā quā primo habebat: igit iam mouet. Similiter ponatur ꝙ due aque. b. c. continue fuerint mote deorsū: ⁊ nunc primo in medio regione aeris sic vnite ꝯstituentes. a. aquā totalē: ⁊ nulli dubiū: q2. a. mouet ex quo ambe medietates eius mouent: ⁊ tamē a. prius nō mouebatur: q2 non erat. ¶ Quarto non oē quod quiescit prius quiescebat: igitur neqꝫ omne qd̄ mouet prius mouebatur. patet ꝯsequētia. q2 sicut motus mēsurat tēpore ⁊ nō est in instāti: ita ⁊ quies s̄m phm̄. 4. ⁊. 6. huius. añs pꝫ. quoniā mobile in fine mot⁹ quiescit ⁊ ante nō quiescebat ex quo mouebat. Si etiā descēdente mola re faba in ꝯtrariū ꝓiciat sursum recipiens ipetū ab illo motu deorsū cū inter quoscūqꝫ duos motus cōtrarios cadat quies media s̄ꝫ phm̄. 8. huius. sequit ꝙ in istāti medio illorū motuū faba quiescet ⁊ non ante neqꝫ post cū imediate ante moueat sursū ⁊ imediate post moueat deorsū. Intelligendū ꝙ difficultates tacte in scd̄a ⁊ in tertia rōnibus cōiter ab oībus faciliter soluunt dicēdo ꝙ in illis casibus nec puer: nec musca: nec stilus: nec minimū ignis: nec cadauer: neqꝫ aq̄ mouetur: sed tm̄ incipit moueri ⁊ sic respōdēdo ꝓpō phi faciliter sustinet. Et ego satis dubito in motiōe illa cōmuni: q̄m in descensu canis mā oīno mouet: q2 hꝫ oīa ꝓmouētia ad motū que ante habebat: ⁊ vnū impedimētū: sꝫ materia nunq̄ mouet nisi per accidēs ad motum cōpositi per cōmētatorē. 4. huius. igit aliqd̄ cōpositū mouetur per se ⁊ nullū nisi cadauer: igit cadauer in primo instāti sui esse. ¶ Itē non est possibile motū localem esse in materia quin sit in cōposito: vt colligit de intentiōe phi ⁊ cōmētatoris. 8. huius. sed in primo istāti cadaueris ē motus localis in mā: igit in eodē instāti est motus localis in cadauere: igit pro eodē instanti cadauer mouet. patet ꝯña. q2 aliter in aliquo eēt motus ꝙ tamē moueret cōtra phm̄. 3. hui⁹. Preterea ponatur canis in igne vt cōburat. ⁊ patet ꝙ in primo in-

ſtanti cadaueris alterabitur ⁊ caleſiet materia cadaueris: q2 tunc erit agẽs applicatũ paſſo nõ ĩpeditũ: igit̃ p2o eodẽ inſtãn illa alteratio erit in cadauere. pꝫ ꝯña per Ariſto. p2imo de gnãtiõe ponẽtẽ differẽtiã inter generationẽ ⁊ alterationẽ ex eo q2 generatio aduenit enti in potẽtia: ⁊ alteratio aduenit enti in actu: ⁊ eandem differentiã ponit cõmẽtato2. s. huius. tũc arguit̃ ſic. in p2imo inſtãti cadaueris erit alteratio ſubiectiue in cadauere: igit̃ in illo inſtãti cadauer alterabit̃ ⁊ nõ ante: q2 nõ erit: igit̃ ⁊c̃. Hoc motiuũ magis põt fieri in trãſmutationib⁹ elemẽto2. nã quãdo gñãtur ignis ex aq̃ cũ nõ deficiat alteratio in illo inſtãti ignis caleſit ⁊ rareſit: ⁊ quãdo ecõtra ex igne gñãtur aqua in inſtãti generatiõis aque ipſa frigeſit ⁊ cõdenſat̃. ꝙ eni ſit agẽs nãle applicatũ paſſo mãli in quo cõtinue egerit ⁊ aget ⁊ nõ agat deducto ĩpedimẽto non apparet poſſibile. Ecce ꝙ ignis ⁊ ꝙ aqua mouẽtur motib⁹ alteratiõis: ⁊ tñ p2ius nõ mouebant̃. ¶ Dicẽdũ igit̃ ꝙ nõ omne quod mouet̃ p2ius mouebat̃: tñ oẽ quod mouet̃ mouebitur ĩtelligẽdo de eo qͦ mouet̃ per ſe: ⁊ cũ Ariſto. dixit ꝙ omne qͦ mouet̃ p2ius mouebat̃ ĩtelligit̃ ꝫ totũ vel ꝫ partẽ vt in quarta ꝯclõne declarabit. nõ eni multũ curat pħs oſtẽdere ꝙ oẽ quod mouet̃ p2i⁹ mouebat̃ ꝫ totũ cũ hoc ſit falſũ: ⁊ impertinens p2opoſito ſuo: ſed tñ vult oſtẽdere ꝙ ante omne moueri fuit aliquod mutatũ eſſe: ⁊ ꝯſequẽter ꝙ ante quodlibet moueri fuit aliquod moueri: quo intellecto ſequit̃. oẽ quod mouetur p2ius moueri: ⁊ omne motũ ꝫm ſe vel ꝫm partẽ. de futuro tamẽ quia nõ datur vltimũ ĩſtãs rei permanẽtis eſſe ꝙ mouetur mouebit̃ nõ tñ ꝫ partem: ſe etiã ꝫ totũ. ¶ Ad p2imũ dicitur cõcedendo aliquid moueri aliquo gradu velocitatis ⁊ p2ius nõ moueri illo gradu neq̧ poſterius: ⁊ ꝙ aliquid mouetur in vna ho2a: ⁊ non mouebatur ante illam ho2am: neq̧ mouebitur poſt illã ho2ã: ex quibus nõ ſequitur aliquid moueri quod p2ius nõ mouebat̃: aut poſterius nõ mouebitur: q2 dictũ eſt ꝙ mobile licet non fuerit ante ho2ã: non tñ fuit ĩ medietate ho2e que fuit ante ho2am non per inceptionẽ: ſed per deſinitionẽ. ſimiliter ſcõa medietas ho2e eſt poſt ho2ã nõ per deſinitionẽ: ſed per ĩceptionẽ: quoniã p2ius deſinit p2ima medietas ꝙ̃ tota ho2a: ⁊ p2ius incipit tota ho2a ꝙ̃ ſecũda medietas. Deinde nõ eſt incõueniens aliqͦ co2pus naturale eſſe extra locũ naturalẽ non impeditum: ⁊ non moueri ad illũ deductis oĩbus impedimentis: ſed eſſet ĩconueniens ꝙ non moueretur: nec inciperet moueri. ¶ Ad ſecundũ dico ꝙ omnia iſta mouentur per accidens: videlicet puer: muſca: ſtilus: ⁊ minimum ignis: neq̧ eſt inconueniens aliquid moueri per accidens: ⁊ illud nunquã p2ius eſſe motum ſecundum ſe: vel aliquid ſui. Ariſtoteles autem loquitur de eo ꝙ mouetur per ſe. ¶ Ad tertiũ concedo ꝙ cadauer canis mouetur tam in motu locali quã alterationis: quoniam in deſcenſu caleſit canis: ⁊ p2ius nõ mouebatur ſecundum ſe totum: ſed ſecundum partem: ita etiam aqua iam mouetur ⁊ p2ius non mouebatur: ſꝫ bene partes eius. ⁊ hoc ſufficit ad intentionem philoſophi. ¶ Ad quartum reſpondetur ꝙ loquẽdo ꝓp2ie de quiete omne quod quieſcit p2ius quieſcebat: ⁊ poſterius quieſcit adeo nullum aſſignato2um quieſcit quiete oppoſita motui: ſed tantum quiete oppoſita mutationi indiuiſibili: ſed de hoc magis octauo huius vbi declarabitur quomodo inter quoſcunq̧ motus contrarios cadit quies medietatis.



Tex. cõ.55. On ſolum autẽ. ¶ Tertia concluſio. ante oẽ mutatũ eſſe fuit aliquod moueri. P2o declaratiõe huius pħus p̃mittit iſtã ſuppoſitionem: ꝙ omne mutatũ ex quodã in quiddã eſt mutatũ in tẽpo2e quã ſuppoſitionẽ ipſe ſic declarat. qͦcũq̧ mutatũ eſſe accipiatur ĩ qͦ mobile mutatũ eſt oꝫ ꝙ mobile ſit mutatũ in a.b. aliquo termino: ſit igit̃ termin⁹ a. a quo mobile mutat̃: ⁊ b. illud in qͦ mobile eſt mutatũ. ⁊ arguitur ſic. q̃ñcũq̧ mobile eſt in a. nõdũ mutatũ eſt: ſꝫ q̃ñ eſt ĩ b. tũc eſt mutatũ vt oſtẽſũ eſt ante. cũ igit̃ ĩter inſtans in quo mobile eſt in a. ⁊ inſtãs in quo mobile ẽ in b. ſit tẽpus mediũ oꝫ ꝙ mobile ĩ illo tp̃e medio mobile ſit mutatũ aliter ĩ ſine alicui⁹ tẽpo2is aliqͦ mobile eſſet mutatũ: ⁊ in toto illo tẽpo2e: neq̧ in aliquo alio inſtãti tale mobile eſſet mutatũ ꝙ eſt ĩpoſſibile. Le.li. (Non ſolũ aũt ꝙ mutat̃ neceſſe eſt mutatũ eſſe: ſed etiam mutatũ neceſſe p2ius mutari). i. non ſolũ ante oẽ moueri fuit mutatũ eſſe: ſed etiã ecõtra ante oẽ mutatũ fuit aliqͦ moueri (oẽ eni qͦ ex q̃dã in q̃ddã mutatũ ẽ ĩ tp̃e mutatũ ẽ. Erit eni ĩ ipſo nũc ex a. ĩ b. mutatũ. ergo in eodẽ q̃dẽ nũc in q̃ ẽ in ipſo a. nõ mutatũ ẽ ſed n. eẽt ĩ ipo a. ⁊ b. ꝙ mutatũ ẽ q̃ñ mutatũ ẽ ꝙ nõ ẽ ĩ hoc .ſ. in a. vt oſtẽſũ eſt p2i⁹. (Si vero in alio eſt) inſtãti (ĩ medio erit tẽpus. nõ eni cõiũcta). i. ĩmediata (erãt ipſa nunc.) (Quoniã igit̃ in tp̃e.) Iſta ſuppõne p̃miſſa arguit pħus dupliciter ꝯclõnẽ ⁊ p2imo. ſicut oẽ mutatũ eſt mutatũ in tẽpo2e ex ſuppõne p̃miſſa: ⁊ omne tẽpus eſt diuiſibile in ĩfinitũ vt in p2imo tractatu mõſtratũ eſt: igit̃ quocũq̧ mutato dato ante illud fuit aliud mutatũ. ſ. in medio toti⁹ tp̃is: ⁊ in medio ĩſtãti p2ime medietatis ⁊ ſic in ĩfinitũ: ſed oẽ mutatũ eſt terminus alicuius moueri vt cõſtat: igit̃ quocũq̧ mutato eẽ ſignificato ante illud fuit aliqͦ moueri. Le.li. (Quoniã igit̃ in tp̃e mutatũ eſt. tẽpus aũt oẽ diuiſibile) opo2tet (ꝙ in medio) illius tẽpo2is ſit (aliud mutatũ ⁊ iterũ in illius medietatis (medio aliud) mutatũ (⁊ ſic ſemp̃) quare mutabitur p2ius. Tex. cõ.56.

Notandum p2imo ꝙ in q̃libet motu poſſunt fieri quattuo2 cõparatiões. ¶ P2ima ẽ moueri ad moueri: ⁊ ſic ante oẽ moueri fuit aliqͦ moueri: q2 ante oẽ moueri fuit medietas eius: ⁊ medietas medietatis: ⁊ ſic in infinitum. nõ quidẽ ꝑ ĩceptionẽ: ſꝫ per deſinitionẽ. ¶ Secunda cõparatio eſt mutati eẽ ad mutatũ eẽ: ⁊ ſic ante oẽ mutatũ eſſe fuit mutatũ eſt: q2 oẽ mutatũ eẽ eſt finis motus: ⁊ in quolibet motu ſunt infinita mutata eẽ igitur ⁊c̃. ¶ Tertia cõparatio eſt moueri ad mutatũ eſſe: q2 ante oẽ moueri fuit aliquod moueri: ⁊ in quolibet moueri ſunt infinita mutata eẽ: igit̃ ⁊c̃. ¶ Quarta cõparatio eſt mutati eſſe ad ipſũ moueri ⁊ ſic adhuc ante oẽ mutatũ eẽ fuit moueri: q̃m ante terminũ ẽ res habẽs terminũ: ſꝫ omne mutatũ eſſe eſt terminus moueri: igitur ⁊c̃.

Secundo notanduz q̃ lz moueri p̄cedat mutatū eē ꝛ ɔ̄tra nō tamē eodez mō. nā moueri p̄cedit mutatuz eē eo mō quo p̄cedunt ea que sūt ad suū finē: sz mutatū eē precedit moueri eo mō quo principiū precedit suū principiū: nunquā tñ idē mutatū esse numero p̄cedit aliqd̄ moueri ꝛ p̄cedit ab eodē instāti. n. p̄cedit tēpus ꝛ p̄cedit a tēpore sz nō ab eodē cū nō possit eē principiū ꝛ finis eiusdem tpis: ita q̃ lz mutatū eē in potētia p̄cedit moueri: cuius est principiuz: ꝛ p̄cedit a moueri cuius est finis. ¶ Ex quib⁹ sequit̄ q̃ oē mutatū eē est ꝑpinquū ꝛ remotū. est. n. ꝑpinquū motui quē terminat: ꝛ est remotum motui quē nō terminat. vñ mutatū eē toti⁹ motus est ꝑpinquū toti motui: ꝛ cuilibet parti motus terminate ad vltim̄ istās tpis. ē aūt idē mutatū eē remotū prime medietati mot⁹: ꝛ cuilibet parti mot⁹ terminate ad primuz instās tpis. Intēdit ergo phs q̃ ante oē mutatuz esse fit aliqd̄ moueri nō solū ꝑpinquū mutato esse: sed etiā remotū: ꝛ magis ītelligit de remoto q̄ de ꝑpinquo.

Dubitatur cōtra suppositionē ꝓbando q̃ nō oē mutatū ē mutatur ī tpe siue accipiat̄ mutatū subiectiue siue terminatiue: qm̄ genitū vel corruptū est mutatū terminatiue in instāti ꝛ nō in tpe. q̃ aūt illuminat̄ est mutatū subiectiue: ꝛ nō est in tpe mutatū sicut neqꝫ illuminatū: sz in īstanti. ¶ Itē arguit̄ q̃ nō oē mutatū ex quodā in qddam sic mutat̄ q̃ signare duo instātia in quo vno sit in termino a quo: ꝛ in alio in termino ad quē: qꝛ in generatiōe est trāsit⁹ de ɔ̄tradictorio ī ɔ̄tradictoriū: si ergo in gnātione signarent̄ duo talia instātia ꝛ tp̄s mediuz: tūc eēt dare mediū inter ɔ̄tradictoria. ¶ Rñdet̄ q̃ phus cū facit mētionē in suppōne de mutato eē: nō loquit̄ de mutato esse terminatiue: sed subiectiue: neqꝫ dicit absolute q̃ oē mutatū est mutatū in tēpore: sz q̃ oē qd̄ mutatū ex quodā in quiddā est mutatū in tēpore nō intelligēdo p̄ qd̄daz ꝛ quiddā terminos ɔ̄dictorios: seu priuatiue oppositos: sed ɔ̄rios ꝛ positiuos: ita q̃ oē mutatū ex quodā positiuo p̄ se in quiddā positiuū p̄ se est mutatū in tpe. sicut. n. illud dicit̄ mutari ī aliquo tpe primo q̃ mutat̄ in q̄libet parte ei⁹ sic illud est mutatū in aliquo tpe primo q̃ est mutatū in quolibet instāti illius p̄ter q̄ in primo a quo īcipit motus. ¶ Et ex hoc pz q̃ instāne nō ꝓcedūt: qꝛ q̃ est genituz vel corruptū aut nouiter illuminatū nō est ex quodā in quiddā ad intentionē phi. (Ampli⁹ aūt in magnitu- Tex. cō.57.
nide.) ¶ Scd̄o arguit phus ad eandē ɔ̄clōnē ex natura spacij post argumētū factū ex parte tpis. sit enī aliqd̄ mutatū in c.d. magnitudine: vel igitur c.d. sunt indiuisibilia absqꝫ medio: aut diuisibilia: non indiuisibilia absqꝫ medio: qꝛ magnitudo cōponit̄ ex indiuisibilib⁹ neqꝫ in aliqua magnitudine sunt īdiuisiblia īmediata vt ꝓbatū est in tractatu primo hui⁹ sexti. si aūt c.d. sūt diuisibilia ad hūc intellectū q̃ īter ea mediat magnitudo diuisibilis in īfinitū: sequit̄ q̃ ante mutatū eē factū in d. fuit aliud mutatū esse factū ī prima medietate magnitudinis: sed inter oīa duo mutata eē cadit aliquod moueri: igit̄ ante mutatū eē factū in d. fuit aliqd̄ moueri. ꝛ sicut arguit̄ de isto arguat̄ de q̄libet alio ex quo c.d. magnitudo est diuisibilis in īfinitū: in cuius quolibet pūcto itrinseco fuit aliqd̄ mutatū esse: ꝛ semp inter duo mutata eē cadit moueri mediū: sicut īter duo instātia cadit tēpus. Te. ii. (Amplius autē in magnitudine manifesti⁹ est qd̄ dicit̄ ꝓpter illud qd̄ cōtinua est magnitudo in qua mutat̄ qd̄ mutat̄. sit enī mutatū ex c. in d. ergo si īdiuisibilitate ē ipsuz c.d īpartibile erit ī partibili ɔ̄iunctū. qm̄ aūt hoc īpossibile est necesse est magnitudinē eē q̃ interest). i. q̃ est mediū īter. c.d. (ꝛ in īfinita diuisibilia quare si ī illa mutat̄ pri⁹) mobile (necesse ē ergo oē quod mutatū est mutari prius.

Notandum q̃ cōmētator cōmēto ... soluit vnum dubiuz possibile fieri ɔ̄tra v̄ba phi. dicit. n. Aristo. q̃ ista ɔ̄clusio ante oē mutatū eē fuit aliqd̄ moueri est manifestior in magnitudine q̄ ī tēpore ꝓpter ɔ̄tinuitatē magnitudinis: q̃ quidē nō videt̄ veꝝ: qꝛ eque ɔ̄tinuū est tēpus sicut magnitudo: ꝛ eque diuisibile in īfinitū est tēpus sicut magnitudo. ¶ Istā dubitationē soluit cōmētator per duas respōsiones: quarū prima ē cōmētatoris: q̃ lz tp̄s sit eque cōtinuū ꝛ eque diuisibile in infinitum sicut magnitudo: tñ manifesti⁹ est tā quo ad nos quā quo ad nām magnitudinē eē cōtinuā ꝛ diuisibilē in infinitū q̄ tēpus: cū cōtinuitas tpis sit ex cōtinuitate magnitudinis: ꝛ quelibet magnitudo diffiniat̄ p̄ cōtinuū nō autē tp̄s: sed p̄ numeꝝ. vñ linea est quātitas cōtinua cui⁹ extrema sunt duo pūcta: ꝛ supficies ē q̄ntitas ɔ̄tinua cui⁹ extrēa sūt due linee. Corp⁹ ē quātitas ɔ̄tinua cui⁹ extrēa sūt due supficies. oēs iste diffinitiōes colligūtur a pho in p̄dicamētis. tp̄s vero ē numerus mot⁹ s̄m prius ꝛ posteri⁹: vt patuit p̄ phm. 4. huius. ¶ Scd̄a rō est Alexādri di. inqt cōmētator Aristo. nō ītēdere q̃ demōstratio de magnitudine sit magis manifesta q̄ demōstratio de tpe: qꝛ nō cōparat phs secūdam demōstrationē ad primā cū eque cōtinuū sit tp̄s sicut magnitudo: sz cōparat demōstrationē in motib⁹ quātitatis ad demōstrationē s̄z motuz qualitatis: qꝛ in motib⁹ quātitatis qui sūt mot⁹ augmētatiōis diminutionis ꝛ mot⁹ localis melius apparet ɔ̄tinuitas ꝛ diuisibilitas q̄ ī motu ad qualitatē cū spaciū acquisituz tā in motu locali q̄ in motu augmētatiōis vel diminutiōis sit diuisibile per se: ꝛ ipsa qualitas sit diuisibilis p̄ accidēs. (Eodē. n.) Et qꝛ posset eē dubiū circa ɔ̄clusionē vtrū ipsa ītelligēda sit vlr an solū de muta- Tex. cō.58.
to eē q̃ terminat motū localē ꝛ motū ad quātitatē: iō phs excludit hoc dubiū di. q̃ ɔ̄clō ē vlr ītelligēda nō solū ī motu locali vel ad quātitatē: sed etiā in singulis mutationib⁹ s̄m formas nō cōtinuas siue sint de contrario in cōtrariū: siue. n. acquirat̄ caliditas siue lumē siue forma subālis aliqua semp verū ē q̃ ante oē mutatū p̄cessit mutari siue moueri: qm̄ oē tale mutatū ꝛ si acquirit̄ īdiuisibilr̄: tñ p̄supponit motū factū in tpe cū nō possit acquiri absqꝫ dispōne prima. accipiat̄ ergo illud tēpus in quo facta est dispositio ꝓ acquisitione mutati eē: siue fuerit in subā siue in qualitate: ꝛ tñ illud fit diuisibile in īfinitū in prima medietate fuit aliquod moueri: ꝛ in medietate medietatis ꝛ sic ī īfinitū. ¶ Ex predictis quasi epilogādo phs cōcludit primā ꝛ secūdam ɔ̄clusiōez nō ꝑticulariter sed vlr di. q̃ ante omne mutatū esse fuit aliqd̄ moueri: ꝛ ante oē moueri fuit aliquod mutatū: ita q̃ oē mutatū esse fuit aliqd̄ moueri: ꝛ ante oē moueri fuit aliquod mutatū: ita q̃ oē mutatuz prius mutabat̄: ꝛ oē qd̄ mutatur prius fuit mutatū aliquo mō: ꝛ rō dictoꝝ est qꝛ nō fit moueri nisi in tēpore: neqꝫ fit aliqd̄ mutatū quin s̄m fiat in tpe s̄z se. vel s̄m dispōnez annexā. tp̄s aūt est diuisibile in infinitū: qꝛ nō dat̄ indiuisibile cōtiguū indiuisibili: igit̄ in quolibet tali tēpore sunt infinita mutata esse: ꝛ infinita moueri sic q̃ in quolibet moueri sunt infinita mutata esse: ꝛ semp inter oīa duo mutata esse mediat moue

rũ igitur nõ datur primũ mutatũ esse neq3 primũ moueri in tẽpore: sicut non datur prima pars temporis: Lege li. Eadem eni demõstratio est ⁊ in nõ continuis vt in cõtrarijs ⁊ contradictione. accipiemus eniz tempus in quo mutatũ est ⁊ iterum eodem dicemus: quare necesse est mutatuz esse mutari prius ⁊ ꝙ mutatur mutatum esse ⁊ in ipso mutari mutatum esse prius ipso autem mutatuz esse mutari: ⁊ nullo modo cõprehẽditur primuz. causa autez huius est non esse in partibile impartibili cõiunctuz in infinituz enim diuisio est) in tẽpore ⁊ in motu sicut in his que augmẽtantur ⁊ diminuũtur lineis.

Notandum secundũ cõmentatorẽ cõmento. 85 ꝙ Aristo. intẽdit per contraria transmutationez in qualitate per cõtradictionez trãsmutationez in substãtia: quia est de affirmatiua in negatiuã ⁊ ecõuerso. ⁊ differẽtia inter hãc demõstrationez quã inuit qua vsus est in his duabus transmutationibus ex tẽpore ⁊ duas demõstratiões in quib9 incepit loqui in hac declaratione que sunt etiam ex tẽpore est: quia ille due declarationes sunt communes omni transmutationi: ⁊ ista est quasi propria his duabus transmutationibus.) Duas distinctiones intẽdunt phus ⁊ cõmẽtator: quarũ prima est ista. Duplex est trãsmutatio: videlicet in terminũ cõtinuuz ⁊ in terminũ non continuum. transmutatio in terminuz cõtinuum est illa cuius terminus ad quẽ est per se diuisibilis in infinitum cuiusmodi est trãsmutatio in locũ. ⁊ in quãtitatem. locus eniz spaciũ ⁊ quãtitas sunt per se diuisibilia in ĩfinitũ: transmutatio in terminuz non cõtinuuz est illa cuius terminus ad quẽ non est per se diuisibilis in ĩfinituz. s. diuisibilitate extẽsiua cuiusmodi est substãtia vel qualitas. quelibet eni istarũ ⁊ si diuidit in infinitum in partem extra partẽ hoc est per accidẽs ratione quãtitatis. ¶ Secũda distinctio ẽ ista. duplex est trãsmutatio in terminũ nõ cõtinuũ: videlicet in contraria ⁊ cõtradictoria: transmutatio in terminũ nõ cõtinuuz inter cõtraria est transmutatio facta in qualitate de vero cõtrario in verũ contrariuz vt calefactio dealbatio. Transmutatio in terminũ non cõtinuũ inter cõtradictoria est transmutatio primo ⁊ per se de contradictorio in cõtradictorium vt trãsmutatio sbõ. s. generatio ⁊ corruptio: ⁊ generaliter quelibet alia trãsmutatio in qualitate que est per se: ⁊ primo de cõtradictorio in cõtradictoriuz vt illuminatio: ⁊ sanatio. licet eni sanitas habeat cõtrariũ: nõ tamẽ necessario fit ex illo cõtrario: sed per accidens. ¶ Et ex his ponit cõmẽtator differẽtiam inter demõstrationẽ respicientem has duas trãsmutationes que sunt in terminuz non continuum: ⁊ priores demõstrationes ex parte tẽporis: quia ille fuerunt vniuersales oĩbus trãsmutationib9: hec autem demõstratio est quasi ppria his trãsmutationib9 que sunt fm cõtraria ⁊ cõtradictoria. Ecce ꝙ phus in littera: ⁊ cõmẽtator in cõmento nõ faciunt intẽtionem de magnitudine: sed tñ de tẽpore quo ad trãsmutationem factã in qualitate ⁊ substãtia ad denotãdũ vtrãque illarum indiuisibiliter aduenire suo subiecto quo ad partes quãtitatiuas sic ꝙ nõ est necessariũ aliquã illarũ aduenire suo subiecto partibiliter extensiue: setamẽ cõtingit per accidens ⁊ maxime de qualitate. quo autẽ ad partes intẽsiuas qualitas intensibilis ⁊ remissibilis ad quã est motus per se partibiliter aduenit in infinitũ aliter non esset verũ in qualitate ꝙ ante oẽ mutatũ eẽ est aliqđ mutari vel moueri.

Dubitatur quomodo ante omne mutatum esse generaliter sit aliquod moueri: quia licz illud habeat veritatẽ in motu locali ⁊ ad quãtitatem: ⁊ ad substantiã: quia non inducitur forma substãtialis: nisi per alterationẽ precedentẽ: neq3 corrumpitur nisi alteretur materia: vt habet primo de generatiõe. tamẽ illud nõ apparet veruz ĩ alijs mutationibus. quãdo enim aer primo illuminatur a sole. aut aliud corpus dyaphanũ a corpore luminoso illud mutatuz non precessit prius aliquod moueri: neq3 mutari: non etiam ante illud mutari ꝙ est pro illo instanti fuit aliquod mutatũ esse: ex quo mediũ cõtinue fuit sub priuatione. ¶ Item Aristote. ponit. 2. de anima sensuz pati ⁊ alterari. ⁊ in. 3. de anima idem ponit de intellectu: ⁊ tamen ante mutatũ esse prime sensationis non fuit aliquod mutari neq3 ante mutatuz esse prime intellectionis fuit aliqđ moueri vel mutari cum tam intellectus quã sensus ante primã ĩmutationẽ fuerit positus in potẽtia vt diffuse mõstrat a pħo ⁊ cõmẽtatore ĩ locis allegatis. ¶ Rñdet ꝙ nõ semp oportet ante omne mutatũ esse alicuius mutabilis precedere mutari eiusdez vel ecõtra: sed sufficit ꝙ eiusdẽ vel alterius iuxta doctrinam Auerroys in hoc sexto commento. 32. di. ꝙ illuminatio mediũ est finis motꝰ localis si enim aer subito illuminat a sole requirit necessario aliquis motus localis solis cuius illuminatio ẽ finis. ¶ De ĩmutationibus autẽ sensus ⁊ intellectus ẽ alia ratio cum iste mutationes sint intẽtionales ⁊ non sint pprie mutationes nec alterationes: vt testãtur phus ⁊ cõmẽtator. 2. ⁊. 3. de aĩa. loquitur igitur hic phus de mutationibus pprie dictis: que sunt mutationes reales ⁊ non intẽtionales. Et nõ obstante isto potest predici ꝙ quelibet istarũ presupponit motuz. ĩmutatio eni visus ꝓsupponit motuz localẽ visibilis aut palpebrarum: vel alterius pertinẽtis ad oculũ: auditio presupponit motuz localẽ tam in medio ꝙ in corporibus sonãtibus. ĩmutatio tactus presupponit motuz alterationis: s3 odoratio ⁊ gustatio ꝓsupponũt motũ localez ⁊ alterationis: ⁊ ita dicatur de intellectione ⁊ de alijs ĩmutabilibus interioribus ꝙ quelibet illarũ ꝓsupponit aliquẽ motuz: ⁊ si non in subiecto suo tamẽ in alio. Ideo absolute cõcedendũ est ꝙ ante omne mutatũ eẽ fuit aliquod mutari ⁊ ecõtra: sed nõ est absolute cõcedendũ quãdo ante omne mutatũ esse in aliquo subiecto fuit aliquod mutari vel ecõtra: neq3 absolute debz cõcedi ꝙ omne mutatũ mutabatur: ita ꝙ omne quod mutatur fuit mutatũ sed sufficit ꝙ in se vel in sua causa ad intentionez Aristo. (Manifestuz est igitur.) Quarta cõclusio. omne factuz prius fiebat ⁊ omne quod fit prius erat factum. istam cõclusioez Aristo. restringit dicens ꝙ nõ accipit fieri pro omni mutatione: sed tñ pro mutatione termini continui aut diuisibilis: neq3 accipit factuz pro toto: sed disiunctiz pro toto vel parte: quia non oportet vniuersaliter si aliquid fit quod ipsuz prius sit factum fm totuz vel secũdũ partem: quia forma substãtialis fit ⁊ prius non erat facta fm se totam: neq3 fm partem. lumen fit ⁊ tamẽ prius nõ erat factũ fm se totum: nec fm partez: neq3 oportet si aliquid fit factione que sit verus motus ꝙ ipsuz fm se totũ sit factũ quid: sed sufficit ꝙ sit factuz fm partez. Domus eni fit factione que est verus motus. s. localis: ⁊ tamẽ nõ est facta fm se totam: sed est facta fm partem ... secundũ fundamẽtũ. illud ergo qđ fit factione que non est motus nõ est factum fm se vel fm aliquid sui: ꝙ au

Tex. co. 4.

tem sit factione que est motus: ⁊ si non est factuz s3 totum: ipsuz tamē est factuz ꝑm partez. cōclusio igit̄ quā intendit phus est ista ꝙ in motibus terminoꝝ continuorum ⁊ diuisibilium omne factuz prius fiebat: ⁊ oē quod fit prius erat factuz ꝑm totuz vel ꝑm partē. Notanter dicit phus terminorū cōtinuorū vt icludat motum ad vbi: ⁊ motuz ad quātitatē: quoniā termini istoruz motuuz sunt cōtinui ⁊ per se diuisibiles in infinitū. subiūgit autem terminorū diuisibiliū. i. diuisibiliter acquisitorū per motuz vt includat omnē motū que ē ad qualitatē per se: vz calefactionē: frigefactionē: dealbationē ⁊ huiusmodi. caliditas enī frigiditas ⁊ albedo l3 non sint cōtinua ⁊ per se diuisibilia in infinitū diuisibilitate extensiua: tamē sunt diuisibilia in infinitū diuisibilitate intensiua ꝓpter quā diuisibilitatez huiꝰ forme successiue partibiliter intensiue acquirūtur per motum suis subiectis. Ista cōclusione restricta patet veritas eius ex determinatis. nam ex quo termini taliū factionuz sunt diuisibiles in infinitum: tales termini acqrūtur in toto tempore: ⁊ medietas in medietate temporis: ⁊ sic in infinituz. ideo ante omne mutatum esse fuit aliquod mutari: ⁊ ante quodcūqz mutari fuit aliquod mutatū esse: quapropter in talibus motibus omne factuz prius fiebat: ⁊ omne quod fit prius erat factuz ꝑm totuz vel s3 partez. omne eniz qd̄ est motū localr̄ mouebat̄ localr̄: ⁊ omne quod mouet̄ localr̄ prius erat motuz localr̄ ꝑm totuz vel ꝑm partez. omne eniz qd̄ est auctuz prius augebatur: ⁊ omne quod augetur prius erat auctuz ꝑm totuz vel ꝑm partez. Similiter omne quod est calefactuz prius calefiebat: ⁊ omne quod calefit prius erat calefactuz ꝑm totuz vel ꝑm partez. Consimiliter dicatur de corruptione vt opponitur factiōi: ꝙ in motibus cōtinuoꝝ ⁊ diuisibiliū omne corruptū prius corrūpebat̄: ⁊ omne quod corrūpitur priꝰ corruptum est ꝑm totuz vel ꝑm partez: ⁊ hoc ideo ratiōe diuisibilitatis terminorum in infinituz. si enim aliquid diminutū est illud prius diminuebatur: ⁊ si aliquid diminuatur illud prius diminutū est ꝑm se vel aliqd̄ sui. Etiaz si aliquid est remissuz in frigiditate illud priꝰ remittebatur: ⁊ si remittitur prius erat remissuz ꝑm se vel ꝑm partem. ⁊ sic cōsequēter dicat̄ in aliis. Te. li. (Manifestuz est igitur: quoniā ꝙ factuz est: est necesse fit priꝰ ⁊ ꝙ sit factū esse quecūqz diuisibilia ⁊ cōtinua sunt) terminoruz motuū nō tamē semp (ꝙ fit) prius erat factū ꝑm totuz (sed aliud aliquādo vt illius. aliud sicut domus fundamētuz: similiter autē ⁊ in eo ꝙ corrūpitur ⁊ ꝙ corruptuz est: mox eniz inest ei quod fit ⁊ ꝙ corrūpitur infinituz quoddā cuz sit continuuz ⁊ nō est: neqz fieri: neqz aliquid fit factuz prius: neqz factuz eē nisi aliquid fiat. Similiter autē ⁊ in corrumpi ⁊ corruptuz est semper erit ipso corrumpi corruptuz esse prius corrupto autez (prius erit esse corrumpi.) manifestuz est igitur: qz quod factuz est necesse est fieri prius: ⁊ ꝙ fit factum esse. omnis eniz magnitudo ⁊ omne tēpus semp diuisibilia sunt quare in quocunqz tēpore fit aliqd nō erit vtiqz factum in illo tempore (sicut in primo) quia nō dat̄ primū in tpe ꝓpter suā diuisibilitatē i īfinitū.

Notandum primo ꝑm cōmētatorez cōmēto. 59. ꝙ generatio quodāmodo nō est in magnitudine: sed differt: quia partes magnitudinis ex quibus generatur generatum sunt diuerse in specie ⁊ sunt in motu locali: ⁊ in augmēto eedez specie ⁊ diuerse numero Intendit cōmentator ꝙ generatio ⁊ motꝰ localis seu ad q̄titatē aliquo modo ꝯueniūt ⁊ aliquo mō differūt. cōueniūt enī: qz tam generatio quā motꝰ localis quā motꝰ ad quātitatem est in magnitudine. differūt aūt: qz partes magnitudinis in motu locali ⁊ in motu ad quātitatē sunt eedem specie. ⁊ differunt numero. naz magnitudo in motu locali dicit̄ esse linea vel superficies. cōstat autē oēs partes linee esse eiusdez rationis: ⁊ differre tm̄ numero. similiter omnes partes superficiei differunt numero: ⁊ sunt eiusdem speciei. magnitudo in motu ad quātitatē est corpus de predicamēto quātitatis cuius oēs partes indubie sunt eiusdez rationis ⁊ differunt tm̄ numero. In generatione vero partes magnitudinis aliquādo differūt spē. nā i gnātiōe aīaliū ⁊ plātaꝝ ꝑtes differūt spē: vz radices: frōdes: ⁊ folia: cor: epar: ⁊ cet. h'ꝯ.

Secundo notandū ꝑm cōmētatorē eodem commēto ꝙ generatio ē transmutatio de nō subiecto in subiectū: ⁊ corruptio ē transmutatio de subiecto in nō subiectū: ideo transmutatuz nō est idē in ea de inicio trāsmutationis vsqz ad finez: qz etiā neqz trāsmutatio est eiusdez speciei. nā motus generatiōis ⁊ corruptionis est cōpositus ex transmutatione in qualitate ⁊ trāsmutatione in substātia: ⁊ trāsmutatio que est in substātia nō est in tēpore. s. prouentus forme substātialis. Distinctio quā intēdit cōmētator est hec ꝙ duplex est generatio: videlicet simplex ⁊ cōposita. generatio simplex est subitus ꝓuentꝰ forme substātialis: ⁊ talis generatio nō ē in tēpore tanq̄ in mēsura. generatio cōposita est motus mixtus ex ꝓuentu forme substātialis ⁊ alteratiōe p̄cedēte: ⁊ huius gnātio mēsurat̄ tpe. Silr̄ duplex est corruptio: vz simplex ⁊ ꝯposita. corruptio simplex ē subita deperditio forme sub̄alis ⁊ h̄ nō ē in tpe: corruptio ꝯposita ē motus ex deperditione forme substātialis ⁊ alteratiōe p̄cedēte: ⁊ hāc corruptionē nemo dubitat eē in tpe: l3 igitur nō mēsuret̄ tpe: vz gnō ꝯposita nō ꝑ h̄ trāsmutatuz ꝑ illā trāsmutationē ē a priñ vsqz ad finē: qm̄ ipm trāsmutatū subito incipit esse ⁊ subito desinit esse: cum gnō simplex sit mutatio de nō eē ad esse: ⁊ corruptio simplex de esse ad nō esse. Et ex h̄ differt motus generatiōis ab aliis motibꝰ: qz l3 motꝰ gnātiōis sit i tpe sicut alij motꝰ: tn̄ i aliis motibꝰ manet idē sub3tā in actu q̄ in poᵃ a priñ vsqz ad finē: ⁊ ip3 trāsmutatū terminatiue ⁊ iā manet ꝑ totū motū s3 totū vel s3 ptē. i motu autē gnōnis ⁊ si manet idē subm in poᵃ a priñ vsqz ad finē . s. mā trāsmutata nō tn̄ manet idē sub3 in actu a priñ vsqz ad finē: neqz trāsmutatū terminatiue manet ꝑ totuz motū ꝑm se vel ꝑm partem.


Tertio notādum ꝑm cōmentatorez eodē cōmēto ꝙ motꝰ gnātiōis alicuiꝰ totiꝰ ē ꝯpositꝰ ex motibus ptiū gnālibus cōpositis ex mēbris diuersis: tō nō seqt̄ vt trāsmutatꝰ p̄cedēs i ea sit de spē trāsmutata posterioris: s3 de alia spē: l3 trāsmuꝰ sit eiusdē spēi. Istō cōmētū ē valde duᵐ. qm̄ si aīal cōponit̄ ex mēbris diuersarum spēꝝ: igit̄ motꝰ gnōnis totiꝰ aīalis cōponit̄ ex motibꝰ diuersaꝝ rōnū mēbroꝝ aīalis: igit̄ trāsmuꝰ nō ē eiusdē spēi si mēbra sint diuersaꝝ spēꝝ. ¶ Itē qlibz mutatio specificat̄ a termīo ad quē ꝑ phm. 5. huiꝰ. igit̄ ille gnatōes sūt diuersaꝝ spēꝝ q̄rū termini ad q̄s vadūt sūt diuersaꝝ spēꝝ s3 nō mēbroꝝ diuersaꝝ spēꝝ sunt t̄mini ad q̄s diuersaꝝ spēꝝ: vz ſbales ipoꝝ mēbroꝝ igitur ⁊c̄. Dicendum ꝑm commentatorem commento priori ꝙ in generatiōe composita sunt due transmutationes diuersarum specierum videlicz alteratio precedens et ipa generatio simplex terminans illam altera

tionem. Non ergo intendit commentator quamlibet transmutationem esse eiusdem rationis in generatione membrorum quia hoc est impossibile: sed intendit ꝙ licet membra successiue genita sint diuersarum specierũ tamen transmutatio ad illa membra sit est eiusdem speciei non quidẽ quelibet trãsmutatio sed aliqua. Epar enĩ ⁊ cor sunt diuersarum specierum: ⁊ tamen alique alterationes ad illa membra sunt eiusdem rationis: non quidem generationes horum membrorum sed calefactiones precedentes generationes illorum.

Notandũ quarto ſm commentatorem eodem commento (ꝙ generatio est tribus modis: aut generatio simplicium organicorum: aut complexionis ⁊ mixtionis.) Et ponit commentator differentiam inter has generatõnes dicens: ꝙ in generatione simplicium aut in generatione aque vel ignis illud quod est prius generatum est eiusdem speciei cum generato posteriori: licꝫ quandoqꝫ alterationes precedentes generationem substantie sint diuerse ſm speciem: quod quidem sic declaratur: Nam cũ generatur aer ex igne continue in generationibus numerorum alterationes sunt eiusdem rationis ex quo illa elemẽta sunt singularia. Si autem generatur aer ex igne ⁊ aqua quia hec sunt elementa dissimilia necesse est precedere alterationes diuersarum specierum videlicet calefactionem aque ⁊ humectationem ignis: in generatione autem organicorum videlicꝫ animalium ⁊ plãtarum primum genitum non est eiusmodi speciei cum posteriori genito: quoniam cor epar ⁊ cerebrum non sunt eiusdem speciei: neqꝫ caro ⁊ sanguis. Et cum generatur membrum post membrum: aut membrũ ex mẽbro videlicꝫ caro ex sanguine requiritur plus ꝙ vna alteratio ⁊ plus ꝙ vna qualitas ad hoc ꝙ fiat forma carnis ⁊ expellatur forma sanguinis inquit commentator sed in generatione mixti ⁊ complexionati ex elementis homogeni videlicꝫ lapidis auri argẽti primũ generatum est eiusmodi speciei cum generato posteriori sicut in simplicibus: sed requiritur dispositio alterationis diuersarum rationum ⁊ precipue quando generatur mixtum immediate ex elementis: ibi enim est necessaria alteratio omnium qualitatum primarum. ¶ Ex predictis inquit cõmentator ꝙ nec in motu generationis nec in motu corruptionis inuenitur primum naturaliter: ⁊ causa est: quia generatio ⁊ corruptio inueniũtur in magnitudine vel habente magnitudinem: ⁊ i magnitudine non est primum naturaliter. Et quod dictuꝫ est de generatione ⁊ corruptione intelligatur de motu in qualitate scilicet ꝙ ibi non est primum naturaliter: illud tamen contingit per accidens inquit commentator de substantia ⁊ qualitate: sed in motu ad vbi et ad quantitatem non inuenitur primum: ⁊ illud est per se.

Contra illud arguit cõmentator ꝙ habendo ꝙ in motu generationis sic accipere primum generatum naturaliter quoniam in corporibus dissimiliũ partium etiam inuenitur primum scilꝫ cor in animali: ⁊ in partibus similium partium etiã inuenitur primum scilicꝫ in carne ⁊ in igne quoniam quãtitas carnis est terminata cum ipsa ſm ꝙ caro non sit diuisibilis in infinitum. Respondet cõmentator ꝙ argumentum bene concludit ꝙ in motu generatõnis est dare primam partem generatam: sed non est dare primam partem generatõnis illius partis generate: quia generatio illius partis componitur ex alteratione et subita introductione forme substantialis. Constat autem ꝙ non datur prima pars alterationis precedẽtis generatõnem sicut etiam in animali datur prima pars generata videlicꝫ cor: sed nõ datur prima pars illius ꝑtis ꝓpter ɔtinuitatẽ ⁊ diuisibilitatẽ i infinitũ ꝗre ⁊c.

Sed dubitatur ɔtra motũ generatõis quẽ põit cõmentator: quoniam dato tali motu cõposito ex pũcto forme substantialis ⁊ alteratione precedente sequitur ꝙ aliqua est transmutatio que nõ est de contrario in contrarium: neqꝫ de cõtradictorio in cõtradictoriuꝫ sed de contrario in contradictorium contra determinationem philosophi quinto huius. ⁊ probatur consequentia: quoniam talis generatio composita est transmutatio ⁊ non est de contrario in contrarium: quoniam in transmutatione que est de contrario in contrariuꝫ potest manere idem subiectum in actu a principio vsqꝫ ad finem ſm philosophum ibidem: sed in tali transmutatione non potest manere idem transmutatum a principio ad finem ſm cõmentatorem hic: igitur ⁊c. Nõ est etiam illa transmutatio de contradictorio in contradictorium: quia nulla transmutatio de cõtradictorio in contradictorium mẽsuratur tempore ſm philosophũ in hoc sexto: illa autem transmutatur tempore ſm cõmentatorem hic cum includat motum alteratõnis successiue. Item sequitur ꝙ transmutationum diuersarum rationum idem est terminus ad quem per se primo cõtra philosophum quinto huius. ⁊ probatur consequẽtia quoniam generatio simplex ⁊ generatio composita sunt diuersarum rationum cum vna sit in tempore ⁊ alia in non tempore: ⁊ cuiuslibet illarum terminus ad quem primus ⁊ immediatus est forma substantialis que inducitur. ¶ Item sequitur ꝙ ad substantiam est per se motus contra determinationem philosophi quinto huius. ⁊ probatur consequentia: cuiuslibet mot⁹ est aliquis terminus per se: sed generatio composita est motus: igitur illius est aliquis terminus per se ⁊ nullus nisi substãtia ergo ⁊c. Itẽ sequit̃ ꝙ non oẽ quod mutat̃ aliq̃ motu interim dũ mouet̃ ẽ ꝑtim i termino a q̃ ⁊ ꝑtim in termino ad quẽ illi⁹ mot⁹ cui⁹ oppositũ ẽ determinatũ a pħo in hoc. 6. ⁊ ꝑtꝫ ɔñã: q̃m termin⁹ ad queꝫ talis mot⁹ nõ ẽ nisi in fine ſm se ⁊ q̃libet sui. Dicẽdũ ꝙ hec oĩa sũt ɔcedẽda de trãsmutatiõe cõposita seu de motu ɔcludẽte mutatiões diuersaꝝ rõnũ cuiusmodi ẽ gñãtio cõposita seu mot⁹ gñãtõis: sꝫ de tali motu vel mutatiõe nõ ẽ locut⁹ phs cũ nõ sit vere vn⁹ mot⁹ nec vna mutatio: locut⁹ ẽ aũt solũ de motib⁹ ⁊ mutatõib⁹ simplicib⁹ habẽtib⁹ verã vnitatẽ qualis nõ inuenit̃ i tali motu imo vel gñãtione composita.



Quoniaz aũt oẽ q̃d mouet̃ in tpe mouet̃.) Iste est secũd⁹ tractat⁹ hui⁹ sexti phoꝝ in q̃ phs determinat de finitate ⁊ infinitate motus ⁊ ɔcurrẽtiũ ad motuꝫ postꝙ de terminatione ⁊ de cõpositiõe et diuidit̃ diuisione mot⁹. Diuidit̃ tractatus iste in qtuor capitula: quoꝝ primũ facit q̃d dictũ est: secũdũ agit de finitate ⁊ infinitate status ⁊ quietis. ibi (Q̃m autẽ oĩe aut mouet̃ aut quiescit. tertium Tex. cõ. 60.

perscrutantur de finitate ⁊ infinitate variationis mobilis in motu. ibi (Quoniam autem omne quod mouetur) Quartum manifestat nullum alium motū a motu circulari posse infinitum esse. ibi (Ostensis autem his.) Primum capitulum diuiditur in sex conclusiōes quarum prima est ista: Impossibile est magnitudinem finitam pertransiri tempore infinito. Secunda: Impossibile est magnitudinem infinitam ptransiri tempe finito: ibi (eadē aūt ratio.) Tertia conclusio: Impossibile est mobile finitū pertransire spacium infinitum tēpore infinito. ibi (Demōstratis autem his.) Quarta conclusio est: Impossibile est mobile infinitū pertransire spacium finitū tempore finito. ibi (Quoniā autem finitū.) Quinta ꝯclusio ē: ipossibile ē mobile īfinitū ptransire spaciū infinitum tempe finito. ibi (At vero.) Sexta conclusio est: Impossibile est motum infinitum esse in tempe finito. ibi (Quoniā autem.) Unde quia ad motum cōcurrunt tria .s. spacium tempus ⁊ mobile: ideo prime due conclusiones determināt de finitate ⁊ infinitate spacij respectu temporis: vltime due pscrutantur de finitate ⁊ infinitate motus respectu temporis. Tertia ⁊ quarta vero cōsiderant de finitate ⁊ infinitate mobilis respectu spacij ⁊ temporis. ¶ Pro demōstratione prime conclusiōis aristoteles pmittit suppositiones tres: quarū prima est ista: ꝙ omne quod mouetur in tempe mouetur. Ista suppositio est demōstrata tractatu secūdo huius sexti. Secūda suppositio est: ꝙ in maiori tempe pertrāsitur maior magnitudo. Ista patet ex se: quoniā in toto tempe pertransitur tota magnitudo ⁊ in parte tempis pars magnitudinis. Constat autē totū esse maius sua parte. Tertia suppositio est: ꝙ ista cōclusio loquitur tantū de magnitudine nō reiterata per motum ⁊ causam assignat cōmentator dicens: vt phs se abstineat a motu celi quo pertransitur magnitudo finita tempe infinito nec mirum quoniam infinities reiterata est magnitudo celi per motum eius. Le. li. Quoniā aūt omne quod mouetur in tempe mouetur ⁊ in pluri) idest in maiori parte pertrāsitur (maior magnitudo in infinito tempe impossibile est moueri) idest pertransiri (magnitudinem finitā nō eandem semp) reiterando magnitudinē (⁊ illius aliquid) .s. ptē eius mobile (ꝙ mouetur sed in omni) idest in toto tēpore transeat (omnē) idest totam magnitudinē absq reiteratione pro totius vel partis.

Notandum ꝙ secunda suppositio ē sane intelligenda videlz de eodē mobili ⁊ de maiori ⁊ minori quorum vnum est pars alterius: quoniā possibile est ꝙ duo mobilia moueantur in duobus tempibus inequalibus quorū vnum est pars alterius ⁊ ꝙ in minori tempe vnum illorum mobilium pertranseat maiorē magnitudinem ꝙ reliquū in maiori. Possibile est etiā ꝙ idem mobile moueatur primo in vna hora pertranseundo pedale: deinde in vna die nō continente illam horā pertranseūdo tantum semipedale: ⁊ ita idem mobile minorem magnitudinē pertransibit in maiori tempore ꝙ in minori signato. Intelligit ergo phs ꝙ ab eodem mobili in maiori tempe pertrāsitur maior magnitudo ꝙ ī minori ꝙ est pars illius maioris: ⁊ hoc est necessariū: q͂ᷓ licz idem mobile maiorē transeat magnitudinē in hora ꝙ in die nō continente illam horam: tamen semper maiorem magnitudinē transit in die ꝙ in hora que est pars illius diei siue vniformiter siue difformiter moueatur: quoniā quicquid pertransitur in tempore pertrāsitur in toto ⁊ adhuc plus in toto ꝙ ī parte: quare ⁊c. (Quō quidē igitur.) Istis suppositionibus premissis philosophus arguit primā conclusionem sic: Impossibile est magnitudinē finitam pertransiri tempe infinito motu regulari: ⁊ impossibile est pertransire magnitudinem finitam tempe infinito motu irregulari: igitur impossibile est magnitudinem finitam pertransiri tempore infinito: patet consequentia: quia impossibile est aliquam pertransitōnem fieri que nō sit motus regularis vel irregularis: antecedens aristotiles probat: et primo primā partem: quia si nō stat igitur oppositū ꝙ magnitudo finita pertranseatur tempe infinito motu regulari: ⁊ accipiatur a pars totius magnitudinis ⁊ arguitur sic: A pars pertransitur in minori tempe ꝙ tota magnitudo per suppositionem secundā: igitur ptrāsitur tempore finito: patet consequentia quia nullū tēpus altero minus nisi sit finitum: tunc vltra maior ps pertransitur tempore finito quelibet pars equalis maiori pertransitur tempore finito: igitur quelibet pars equalis a pertransitur tempore finito: patet consequētia quia tota magnitudo pertransitur motu regulari per casum: sed totius magnitudinis nō sunt nisi partes finite equales nō cōmunicantes: igitur totius temporis nō sunt nisi partes equales nō cōmunicātes: patet consequentia quia ex partibus equalibus magnitudinis correspondent partes equales temporis: exq̄ motus est vniformis ⁊ regularis. Constat autem ex partibus finitis equalibus nō cōmunicantibus nō resultare aliquod totum infinitum sed finitum: ideo tempus pertransitionis totius magnitudinis est tantum finitum. Le. li. Quō quidem igitur si aliquid moueatur) equeuelociter ⁊ regulariter (necesse est finitum) spaciū (infinito) idest in tempore finito (moueri manifestum est accepta enim parte illius spacij) finiti (que mēsurabit totum) illud spacium (in equalibus temporibus ⁊ tantis) temporibus (ꝙ partes) sunt totius magnitudinis quando mobile (per totum) spacium (motum est quare quoniā he finite sunt ⁊ quantitate vnaqueq) finita est ⁊ (tot modis) idest tot partibus ipius temporis (omnes) partes dicte magnitudinis pertranseuntur (⁊ tempus vtiq erit) ⁊ finitum: nam in huius tempore mensurante totum motum (totius erit) tantū tēpus (ꝙtum est tempus quod est partis) idest quotiēs pars illa continetur in toto (multiplicatio) enī partiū temporis (sm multiplicatōnem partium magnitudinis erit.) Tex. cō. 60.

Notandum ꝙ philosophus capitulo secundo secundi tractat⁹ excludit vnum dubium quo quis posset repellere istā rationem dicens ꝙ pars magnitudinis pertransitur tempore infinito sicut tota magnitudo: ideo illa secunda suppositio nō fuit vera vniformiter sed solum ē intelligenda de tempore finito ad hunc intellectum ꝙ si a magnitudo ⁊ b pertranseuntur in temporibus finitis in maiori tempore pertransitur a magnitudo et in minori minor. Sed contra inquit aristotiles: In illius temporis infiniti aliqua est pars finita videlicz hora ī qua pertransitur pars magnitudinis: siue igitur tota magnitudo po[illegible] consumi per ablationem taliū partium sequitur ꝙ totum illud tempus potest consumi p ablationem talium partium finitarum equalium finities acceptarum ⁊ per consequens illud tempus est finitū. (Sed si nō.) Probat ergo prima pte antecedēns ꝙ īpossibile est magnitudinē finitā ptrāsiri tēpe infinito Tex. 61 cō.

motu regulari: hic consequenter phs probat secūdam partē antecedentis videlʒ: Impossibile ē magnitudinē finitam pertransiri tempore infinito motu irregulari quia si nō stet igitur oppositum vʒ ꝙ magnitudo finita pertransitur tempe infinito motu irregulari sic ꝙ mobile nō equevelociter sed difformiter moueatur. s. velocius in vna parte temporis ꝙ in alia sibi equali. ⁊ sit magnitudo a b ⁊ tempus infinitū c d tunc arguitur sic: Prius pertransitur vna pars magnitudinis ꝙ alia ⁊ in maioꝛi tempe pertrāsitur plus de magnitudine siue equevelociter siue nō equeuelociter mobile moueatur: siue intēditur motus siue remittatur: aut maneat continue vniformis aut non: igitur partibus finitis magnitudinis correspondēt partes finite temporis. Cū igitur magnitudo cōsumatur per tales partes equales numero ⁊ magnitudine opoꝛtet ꝙ tēpus in quo magnitudo ptransitur cōsideret per partes finitas numero ⁊ magnitudine siue ille partes sunt equales ꝓm magnitudinē siue inequales: ⁊ per cōsequēs tempus compositū ex his est tm̄ finitū. T e. li. Sed si nō sit equeuelociter motū) ipm mobile (differt nihil) .i. nō est cura. (Sit enī in quo a b spaciū finitū ꝙ motum) .i. pertransitum (sit in infinito tempe ⁊ tēpus infinitū sit in quo c d: si igitur necesse prius alterū altero motū esse) .i. prius vnā partē spacij esse pertrāsitā alia (Hoc est manifestū ꝙ tempis in priori est posterioꝛi parte alterꝫ motū est) .i. altera ⁊ altera pars spacij est pertrāsita: ⁊ quia partes spacij respōdēt partibus tempis semp in maioꝛi tempe pertrāsitur plus de spacio (semper enī in pluri) idest in maioꝛi tpe (alterum erit motū esse) idest per trāsitū esse maius (siue eq̄ uelociter mutet siue nō equeuelociter mutet ⁊ siue intendatur motus) siue remittatur siue maneat cōtinue vniformis (nihil minus) sequit̄ tempus totius pertransitionis finitū esse ⁊c. ❡ Forte posset ad istā rationē aliquis respōdere negans istā cōsequētiam prius ptransitur vna pars magnitudinis ꝙ alia ⁊ in maioꝛi tempoꝛe pertrāsitur prius de magnitudine: igit̄ partes pribus finitis magnitudinis correspondent partes finite tempis. Sed contra: Accipiatur vna pars magnitudinis a e mensurās totā magnitudinē sic ꝙ aliquotiens finities sumpta reddat totā magnitudinē a b: ⁊ quero vtrū a e pars magnitudinis erit pertransita in toto tēpore c d aut in parte eius nō in toto tempe c d quia non in eodē tempe adequate pertrāsitur enī in parte temporis: quero igitur de illa parte tempis vtrū sit finita vel infinita: nō potest dici ꝙ sit infinita qm̄ in maioꝛi tēpore pertrāsitur maioꝛ magnitudo: ergo tempus pertransitionis a b magnitudinis est maius ꝙ tempus ptransitionis a e partis: sed nullū infinitum est altero finito maius: igitur tempus in quo pertransitur a e pars magnitudinis est finitū: tūc arguitur sic: Tēpus pertransitionis a e est precise finitū siue mobile equeuelociter siue inequeuelociter moueatur: accipiatur igitur aliqua alia pars tanta precise ꝙta est a e ⁊ sequitur etiam tempus pertransitionis illius esse precise finitum: ⁊ sic de qualibet alia parte equali a e: arguatur igitur partibus infinitis totius magnitudinis correspōdent partes finite totius tempis ꝙ erat probandū. Sicut igitur a b magnitudo est finita quia cōponitur ex partibus finitis multitudine ⁊ magnitudine: nec est cura vtrum tales partes sint equales vel inequales: sufficit enī ꝙ q̄libet earum est finita magnitudine: ⁊ omēs simul sunt finite multitudine. Sicut enī a b magnitudo est finita: quia mensuratur vna parte eius ꝙtumcūqꝫ in ea assignentur partes finite equales vel inequales: sufficit enī ꝙ quelibet earum est finita magnitudine: ⁊ omnes simul sunt finite multitudine: sicut enī a b magnitudo est finita quia mensuratur in vna parte eius ꝙtumcūqꝫ in ea assignentur partes finite equales vel inequales: ita totum tempus c d est finitū: quia mensuratur vna parte eius ꝙtumcunqꝫ partes finite ei assignētur equales vel inequales. Ex his igitur est manifesta conclusio ꝙ impossibile est magnitudinē finitam pertransiri tēpore infinito cum illud nō sit possibile motu regulari aut irregulari. Et sicut argutū est de motu ita arguitur de quiete ⁊ generatione ⁊ corruptiōne: ꝙ impossibile est aliquam magnitudinē quiescere aut generari aut corrūpi tempoꝛe infinito: cum semper pars illius in tempore finito quiescat generetur aut corrumpatur modo ex partibus finitis magnitudine ⁊ multitudine nō resultat aliquod infinitum per carentiā extremoꝛum. T e. li. Accipiatur igitur aliquid a b spacij ꝙ sit a e ꝙ mensuret a b hoc itaqꝫ infiniti in quodā factum est tempoꝛe) idest hec pars est pertransita in quadam parte temporis infiniti tempoꝛe (infinito autem nō potest esse) pertransita a e: omē enim id est totum spaciū a b tempoꝛe (infinito est) pertrāsitum. (Et iterum si alterum) spacium (accipiamus) ipius a b (ꝙtum est a e necesse est infinito tempoꝛe esse) id est necesse est illam aliam partē esse pertransitam in tempe finito. (Omne enim) idest totum spaciū tempoꝛe (infinito) pertransitur (⁊ sic accipiens qm̄ infiniti quidē nulla pars est que mēsuret) opoꝛtet totū tempus esse finitum (impossibile enī infinitum esse ex finitis ⁊ equalibus ⁊ inequalibus propter id ꝙ illud quod mensuratur finita multitudine et magnitudine a quodā vno siue equalia ⁊ scribit ꝙ finita magnitudine) idest ꝓm magnitudinē (nihil minus mensuratur) vna mensura siue sint equalia siue inequalia (spacium autē a b) cum sit finitum (tantis) partibus temporis ꝙte sūt partes (que sunt a b mēsurant) et quia tales partes sunt finite sequitur ꝙ (in finito tempoꝛe) idest ꝙ in tempoꝛe finito (a b mouetur) idest pertransitur. (Similiter autē ⁊ in quiete quare neqꝫ fieri neqꝫ corrumpi possibile est semper ad vnum ⁊ idem) finitū in tempoꝛe infinito.

Notandū ꝙ cōmentatoꝛ commēto .61. soluit duo dubia quoꝛuʒ primum est istud: Videtur ꝙ nō prius moueatur vna ps moti ꝙ alia cum mobilis simul moueantur localiter omnes partes iuxta illud aristotelis. 5. Metaph. continuum est illud cuius motus est vnus. Secunduʒ dubium: Videtur ꝙ magnitudo finita quiescat tempoꝛe infinito quoniā elementū terre est magnitudo finita et quiescit toto tempoꝛe eterno infinito per aristotilem. 8 huius. ❡ Ad primum respondet cōmentatoꝛ dicens ꝙ duplex est subiectū motus videlicʒ intrinsecum ⁊ extrinsecum. Subiectum motus intrinsecum est indiuiduum predicamenti substantie differens motum. Subiectum extrinsecum est dispositio acquisita per motum: ⁊ sic in motu locali dr̄ subiectū spaciū qd̄ pertransitur: ⁊ in motu ad quantitatē ⁊ ipa quantitas que acquiritur: ⁊ in motu ad qualitatem qualitas que introducitur. Et quoniam quodlibet subiectū motus dicitur moueri: Ideo consequenter aliquid dicitur dupliciter moueri videlicʒ subiectiue ⁊ terminatiue. Illud mouetur subiectiue quod est subiectum intrinsecum scilicet dispositio acquisita per motum. Et est differentia inter ista duo mota inquit commentatoꝛ: Quoniam motum

ſubiectiue qđ eſt indiuiduū ꝑdicamenti ſubſtātie: ita ſe habet ꝙ nō mouetur vna pars quin quelibet moueatur in motu locali ⁊ in motu ad quantitatē. in motu autem ad qualitatē vel ad ſubſtantiā illud nō eſt neceſſariū: qm̄ in motu ad qualitatē ſepe cōtingit ꝙ ipſius alterabilis prius alterat̄ vna pars ꝙ̄ alia: ⁊ ipſius generabilis neceſſario vna ps prius generat̄ ꝙ̄ alia: vt patet in animali ⁊ in planta: ⁊ generaliter de q̄libet ſubſtantia homogena vel ⁊ homogena gn̄abili ⁊ corruptibili cōpoſita ex pluribus minimis naturalib⁹. Sed in motu terminatiuo neceſſe eſt tā in motu locali ꝙ̄ augmētatōis, ꝙ vna ps prius moueat̄ ꝙ̄ alia. i. prius acquiratur ꝙ̄ alia: ⁊ idē eſt in motu alteratōis quo ad ptes intēſiuas. in motu aūt generatōis dat̄ pars primo genita anteꝙ̄ nulla alia generat̄: ⁊ illa prius mouetur ideſt prius generat̄ ꝙ̄ aliqua alia poſterior: vt patz d̄ corde in animali. Dicendū igitur ad dubiū ꝙ cum philoſophus dicit motū vnā partem prius moueri ꝙ̄ aliā nō loquitur de motu ſubiectiue ꝙ eſt ſubiectū intrinſecum motus: ſed loquit̄ de motu terminatiue ꝙ eſt diſpoſitio motus localis acquiſita per motū ⁊ indubie talis motū vna pars prius mouet̄ ꝙ̄ alia. i. ſpacij pertranſiti vel pertrāſeundi vna pars prius pertranſitur ꝙ̄ alia. ¶ Ad ſecundū reſpondet cōmētator ꝙ intentio ariſtotelis eſt ꝙ ſicut impoſſibile eſt motū finitum eſſe in tempore infinito: ita impoſſibile eſt quietē finitā eſſe in tempore infinito. Nam quies eſt priuatio mot⁹ qui innatus eſt exiſtere in quieſcente: ⁊ ideo ſi motus finitus nō poteſt eſſe in tempe infinito: nec quies finita poteſt eſſe in tempe infinito. Similiter quia generatio ⁊ corruptio ſunt tranſmutationes finite inquit cōmentator quarꝫ vtraqꝫ eſt inter duos terminos: ⁊ omnis tranſmutatio ē in tempe finito: ideo nec generatio nec corruptio eſt in tempore finito. Sed quia hec magis pertinent ad ſextā cōcluſionē huius capituli ⁊ ad capitulum vltimū huius libri ꝙ̄ ad cōcluſionē preſentem: ideo dico ꝙ ariſtotiles cōſequēter loquēdo intendit ꝙ magnitudo finita nō poteſt quieſcere nec generari nec corrūpi in tempe infinito: ꝙ nō poſſit generari nec corrumpi tempe infinito manifeſtuz eſt: quoniā quelibet talis cōponitur tn̄ ex minimis finitis quorꝫ quodlibet generatur in tempe finito ⁊ corrumpitur tempe finito: accipiēdo generationē ⁊ corruptionē vt includūt alterationē precedentē. Sed de quiete eſt difficultas quoniam magnitudo finita terre quieſcit toto tempe infinito mundi. Ideo dicitur ꝙ ariſtotiles nō accipit hic quietem vt opponitur motui ſimpliciter neqꝫ vt opponitur motui locali: ſed vt opponit̄ pertrāſitioni paſſiue. Cōſtat aūt ꝙ terra nō ſic quieſcit: quia tūc nō pertranſiretur tempe infinito abſqꝫ reiteratione quorꝫ quodlibet eſt falſum: ex quo eñ celum ſemper mouetur: terra ſemper pertranſitur: vt videbitur ca°. 3°. huius tractatus. Nō etiā poteſt pertranſiri tempe infinito abſqꝫ reiteratione ſed cum infinitis reiterationibus: ſicut etiā infinities reiteratur motus celi in magnitudine corporis celeſtis. Item loquēdo de quiete vt opponitur motui ſic nō maiori tempe quieſcit tota terra ꝙ̄ pars eius. loquēdo de quiete oppoſita pertrāſitioni paſſiue: ſic ipſa quieſceret maiori tempore ꝙ̄ aliqua pars eius: dato ꝙ a nullo pertranſiretur: quoniā in caſu illo ipſa poſſet pertranſiri in maiori tempe ꝙ̄ pars eius: propterea magnitudo finita nō poſſet quieſcere tempe infinito quiete oppoſita pertranſitioni paſſiue: quoniā cum ipſa ī maiori tempe quieſcat ꝙ̄ aliqua pars eius. Quelibet eñ pars quieſcat in tempe finito ſed ex finitis partibus magnitudine ⁊ multitudine non reſultat infinitū ergo ⁊c. (Eadem aūt ratio.) Secūda cōcluſio ⁊ eſt cōuerſa precedentis: Impoſſibile eſt magnitudinē infinitā pertranſiri tempe finito. Iſta cōcluſio ꝓbatur ſicut ꝑcedens: ſiue mobile moueatur motu regulari ſiue irregulari. Accipiatur eñ aliqua pars tempis finiti menſurans totū illud tempus: ⁊ aliqua pars magnitudinis que pertranſitur illo tempe: ⁊ patet iſtā partē magnitudinis eſſe finitā: quoniā cum illa pertrāſeatur in minori tēpore ꝙ̄ tota magnitudo: oportet illā eſſe minorē tota magnitudine quod nō cōtingit niſi ſit finita. Deinde accipiatur alia pars tempis tanta ſicut prima ⁊ ſequit̄ ī ea pertranſiri partē magnitudinis tn̄ finitam: igitur partibus equalibus tempis correſpōdēt partes finite magnitudinis pertranſeundo tam magnitudine ꝙ̄ multitudīe: ⁊ per cōſequēs tota magnitudo ē finita vt arguatur ſic: Om̄e quod cōſumitur per acceptionē partium finitarū finities ſumptarū eſt finitū: ſed magnitudo ſignata cōſumitur per acceptionē partium finitarū finities ſumptaruꝫ: igitur magnitudo ſignata eſt finita: patet ꝯſequentia cum maiori: minor aūt eſt probata: qm̄ tempus conſumitur per acceptionē partium finitarum finities ſumptarꝫ: ſed partibus equalibus tempis correſpondēt partes finite magnitudinis tā materialiter ꝙ̄ extenſiue ergo ⁊c. Le. li. Eadē aūt ratio) ſit (⁊ ꝙ neqꝫ infinito tempe) ideſt in tempe finito (infinitum) ſpaciū (finitū eſt moueri poſſibile) ideſt pertrāſiri (neqꝫ quieſcere ꝙ regulariter mouetur neqꝫ ꝙ irregulariter: accepta eñ quadā parte) tempis finiti (que metietur) ideſt menſurabit (totū tempus in hoc) tempe partiali mobile (aliquid tn̄) ideſt aliquā partē (magnitudinis trāſibit ⁊ nō totaliter: in om̄i eñ) ideſt in toto tempe (totam) magnitudinē pertrāſibit (⁊ iterū in equali parte) temporis (aliam) partē magnitudinis finitā pertranſibit (⁊ in vnoquoqꝫ) ideſt in vtraqꝫ parte tempis (ſimiliter) pertrāſibit partē finitā magnitudinis (ſiue eq̄lis erit ſiue inequalis ei que eſt a principio. Differt eñ nihil ſi ſolum) ideſt dūmodo (ſit finita vnaqueqꝫ) ps magnitudinis pertrāſita in parte tempis (manifeſtum eñ ꝙ diuiſo tempe) in partes finitas: ſpacium (infinitum nō auferetur finita ablatione facta) a magnitudine facta (⁊ ꝙ̄to) exiſtente tempe oportet magnitudinē eſſe tantā (eo ꝙ tot modiſ) diuiditur magnitudo quot modis diuiditur temp⁹ quare nō tranſibit aliquod mobile (infinito tempe) ideſt in tempe finito (infinitū) ſpacium. Et addit: (Nihil autem differt ⁊ magnitudinem in altera) tantū parte (aūt in vtraqꝫ eſſe infinitā) ſiue eñ magnitudo ſit infinita ſm̄ vtrāqꝫ partem ſiue ſm̄ vnam tantum (eadem eñ ratio erit) que continue demonſtrabitur magnitudinē infinitam nō poſſe tranſiri tempore finito.

Notandum ꝙ iſta ratio differt a priori: qm̄ in priori ratione demonſtrabatur finitas tempis ex finitate magnitudinis per diuiſionē magnitudinis. in hac vero demonſtratur finitas magnitudinis ex finitate tempis per diuiſionē tempis. Et ſi dicitur ꝙ partibus finitis equalibus temporis correſpondent partes magnitudinis finite materialiter ⁊ īfinite extēſiue ſtatim recurrat̄ ad diuiſionē magnitudinis: accipiēdo vnā partē finitā q̄ indubie erit pertrāſita in tempore finito. Accipiatur iterū alia equalis illi que pertranſietur in tempore finito et ſic cōſequēter vſqꝫ quo totū tempus ſupius ſignatum

Tex. cō. 61.

fuerit consumatum: et patet ꝙ temporibus finitis ex quibus fit vnũ tempus finitũ correspondẽt partes magnitudinis finite materialiter ⁊ extensiue ex quibus fit tantũ magnitudo finita.

Dubitatur quoniã dicit philosophus ꝙ idẽ sequitur siue mobile regulariter siue irregulariter moueat̃ siue motus intendatur siue remittat̃ siue vniformis cõtineat̃ qm̃ cũ omne tẽpus sit diuisibile in infinitũ sicut ⁊ quelibet magnitudo accipiat̃ a tempe finitũ diuisum in partes ꝓportionabiles infinitas in quarũ qualibet pertranseatur vnũ pedale spacij per augmentũ velocitatis ⁊ intensionẽ motus aut diuidatur b magnitudo finita in partes ꝓportionabiles finitas pertrãseundo quãlibet illarũ in vna hora per augmentũ tarditatis ⁊ in remissionẽ motus in infinitũ. Et constat in primo casu magnitudinẽ infinitã pertransiri tẽpore finito: in secundo vero casu magnitudinẽ finitã pertransiri tẽpore infinito. Respõdetur ꝙ isti casus sunt imaginabiles sed nõ possibiles naturaliter: quoniã aliqua est ita parua pars magnitudinis quã in pertrãseundo nullũ agens naturale posset occupare vnã horã: imo nec millesimã partẽ eius: ⁊ aliqua est ita parua pars tẽporis que naturaliter nõ posset mẽsurare motũ pedalis magnitudinis nec millesime partis eius. Dicerent tamen logici ꝙ infinita magnitudo potest pertransiri tempore finito: sed nõ est possibile ꝙ infinita magnitudo pertranseat̃ tempore finito: ⁊ ꝙ in qualibet parte proportionabili temporis finiti potest pertransiri vnũ pedale: nõ tamen est possibile ꝙ in qualibet parte proportionabili tẽporis finiti potest pertransiri vnum pedale nõ tamẽ est possibile ꝙ in q̃libet parte ꝓportionabili alic⁹ tpis ptranseatur vnũ pedale: ⁊ sic de multis que sunt ꝑ

Tex. 63cõ. ter consimilem naturalem. (Demõstratis autẽ.) Tertia conclusio: Impossibile est mobile finitum pertransire spaciũ infinitũ in tempore finito. Ista conclusio sequitur ex priori: qm̃ si impossibile est magnitudinẽ infinitam pertransiri in tempe finito: impossibile est mobile finitũ pertrãsire spaciũ infinitũ in tempe finito: tamẽ ex opposito sequitur oppositum: arguit̃ tamẽ sicut in precedenti conclusione: si tẽpus sit finitum diuidat̃ in partes equales finitas ⁊ constat in qualibet illarum partium pertransiri partem spacij tantũ finitam. Cum ergo tempus consumatur per acceptiõnem talium partium equalium finitarum numero ⁊ magnitudine sequitur ꝙ spacium possit consumi per acceptiõnem talium partium finitarum quãtitate ⁊ numero: sed omne tale est finitum igitur spacium est finitũ: nõ igitur mobile finitum in tempe finito pertransit spacium infinitum. Te. li. Demõstratis autem his manifestũ est ꝙ nec finitũ) mobile (magnitudinẽ infinitam contingit transire in finito tempore propter eandẽ causam. in parte eñ tempris finitum) spaciũ pertransibit (et in vtroqꝫ) idest et in vnaquaqꝫ parte tempis (similiter) transibit spaciũ finitum quare (in omni) idest in toto tempe finitum spa

Te. 64. cium transibit. (Quoniã aũt.) Quarta conclusio: Impossibile est mobile infinitum pertransire spacium finitum in tempore finito. Istam conclusionem sic arguit philosophus. Si mobile infinitum pertransit spaciũ finitum in tempore finito mobile finitum pertrãsit spacium finitum in tempore finito. Ista consequẽtia ẽ bona cõsequens est impossibile per tertiã conclusionem ergo ⁊ antecedens. ꝙ consequentia sit bona arguitur: quoniã si aliquod mobile mouebatur super aliquod spacium nõ solum mobile pertransit illud spaciũ: sed etiam contra spacium pertransit mobile: quoniã sicut mobile tangit omes partes spacij ⁊ mẽsurat illud. ita spacium tangit omes partes mobiles ⁊ mensurat ipsum mobile: ⁊ per consequens ratione cõmensurationis potest vocari spacium ⁊ spaciũ mobile: igitur mobile finitum pertransit spacium infinitum in tempore finito si mobile infinitum pertransit spaciũ finitum in tẽpore finito: quod erat probandum. ¶ Sed philosophus exemplariter arguit dicens: Ponatur ꝙ mobile infinitum sit a ⁊ spacium finitũ b ⁊ c d pars mobilis infiniti tm̃ q̃tum est b spaciũ: ⁊ patet ꝙ c d pars a mobilis infiniti mouebitur super b spacio ⁊ mensurabit̃ ab illo spacio ⁊ alia pars iterum tanta mouebitur super eodem spacio ⁊ mensurabitur ab illo: ⁊ sic in infinitum et per consequens a mensurabitur ab ipso b: sed quelibet mensura mensurans aliquid per replicatiõẽ partium mensurati dicitur pertransire illud mensuratũ igitur b pertransibit a: sed b est finitum ⁊ tempus finitum ⁊ a infinitum igitur ⁊c. Te. li. Quoniam autem finitum mobile nõ transibit infinitum spacium infinito tempore) idest in tempore finito (manifestum est hoc) idest per eandem rationem (ꝙ neqꝫ infinitũ) mobile pertransibit (finitum spacium) in tempore finito. (Si nanqꝫ infinitum) mobile (finitum) spacium transibit (necesse est ⁊ finitum) mobile spacium (infinitum) transire. (Nihil eñ differt quodlibet) idest quodcũqꝫ mobile (esse ꝙ mouetur. vtrobiqꝫ eñ finitum trãsibit infinitum. Cum eñ moueatur infinitum) mobile (in quo) a erit aliquid ipsus videlicꝫ aliqua pars a (sm̃ b spacium finitum c d ⁊ iterum aliud ⁊ aliud) idest alia et alia pars a mouebitur super b (⁊ semper sic) in infinitũ (quare simul accipit finituꝫ mobile motũ) idest pertransitum esse (per finitum) spacium (⁊ finitum) mobile cõsequenter (transire in infinitum) spacium in tempore finito. ¶ Forte posset aliquis instare cõtra philosophum sic: Omne pertransiens mouetur: sed parte spacium quiescens pertransit mobile: igitur aliquod quiescens mouetur. Respondet philosoph⁹ ꝙ non est possibile infinitũ pertrãsire finitũ nisi finitũ ptrãseat infinitum. Sed ꝙ finitum pertranseat infinitum contingit dupliciter: aut pertransitione motionis ꝙ finitum moueatur super infinitum: aut pertransitione mensurationis sic ꝙ finitum mensuret infinitum. primũ ẽ impossibile spacio quiescẽte: sed secũdũ est necessariũ dato ꝙ mobile infinitũ pertrãseat spaciũ finitũ: nõ igitur incõuenit quiescẽs pertrãsire pertrãsitiõe mẽsurationis: sed est inconueniẽs quiescẽs pertrãsire ptrãsitiõe motionis. Te. li. Neqꝫ eñ fortassis possibile est aliter infinitum mutare) idest trãsire finitum (ꝙ ꝙ finitum transeat infinitum aũt ita ꝙ feratur finitum supra infinitũ: aut metiatur) ⁊ mensurat finitum ipsum infinitum. (quare quoniam hoc impossibile est) s. ꝙ finitũ transeat infinitum (nõ transibit infinitum finitum.

Notandũ ꝙ si finitum potest transire infinitum transitione mensurationis etiam potest transire infinitum transitione motionis: quoniam sicut ipsius infiniti infinite partes equales non communicantes transeunt ipsum finitum: ita idem finitum motum posset omnes illas partes non communicantes infinitas pertransire. Sicut enim illas mensurat in quiescendo: ita easdem posset mensurare in motu currendo super illas: igitur illud quod est mobile posset fieri spacium ⁊ quod

est spacium posset fieri mobile: et per consequens si mo
bile infinitum potest pertrãsire spacium finitum in tem
Contra predicta arguitur primo φ mobile dum mouetur in aliquo tēpore ꝑm se per totum illud tempus aut per partem est sub eadem dispositione primo. qm̄ celū mouetur localiter τ mouet per totum tēpus sub eadem dispositiōe primo. cum nunq̄ variet situm neq3 locum in motu alterationis: idem ostenditur qm̄ si aliq̄d acq̄rat vniuersaliter caliditatem vt octo in hora totum acquisitū in prima medietate hore manet in secunda medietate ꝑm se τ quodlibet sui: igitur alterabile in secunda medietate manet sub illa dispositione primo que est acquisita in prima medietate. Si etiam vnius corporis vna medietas esset calida τ reliqua frigida τ pars frigida condensaretur per horam illud mobile continue fieret calidius et calidius igitur mouetur motu calefactionis: τ tamen in toto tempore maneret sub eadē dispositione primo. vz sub caliditate eadem oīno a principio vsq3 ad finem. Item arguitur in motu augmētationis τ diminutionis: qm̄ in augmentatione ppriē dicta quātitas acquisita in vna parte temporis manet in alia parte ꝑm se: τ quodlibz sui: igit mobile tunc ē sub eadem dispositione primo: in augmentatione vō improprie dicta que est rarefactio patet eādem q̄titatem numero manere per totum tempus absq3 acquisitione vel deperditione partis sue. igitur in tali motu cōtinue manet mobile sub eadem dispositione primo.

Secundo arguitur specialiter de motu locali φ illud φ mouetur localiter continue est in loco sibi equali τ non maiori quoniam in motu circulari hoc manifestum est de qualibz sphera celesti preter supremam que continue manet in eodem loco numero sibi equali: videlicet in superficie concaua orbis continentis in motu autem recto illud declaratur de aqua mota in vase descendente vel ascēdente τ de mobili moto super aliq̄d spacium continue motum cum illo. ¶ Deinde philosophus ponit quarto huius φ locus est equalis locato τ non maior: nec minor: igitur mobile in toto tempore est in loco sibi equali τ non in loco maiori vt videtur innuere philosophus τ cōmentator. ¶ Ad primū dicitur φ celum aliquo modo mouetur τ aliquo modo quiescit modo quidem secundū formam τ quiescit ꝑm subiectum eo modo quo mouetur cōtinue est sub alia τ alia dispositione vt videbitur in fine huius capituli: eo autez modo quo quiescit manet continue sub eadem dispositione nunq̄ varians locum nec situm. ¶ Cum arguit de motu alterationis argumentum nō vadit contra intentionem Aristo. quia non dicit philosophus φ mobile dum mouetur nunq̄ sit sub eadem dispositione primo secundū quā fit motus modo totus motus fit secundū totam dispositionem τ medietas motus fit ꝑz totam dispositionem τ medietas motus fit secundum medietatem dispositionis τ generaliter cuilibet pti motus correspondet sua partialis dispositio ꝑm quam fit motus ille: igitur alteratum manet in secūda medietate hore sub tota dispositione prime medietatis non tamen in eadem medietate manet sub eadem dispositiōne prima ꝑm quā fit motus secūde medietatis. Et cum instatur de calefactione proueniente ex condensatione partis frigide patet φ ille motus est calefactio per accidens τ sic consequēter caliditas non est dispositio ꝑm quā fit ille motus sed densitas aut vbi. ¶ Cō similiter respondetur ad rationem factam de motu augmentationis videlicet φ in augmētatione ppriē dicta q̄titas acquisita in prima parte temporis non est dispositio ꝑz quā est motus secūde partis temporis: in augmētatione vero improprie dicta nulla q̄titas est dispositio secundū quā fit rarefactio: sed tm̄ extensio: aut vbi constat autem in rarefactione cōtinue variari tam vbi q̄ extensionem. ¶ Ad ꝑm dicitur φ per locū in proposito possumus intelligere superficiem ambientem locatum τ talis est equalis locato ꝑm longitudinem τ latitudinem si fuerit locus ppinquus: si autem cōmunis erit maior ꝑm ambas dimensiones: possumus intelligere situm in quo est mobile τ huius situs est equalis mobili ꝑm tres dimensiones: si fuerit situs proprius eius possumus iterū intelligere per locum ipsius spacium per φ vel supra φ fit motus τ istud dicitur equale locato tantum secundum partes se tangentes τ se cōmensurantes. τ est maius locato. si secundum aliquas partes mensuretur partibus locati: τ secundū aliquas non commensuretur: dico igitur φ mobile dum mouetur cōtinue est in loco sibi equali τ in maiori loco aut omnibus istis modis aut aliquo istorum modorum mobile enim motum motu recto continue dum mouetur est in instanti τ in quolibet instanti habet locū eq̄lem sibi tam superficialem q̄ situalē q̄ spaciosum: mobile etiam motu recto continue dum mouetur est in aliqua parte temporis in qualibet autem parte temporis mensurantis motum τ si mobile nō est in aliquo vno loco superficiali maiori settamē est in loco situali τ spacioso maiori: sed deo mobile continue dum mouetur motu recto est in loco sibi equali τ in loco maiori sec

In instanti est in loco sibi equali: in tempore est in loco maiori se. ¶ Et cum arguitur de motu circulari dico quod Aristo. loquitur de mobili moto secundum formam et secundum subiectum corpora celestia mouentur secundum formam et non secundum subiectum: tamen quia partes celi mouentur tam secundum formam quam secundum subiectum: ideo tales partes continue sunt in loco maiori se. Unde pedale celi in qualibet parte temporis est in maiori situ quam sit pedale: et in maiori spacio quam sit pedale: ex quo enim pro quolibet instanti occupat situm pedalem et spacium magnitudinis pedale in qua vel supra quam aut circa quam mouetur oportet quod in quolibet tempore occupat plus quam pedale tam situs quam spacii. ¶ Cum vero arguitur de motu recto dico quod licet mobile sit continue in eodem loco proprio superficiali: aut in eodem loco proprio spacioso tamen continue variat situm, ideo quocumque tempore dato mobili signatum est in maiori loco, videlicet in toto vel situ descripto in tempore illo ad Aristo. autem dicentem quod locus est equalis locato. dico quod loquebatur de loco mensurato locatum per instans et non per tempus et de loco tantum quod est vltimum corporis continentis.

Tex. co. 77.



Quattuor autem sunt. Ista est secunda pars huius capituli in qua Aristo. soluit rationes zenonis negantis omnem motum et mutationem postquam in priori parte dedit fundamenta destruendi illas. vnde duplex est motus videlicet ad vbi et ad formam et motus iterum ad vbi iterum est duplex scilicet rectus et circularis negauit igitur zeno omnem motum tam ad formam quam ad vbi tam motum circularem quam motum rectum. Ideo in hac parte philosophus tria facit. Primo quidem soluit rationes zenonis per quas negabat motum localem rectum. Secundo soluit rationem per quam negabat motum ad formam ibi (neque igitur.) Tertio soluit rationem eius per quam negabat motum circularem ibi. Item in circulo. ¶ Quantum ad primum philosophus soluit quattuor rationes zenonis de motu locali recto. quarum prima est antiqua et superius recitata in hoc sexto: arguebat enim sic. si aliquod mobile moueatur super aliquod spacium vel per aliquod spacium prius pertransit medietatem spacii quam totum spacium et prius pertransit medietatem prime medietatis quam illam medietatem: et sic in infinitum igitur in tempore finito aliquod mobile pertransiret infinita quod est impossibile. Le. li. (Quattuor autem sunt rationes de motu) locali recto zenonis habentes difficultatem soluentibus: idest volentibus eas soluere (prima quidem de eo quod non mouetur propter hoc quod prius in medium oportet accedere quod fertur quam ad finem de qua diuisimus in prioribus rationibus) idest quam prius soluimus per diuisionem seu per distinctionem.

Notandum quod philosophus tertio huius posuit hanc distinctionem de infinito quod duplex est infinitum videlicet in actu et in potentia. et sexto huius dedit aliam dicens quod aliquid potest dici infinitum dupliciter scilicet secundum extensionem et secundum diuisionem: et per has distinctiones soluebatur ratio zenonis dicendo quod non est inconueniens in tempore finito pertransire spacium infinitum secundum diuisionem: quoniam ipsum tempus est etiam infinitum secundum diuisionem: sed est inconueniens in tempore finito pertransire spacium infinitum secundum extensionem: vt est ostensum primo capitulo huius tractatus: non etiam est inconueniens pertransire spacia infinita in potentia in tempore finito: sed esset inconueniens pertransire infinita spacia in actu in tempore finito: quoniam si pertransirentur infinita spacia in actu darentur infinita mutata esse in actu: cum ergo mutatum esse in actu sit vltimum mutatum esse motus non copulans partes motus inuicem darentur infinita mutata esse infinitorum motuum non facientium vnum motum continuum: constat autem tales motus infinitos totalis non posse fieri in aliquo tempore finito: sed necessario in tempore infinito. (Secunda autem ratio secunda zenonis vocata achilles propter suam difficultatem erat ista: si contingeret aliquid moueri motu recto sequeretur istud inconueniens quod duo sunt mobilia que simul mouentur. vnum velocissimum et reliquum tardissimum et tamen mouens velocissimum deducto omni impedimento numquam attingere poterit mouens tardissimum quod istud sit inconueniens et contra experientiam: manifestum est quoniam tunc equus non posset attingere testudinem cuius oppositum experimetur: et quod illud sequatur arguitur ponendo quod mobile tardum prius inceperit moueri quam velocissimum sicut quod pro hoc instanti ipsum excedat per pedale currat tamen velocissimum post tardissimum quantum potest et patet quod mobile velox antequam venerit ad locum in quo est mobile tardum erit per aliquod spacium vltra illum locum et iterum antequam veniet mobile velox ad secundum locum mobilis tardioris illud mobile tardius erit vltra illum locum: et sic consequenter ex quo mobile tardum non quiescit durante motu mobilis velocioris: vt ponitur in casu. Le. li. (Secunda autem vocata achilles: idest fortis et victibilis est) hic quod tardius mobile numquam iungentur currens a velocissimo ante enim necesse est ire per sequens construe sic necesse est per sequens: idest motum velocissime continue ire ante locum (vnde mouit seipsum fugiens scilicet motum tardissime (quare semper aliquid habere) ô spacio vltra mobile velocissimum) necesse est tardius quod mouet

Notandum quod diuisio continui in infinitum secundum partes proportionales potest dupliciter fieri scilicet versus finem et versus principium: verbi gratia sit. a. b. vna linea pedalis quantitatis cuius principium sit. a. et finis. b. potest igitur fieri diuisio sic quod prima pars proportionalis sit prima medietas videlicet incipiens ab a. et prima medietas secunde medietatis sit secunda pars proportionalis: et sic in infinitum versus. b. econtra etiam potest fieri diuisio quod prima pars proportionalis sit secunda medietas et secunda pars proportionalis sit secunda medietas et secunda pars proportionalis sit secunda medietas prime medietatis et sic in infinitum versus. a. processit ergo prima ratio zenonis per diuisionem magnitudinis in infinitum versus principium di. si aliquod mobile debet pertransi

ret aliquod spacium: oportet ꝙ prius pertranseat primam medietatem ꝙ̄ totam ⁊ prius primam medietatem illius medietatis ꝙ̄ illam totam medietatem ⁊ sic in infinitum versus principium spacij vbi incipit motus: sed secunda ratio procedit per diuisionem magnitudinis in infinitum versus finem credens ꝙ quando mobile velocissimum est in fine proprie partis ꝓportionalis mobile tardissimum sit in fine secunde partis proportionalis: ⁊ quando mobile velocissimū est in fine secunde proportionalis partis mobile tardissimum sit in fine tertie partis proportionalis: ⁊ sic in infinitū versus finem spacij vbi terminatur motus sic procedēdo patet mobile velocissimum nunꝙ̄ attingere mobile
Tex. co. 79. tardissimum. (Est autem hic) Istam rationem Aristo. soluit ⁊ primo quidem comparat eam ad precedentē rationem di. ꝙ hec ratio est quodāmodo eadem cum priori: quia vtraqꝫ procedit ex diuisione magnitudinis in infinitum ⁊ vtraqꝫ intendit nullū mobile posse venire ad finem magnitudinis propter infinitatem spaciorū: sed in hoc differt ista ratio a priori quia prima arguebat diuidendo spacium in duo media: scilicet totum spacium in duas medietates ⁊ iterum primam medietatem in duas medietates ⁊ iterum primam medietatem prime medietatis diuidebat in duas medietates ⁊ sic in infinitum versus principium spacij. ¶ Secunda autem ratio diuidit magnitudinem secundum proportionem velocissimi ad tardissimum in velocitate ⁊ tarditate per partes infinitas versus finē siue iste partes assignentur per medietatem siue per maius siue per minus: potest enim accipi prima medietas pro prima parte proportionali ⁊ indifferenter aliqua alia pars minor aut maior prima medietate potest consimiliter accipi pro prima parte proportionali. ¶ Non differt igitur hec secunda ratio a prima in re: sed tantū in verbo quia hec secunda ratio dicta est cum quadam tragedia que non facit ad diffinitatem: sed tantum ad ornatum verborum ⁊ ad magnificandum opinionem: commentator autem dicit ꝙ differentia est in cōsequēte quia aliud inconueniens concluditur in vna ⁊ aliud in alia: in prima enim concluditur ꝙ in tempore finito pertransitur spacium infinitum: ⁊ in secunda ꝙ currens velocissimum nō potest attingere tardissimum. Le. lit. (Est autem hec eadem ratio) cum priori procedente (in decidendo in duo) diuidente spaciū in duo media (differt autem hec) ab illa (in diuidendo non in duo media acceptam magnitudinē nō quidē igitur cōiungi tardius) velociori (accidit ex ratione) ista secunda (fit autem aliquid idem) ista ratio (decisioni iudico) idest rationi priori que diuidebat per duo media (in vtrisqꝫ enim rationibus accidit non iungere ad terminum diuisa quodāmodo magnitudine: sed apponitur in hoc (scilicet in hac secūda ratione quia nec velocissimum ꝙ cum tragedia idest ornata verborum (dictum est in persequendo tardius) attingit ipsum quare necesse est solutionem esse eandē ex quo difficultas ⁊ virtus medij est eadem. ¶ Hac comparatione premissa soluit philosophus rationem di. ꝙ velocissimū non attinget tardissimum ꝙ̄diu erit ante eum tamen aliquando attinget ⁊ aliquando precedet ⁊ cōceditur ꝙ infinita transibit anteꝙ̄ attingat non quidem actu: sed potentia: neqꝫ vlteriorē sniam exprimit philosophus in solutione huius rationis: quia ex determinatis in primo tractatu de velociori ⁊ tardiori sufficienter soluitur difficultas: velocius enim est illud ꝙ in equali tēpore pertransit plus de spacio ⁊ tardius est illud ꝙ in equali tempore acquirit minus de spacio: igitur si velocissimum in duplo velocius moueatur ꝙ̄ tardissimū in eodem tempore pertransibit duplum spacium ⁊ in quadruplo velocius moueatur in quadruplo magis de spacio pertransibit in eodem tempore ⁊ per consequens diuidendo horam in. 8. partes equales in quarum qualibet tardissimum mobile debeat transire vnū pedale si iam sit in fine prime octaue ⁊ mobile velocissimum incipiat moueri in duplo velocius in secunda octaua hore in qua mobile tardius transit vnum pedale tantum mobile velocius transibit duo mobilia: licet igitur continue per istam partem hore mobile velocissimū sit ante mobile tardissimum: tamen in fine attinget eum ⁊ continue post finem continuando motū erit vltra eum. Le. li. (Uele autem ꝙ precedens mobile scilicet (tardum non iungatur a velocissimo falsum est cum enim precedit non coniungetur sed coniungetur si quidem dabitur mobile posse transire finitā magnitudinem (hee quidem igitur rationes sunt due.

Notandum ꝙ primam rationem Aristo. hic non expresse soluit quia eam soluit in hoc sexto de virtute sermonis ⁊ in octauo eandem soluet secundum veritatē ⁊ ad mentem zenonis: commentator eam tamen hic soluit di. ꝙ mobile nō pertransit infinitas medietates in actu: sed tantum in potentia ⁊ in tempore finito.

Sed dubitatur vero circa solutionem secūde rationis quia Aristo. videtur negare tantum inconueniens adductum: ⁊ non respondet ad formam argumenti negando antecedens vel consequentiam: sic enim arguit zeno: mobile tardissimum iam precedit mobile velocissimum: ⁊ quando mobile velocissimum venerit ad locum in quo est mobile tardissimum adhuc precedit eū ⁊ sic in infinitum igitur semper precedet eum ⁊ per consequens non attinget ipsum. Dicendum ꝙ Aristo. non aliter soluit argumentū quia presupponit ex determinatis tam in tertio huius ꝙ̄ in hoc sexto ꝙ assueti i sua doctrina sciunt istas cōsequentias non valere: tu pertransibis infinitas partes. a. spacij: igitur tu pertransibis omnes partes. a. spacij: tu eris in infinitis instantibus igitur tu eris semper vtrobiqꝫ est falsa consequētia: quia ex tali antecedente non sequitur illud consequens: sed econtra: ita nō sequitur: mobile tardissimū pertransibit infinitas partes huius spacij anteꝙ̄ velocissimum attingat eum: igitur pertransibit omnes partes huius spacij anteꝙ̄ mobile velocissimum attingat eum: nec sequitur mobile velocissimum pertransibit infinitas partes anteꝙ̄ mobile tardissimum attingat: igitur pertransibit omnes partes anteꝙ̄ attingat mobile tardissimum: tunc ergo ad rationē: mobile tardissimū precedit mobile velocissimum ⁊ quando mobile velocissimum venerit ad locum in quo est mobile tardissimum adhuc precedet eum: ⁊ sic in infinitum igitur semper precedet eum negatur consequentia quia est fallatia consequentis: vnde in infinitis partibus spacij precedet eum: non tamen in omnibus. (Tertia autem ratio Tex. co. 80.
zenonis fuit illa que destructa est in prima parte huius capituli: arguebat enim sic zeno. si possibile est aliquid moueri motu locali recto maxime videtur ꝙ sagitta

velocissime impulsa: sed contra quocunq; tempore dato in quolibet instanti illius temporis quiescit igitur in toto tempore quiescit: consequentia videtur tenere: antecedens autem ꝓbabat ex eo quia in quolibet instanti est in loco sibi equali. ¶ Respondet philosophus ꝙ ista ratio supponit tempus componi ex instantibus ⁊ ꝙ in instanti potest esse quies: quorum quodlibet est falsum: ista ergo consequentia in quolibet instāti temporis sagitta quiescit: igitur in toto tempore quiescet peccat in materia: quia antecedens est falsum. ⁊ etiam peccat in forma quia concesso antecedente consequentia non valet ex quo tempus non componitur ex instantibus: consequenter alia consequētia non tenet in quolibet instāti temporis sagitta erit in loco sibi equali igitur in quolibet instanti illius temporis quiescet: q2 in instanti non potest esse motus nec quies. Le. litterā. (Tertia autē) fuit ratio (que nunc dicta est) quoniā (sagitta que fertur stat: id est quiescit) in toto tempore (accidit autem hoc ꝙ quiescat in toto tempore secundum ꝙ zeno accipit tempus ex ipsis nunc non dato non erit sillogismus: id est non excludet hec ratio.

Notandum ꝙ ponendo tempus cō poni ex instantib⁹ ⁊ motum ac quietem esse in instanti optime sequitur: sagitta in quolibet instanti hore future quiescet igitur in tota hora quiescet sed non sequitur in quolibet instanti hore future in loco sibi eq̄li q̄escet: igif in quolibet īstanti hore future quiescet: quia ⁊ si in quolibet instanti illius hore erit in loco sibi equali in nullo tamen loco sibi equali erit in quolibet instanti illius hore: sed tot erūt loca equalia ꝙ erunt instantia in tempore: ideo si in alio ⁊ in alio instāti erit in alio ⁊ ī alio loco sibi equali. sequitur ꝙ in quolibet illorum instantium mouebitur: aut in tota hora: ⁊ ita ex fundamentis zenonis sequebatur sagittam moueri cuius oppositum intende-

Tex. cō.81 bat probare. (Quarta autem est) quarta ratio zenonis fuit ista data possibilitate motus sequitur ꝙ aliq̄d tempus est duplum ad seipsum: quod istud sit inconueniens manifestum est ⁊ quod sequatur arguitur ponendo ꝙ .a.b.c. sint tres magnitudines quarum .a. quiescat supra q̄ꝙ moueatur .b. incipiēs a medio ⁊ supra .b. moueatur .c. equeuelociter incipiens ab extremo eiusdē .b. per contrarium: ita ꝙ .b.c. sint applicata ad mediū .a. ⁊ inuicem contra moueātur equeuelociter in hora isto posito arguebat zeno. sic .c.b. equeuelociter mouebuntur ⁊ spacium pertransitum ab ipso .c. erit duplum ad spacium pertransitū a .b. igitur tempus in quo mouebitur .c. erit duplū ad tempus in quo mouebitur .b. sed ambo mouebuntur in eodem tēpore precise vt ponitur in casu. igitur tempus translationis illorum erit duplum ad seipsum ꝙ erat probandum. Le. li. (Quarta autem) ratio zenonis (est ex hijs que mouentur in stadio) id est in aliquo spacio ex contrarietate equalium magnitudinum iuxta equalia horū quidem vnū incipit moueri a fine stadij: id est spacij sui: alterum illorum autem incipit moueri a medio alterius spacij. scilicet quiescentis (equali velocitate in quo casu accidere opinatur zeno equale: ⁊ idem tempus esse dupliei medium: id est omne duplum ⁊ dimidium. (Est autem) re-

Tex. cō.82 spondet philosophus ꝙ illud inconueniēs non sequitur: ⁊ ꝙ deceptio zenonis proueniebat ex hoc fundamento ꝙ si aliqua duo equeuelociter mouentur ꝙ illa in equali tempore pertranseunt equalia spacia ꝙ est falsum: quoniam si duo mobilia equeuelociter mouē tur sup duobus spacijs quorum vnum quiescat reliquum autem moueatur mobile motum supra spaciū ꝯ motū ī eodē tpe ptrāsit pl⁹ d̄ spacio q̄ꝙ mobile motū sup spaciū q̄escēs: qd̄ d̄mōstrat ponēdo ꝙ .a. sit vna magnitudo q̄escēs composita ex magnitudinib⁹ equalibus .a.a.a. sic ꝙ principium eius sit .a. ⁊ medium .a. ⁊ finis eius etiam sit .a. deinde supponatur .a. magnitudini .b. magnitudo mota incipiens a medio .a. magnitudinis versus extremum que quidem .b. magnitudo componatur ex magnitudinibus .b.b.b. equalib⁹ omnino magnitudinibus .a. sic ꝙ cuilibet corrn̄deat vnū .a. ⁊ econtra in magnitudine ⁊ equalitate. Rursus accipiat .c. magnitudo cuius principium applicetur principio .b. magnitudinis cui⁹ partes sint .c.c.c. equales omnino numero ⁊ magnitudine partibili .b. ꝙ quidem .c. incipiat moueri equali velocitate supra .b. ab vno extremo in aliud extremum. Le. lit. (Est autem deceptio) circa istam rationem in eo ꝙ hoc quidem mobile mouetur secus mobile (illud autē secus motuū quiescēs) ⁊ ideo equalem magnitudinem vel equali velocitate secundum equale fieri tempus. id est pertransit in eq̄li tempore hoc autem factum est vt sint stātes: id est q̄escentes equales magnitudines in quibus sunt .a.a.a. alie autem in quibus ipsa .b. incipientes moueri a medio ipsius .a. equales secundum numerum hijs videlicet partibus .a. entes ⁊ magnitudinem sic ꝙ partes .b. sint equales partibus a numero ⁊ magnitudine (alie autem) sint magnitudines (in quibus ipsa .c.) incipiētes moueri ab vltimo: id est ab extremo ipsi⁹ .b. equales his scilicet partibus .b. magnitudine ⁊ equeloces ipsi .b. ¶ Istis sic dispositis arguitur sic: quando primum .b. erit super vltimum .a. primum .c. erit super vltimum .b. ergo quando primum .b. transiuerit tantum medietatem tocius .a. magnitudinis ab ipso .c. erit pertransita tota magnitudo .b. patet consequentia: quia primum .b. non tanget nisi medietatem .a. .c. vero tanget omnia .b. ex quo mouebuntur motibus contrarijs sed .b. magnitudo est dupla ad medietatem a igitur in duplo maius spacium pertransibit q̄ꝙ pertransibit .b. ⁊ tamen in eodem tempore mouebūtur precise: ⁊ equeuelociter: igitur si non aliqua duo mobilia mouentur equeuelociter ipsa debent in eodem tempore pertransire equalia. ¶ Si etiam generaliter omnia duo mobilia equeuelociter mota in equali tempore pertranseunt equalia spacia solum sequitur an dubio idem tempus esse duplum ad seipsum quoniam primū .b. ⁊ primum .c. equeuelociter mouebuntur in isto casu ⁊ primum .b. transibit solum medietatem .a. cum igitur mouebuntur .c.b. eodem tempore precise sequitur idem tēpus esse duplum ad seipsum ex quo spacium pertransitum ab vno est duplum ad spacium pertransitum ab alio. Lege litteram. (Contingit igitur primum .b. cum vltimo esse simul) .a. ⁊ primum .c. ꝙ est de numero secus inuicem motorum erit cum vltimo .b. (accidit autem ipsum .c. iuxta omnia .b. transisse: ipsum autem .b. secus media .a. tantum: quare medium esse tempus ad seipsum oportet concedere si ad duplum spaciū sequitur tempus duplex in motu vniformi equale enim vtrunq; est: secus vnumquodq; est equale: simul autē accidit ipsum .b. secus omnia .c. transactum esse: sit enim erit primū .b. ⁊ primū .c. in contrarijs vltimis secus stationum ⁊ inequali tempore ipm .c. ad vnūquodq; [illegible]

cium erit motū ipsoꝝ.b.quātū quidē est vnūquodqꝫ ipsoꝝ ut ait Zeno.ꝛ propter hoc accidit ambo.ſ.b.c. equali tempore secus ipsa vltima.a.fieri ꝙ nō contingeret nisi.c.transiret totū b.ꝛ concludit philosophus ratio quidem igitur hec est probans aliquod tempus esse duplum ad seipsum: accidit autem illud inconueniens ad dictam falsitatē:vꝫ si duo mobilia equeuelociter mouentur ipsa pertransibunt equalia spatia in eodem tēpore:ꝛ si duoꝝ mobiliū equeuelociter motoꝝ spatiū vnius erit duplū ad spatiū alterius tēpus vnius erit duplum ad tempus alterius.

Notandum ꝙ nō sine causa Ari. diuidit a magnitudinē p tria .a.ꝛ.b.magnitudinē per tria.b.ꝛ.c.magnitudinē p tria .c.qm̄ aliquis posset dicere,pbando ꝙ.b.pertransit totum.a.ꝛ nō solum medietatē:qm̄ quelibet pars.b.pertransit aliquā.a.ꝛ quelibet ps.a.pertransit ab aliqua parte.b.igitur.b.pertransit totū.a.negatur cōsequētia: qꝛ ad hoc ꝙ b.ptranseat totū.a.opꝫ ꝙ primū signādum in.b.ſ.in prima ps.b.aut primus punctus.b.pertranseat quālibet partem.a.ꝛ quia primum.b.quod ē pars totius.b.seu indiuisibile ipsius.b.non transit nisi medietatem.a.sed tota magnitudo.c.transit totam magnitudinem.b.quia primum.c.quod est prima ps vel primū indiuisibile ptransit totā magnitudinē.b.ꝛ nō solum in hoc casu.b.c.equeuelociter mouentur pertranseundo spatia inequalia in eodē tēpore sed etiam in alio casu vbi mobilia non ꝫ se mouentur: sed tantum ꝙ spatium vnius quiesceret ꝛ aliud condēsaretur vel rarefieret in ptibus transitis.(Neqꝫ igit̄).
Te. c. 1. Postꝙ philosophus soluit rationes Zenonis ꝓpter quas negauit motū localem rectū soluit rōnē propter quā negauit motum ad formam siue talis motus sit ad qualitatem siue ad quantitatem siue ad substantiā:quoniam illud ꝙ mouetur nō est in termino a quo nec in termino ad quem: igitur si aliquid dealbatur ipsum non est in termino a quo nec in termino ad quē:sed ꝙ dealbatur trāsit de nō albo in albū tanꝙ de termino a quo in terminū ad quē:igitur mobile duꝫ dealbat̄ nec est albū nec nō album:ꝙ est īpossibile:quia tūc inter contradictoria daretur mediū ꝙ repugnat primo principio. Cō similiter arguitur ꝙ nō datur motus generationis ꝛ corruptionis:qm̄ termini generationis sūt eē ꝛ nō esse:ꝛ illud ꝙ mouet̄ nō est ī termino a quo neqꝫ in termino ad quē:igit̄ interim dū aliquid generat̄ nec est nec nō est ꝙ est īpossibile:ita arguatur in augmētatione per quam acquirit̄ pedale nec nō pedale:ex quo termini illiꝰ motꝰ sūt pedale ꝛ nō pedale. T.c.li.(Neqꝫ igitur ſm mutationē in contradictionē).i.ſm mutationem ad formā nobis nullum erit īpossibile ꝙ arbitrabatur Zeno cōcludere cōcessa possibilitate mutatiōis ad formā vt si ex nō albo in albū mutet̄ ꝛ in neutro ē tanꝙ ergo neqꝫ album erit neqꝫ non album. Respondet philosophus dicens ꝯcedendo ꝙ omne motuꝫ de cōtrario in contrariū:etiā mutatur de cōtradictorio in cōtradictoriū:nō tamē pp hoc opꝫ ꝙ si mobile dū mouetur nō est ſm se totū in altero terminoꝝ ad vtrūqꝫ cōtradictorioꝝ remoueatur ab illo:nō enī oꝫ quādiu aliquid dealbatur ꝙ ipm̄ ſm se totū sit albuꝫ neqꝫ ꝙ ipsum ſm se totuꝫ nō sit nō album:neqꝫ opꝫ ꝙ ipꝫ nullo modo sit album neqꝫ ꝙ nullo modo sit nō album sed cōtinue durāte motu absolute de eodē albū vel nō album:si enim in aliqua parte motꝰ habet plures aut principaliores ptes albas ipsum absolute est album ꝛ si habet plures vel principaliores partes nō albas ipsum absolute est nō album cū quo stat per qḋ totuꝫ motum est ſm aliquā parteꝫ album ꝛ ſm aliquā partem non album:vnde nō est idem aliquid nō esse hoc ꝛ aliquid nō esse hoc ſm se totum:qꝛ aliquid est albū ſm se totū in motu dealbationis ꝛ nō est albuꝫ ſm se totum. Similiter dicatur in mutatione que est ſm substantiam ꝛ generaliter in oībus que sunt ſm contradictionem siue sit augmētatio siue diminutio siue generatio siue corruptio ꝙ se ꝛ p absolute erit alteꝝ contradictorioꝝ siue fuerit in termino a quo siue fuerit in termino ad quē siue fuerit partim in vno ꝛ partim in alio licet forte durāte motu nunꝙ sit ſm se totum in aliquo terminoꝝ. T.c.li.(Nō enī si nō totuꝫ mobile in terminorum quolibet est nō dicetur albū aut nō albū:nō quo totum sit huius:sed quo plures aut magis proprie).i. principaliores partes:nō idem autem nō est nō esse in hoc ꝛ nō esse in hoc ſm se totum. Similiter autem est ꝛ in esse ꝛ in nō esse ꝛ in aliīs que ſm cōtradictionē sūt erit quidē enī ex necessitate in altero oppositoꝝ:in neutro aūt semper est necessariū ꝙ sit ſm se totum.

Notandū primo ꝙ duplicia sūt corpora vꝫ aīata ꝛ inanimata seu organica ꝛ non organica aut hōgenea ꝛ ethōgenea corpora aīata seu organica ꝛ ethōgenea sunt que habent quasdā ptes principaliores ꝛ quasdā minus principales:vt pro homine equo ꝛ aliīs: corpora hōgenea seu nō organica habēt oēs partes eque principales loquēdo de partibus quātitatiuis:nō igitur penes idem attēditur esse albū in corporibus ethōgeneis ꝛ homogeneis:qm̄ in corpibus ethōgeneis esse album habꝫ attendi penes principaliores partes loquendo de partibus superficialibus ꝛ non occultis existentibꝰ in profundo qꝛ color est extremitas perspicui in corpore terminato ſm phm̄ in libro de sen.ꝛ sen. vbi igitur facies pectus ꝛ brachia erūt alba homo erit absolute albū quātūcunqꝫ plures sunt ptes nō albe ꝙ albe:ꝛ si iste fuerint nō albe totū dicitur nō albū quātūcunqꝫ totū residuum sit album. In corporibus autem hōgeneis eē albū hꝫ attēdi penes ptes plures loquendo de ptibus actualibus nō cōicātibus:vñ lapis non est albus nisi plusꝙ medietas sit adequate alba:si enī vna medietas est plusꝙ nō alba totū est nō albū ꝛ si vna medietas est alba ꝛ alia nigra:iterum totum ē nō album:ꝛ in hoc pars contradictionis negatiua ē fortior ꝙ affirmatiua cum in multis negatio sit fortior ꝙ affirmatio:in copulatiuis enim habet totā copulatiuā non esse veram si habet vnam partem non veram: ꝛ infinitas veras:ꝛ ꝙ negatio confundit distributiue tātum remotum sicut propinquū: qḋ tamen facere non potest signum affirmatiuū:ꝛ ex hīs potest videri causa propter quam Aristo. sub disiunctione loquitur de partibus pluribus ꝛ principalibus. ¶ Secūdo notādū iuxta doctrinā Ari.ꝛ 2is.5.huiꝰ ꝙ duplr̄ contingit mutari de ꝯdictorio ī ꝯdictoriū vꝫ p se p° ꝛ p se nō p° id ꝙ gñat̄ vel corrūpit̄ mutat̄ p se p° de ꝯdictorio in ꝯdictoriū:ꝙ aūt mouet̄ localr̄ aut q̄litatiue aut q̄titatiue mouet̄ p se p° de ꝯrio in ꝯriū:ꝛ p se non p° de ꝯdictorio in ꝯdictorium semper ꝙdiu mutatur est in termino a quo secundum se totum:quoniam forma substantialis subito ſꝫ se totā generatur ꝛ subito secundū se totam corrumpitur:qḋ autem mutatur per se non

primo de contradictorio in contradictorium: nam oportet quod secundum se totum stante mutatione sit sub aliquo illorum terminorum: licet de eo absolute dicatur alterum eorum: sed quoniam mutatur de contrario in contrarium secundum vnam partem erit in termino a quo: ⁊ secundum aliam partem erit in termino ad quem: ideo male arguebat Zeno peccans in materia cum dicebat id quod mutatur secundum contradictionem non est in termino a quo neque in termino ad quem cum illud quod mutatur per se primo de contradictorio in contradictorium sit secundum se totum in termino a quo ⁊ id quod mutatur per se non primo de contradictorio in contradictorium sit partim in termino a quo ⁊ partim in termino ad quem cum sit continue vna pars alba ⁊ alia non alba: si fiat albefactio ab extrinseco ⁊ hoc notat philosophus dicens quod mobile dum mouetur necessario est in altero oppositorum licet non in neutro sit semper secundum se totum.

Dubitatur de illo quod alteratur ab intrinseco vtputa de aqua se reducente ad frigiditatem: quoniam continue habet vnam partem frigidam ⁊ aliam non frigidam cum omnes simul incipiant esse frigide ⁊ omnes simul desinant esse calide. Respondetur quod philosophus soluit rationem Zenonis secundum mentem suam: loquebatur enim Zeno de alteratione facta ab extrinseco successiue per partes subiecti ⁊ non de alteratione facta ab intrinseco per partes intensiuas forme: in quo casu diceret philosophus quod aqua ⁊ si non est partim in termino a quo ⁊ partim in termino ad quem secundum partes subiecti: tamen est in quolibet illorum terminorum secundum partes intensiuas formarum: quarum vna continue remittitur ⁊ altera continue intenditur. ¶ Ex predictis sequitur quod nullum homogenum incipit esse album per positionem de presenti siue alteratio fiat ab intrinseco siue ab extrinseco: si enim fiat alteratio ab intrinseco illud non est album nisi habeat gradum vt medium: constat autem quod illud incipit habere gradum vltra medium per remotionem de presenti: si autem fiat ab extrinseco illud non est album nisi habeat plus quam medietatem albam: incipit autem habere plus quam medietatem albam per remotionem de presenti. Corpus autem ⁊ homogenum potest incipere esse album per positionem de presenti: quia possibile est dare aliquod instans in quo partes principales sunt primo albe scilicet secundum totum: quia aliter non denominarent illud corpus esse album. Et quod dictum est de albedine potest dici de alijs coloribus odoribus ⁊ saporibus: sed de qualitatibus primis credo nullum corpus simpliciter ⁊ absolute esse calidum vel frigidum humidum vel siccum nisi plusquam medietas sit adequate talis: ⁊ consequenter concedatur quod licet quelibet qualitas prima incipiat esse per positionem de presenti: nihil tamen incipiat esse calidum vel frigidum humidum vel siccum per positionem de presenti siue fiat alteratio ab intrinseco siue ab extrinseco eo modo quo dictum est de albo. (Item in circulo). Iam tertio respondet philosophus ad rationem Zenonis propter quam negabat motum circularem: arguebat enim sic Zeno.

Tex. cō.84.

si aliquid moueretur localiter motu circulari maxime videretur celum: sed contra: illud quod secundum se totum ⁊ secundum omnes suas partes est in eodem loco continue non mouetur: sed celum secundum se totum ⁊ omnes suas partes eius continue est in eodem loco: igitur celum non mouetur pa[ter] consequentia cum maiori ex diffinitione quod est moueri localiter. ¶ Secunda pars antecedentis videtur esse nota ex eo: quia semper celum ⁊ quelibet pars eius equaliter distat a centro: ⁊ per consequens tam celum quam quelibet eius pars quiescit ⁊ non mouetur: alioquin moueretur idem ⁊ quiesceret quod est impossibile: ⁊ sicut arguitur de celo potest argui de quolibet alio corpore spherico cum ipsum ⁊ quelibet pars eius continue equaliter distet a centro suo. Lege litteram. (Item in circulo ⁊ omnino in hijs que in seipsis mouentur. Zeno negabat motum quia accidet ipsa quiescere que sic mouentur dicebat ipse): in eodem enim loco secundum tempus quedam sunt que dicuntur moueri ⁊ ipsa ⁊ partes quare quiescere ⁊ mouebuntur. (Primum quidem).

Tex. cō.85.

Istam rationem soluit philosophus negando antecedens pro minori: primo quidem falsum est quamlibet partem celi semper esse in eodem loco cum infinite sint partes celi: quarum nulla per tempus manet in eodem loco: partes enim que sunt in oriente continue mouentur versus occidens: ⁊ econtra: ⁊ partes que sunt in meridie mouentur continue versus septentrionem ⁊ econtra: falsum etiam quod totum celum non mutet locum cum alius sit circulus incipiens ab .a. puncto: ⁊ alius incipiens .a.b. puncto ⁊ alius .a.c. puncto ⁊ ipsum celum motum: quandoque est in circulo seu in superficie terre vt incipit ab .a. ⁊ quandoque in circulo vt incipit .a.b. ⁊ quandoque in circulo vt incipit .a.c. igitur variat diuersa loca: patet consequentia: quia circulus .a. non est circulus .b. nisi secundum accidens eo modo quo homo ⁊ musicus aut musicum ⁊ album dicantur esse idem secundum accidens: sicut enim accidit homini quod sit musicus ita accidit circulo incipienti ab .a. quod sit circulus incipiens .a.b. Lege litteram (Primum quidem enim: partes enim non sunt in eodem loco nullo tempore: postea ⁊ totum mutatur semper in alterum locum: non enim eadem est ab ipso .a. accepta circulatione: ⁊ que est ab ipso .b. ⁊ .c. ⁊ aliorum vnumquodque signorum), idest punctorum nisi sicut musicus homo ⁊ homo quia accidit homini musicum sic circulationes celi facte super terram sunt diuerse ⁊ mutatur celum ab altera in alteram ⁊ nequaquam quiescit: eodem autem modo est ⁊ in sphera ⁊ in alijs que in ipsis mouentur vt est columna siue rota figuli aut pila: quelibet enim talis mutatur secundum totum ⁊ secundum partes.

Notandum primo secundum Commentatorem commento .85. quod necesse est vt totus circulus transferatur apud motum circa centrum de aliquo in aliud: quoniam si ymaginati fuerimus multa puncta esse in conuexo eiusdem circuli tunc ille circulus diuidetur per illa puncta in multos circulos: omnis enim punctus positus in circulo describit alium circulum ab eo quem describit alius punctus secundum ꝗ numerus circulorum erit secundum numerum punctorum: ⁊ cum ita sit tunc circulus cum transfertur in concauo: aut super conuexum circuli transfertur de circulo in circulum diuisum ab eo ratione. Et si ipsi sint idem subiecto. ¶ Prima propositio quam in

tendit Commentator est ista: in quolibet circulo sunt infiniti circuli: probatur punctus est principium linee non tantum recte: sed etiam circularis sed in qualibet linea circulari sunt infinita puncta: quorum quilibet est principium ⁊ finis circuli: igitur in quolibet circulo sunt infiniti circuli: patet consequentia: quia tot sunt circuli in circulo quot sunt puncta in eodem: verbi gratia circulus incipiens ab.a. circulus incipiens .a.b. circulus incipiens.a.c. ⁊ sic in infinitum. ¶ Secunda propositio infiniti circuli in eodem circulo sunt idem subiecto ⁊ differunt ratione quod sunt idem subiecto: patet: quia dicuntur de eodem numero sicut eadem linea recta est linea habens principium ⁊ linea habens finem ita linea circularis est linea incipiens ab.a. ⁊ linea incipiens.a.b. Ideo idem circulus numero est circulus incipiens ab.a. ⁊ circulus incipiens .a.b. quod autem illi circuli differunt ratione manifestum est: quoniam circulus incipiens ab.a. diffinitur per.a. ⁊ non per.b. ⁊ circulus incipiens.a.b. diffinitur per.b. ⁊ non per.a. ⁊ sic in infinitum: igitur infiniti sunt circuli in eodem circulo differentes ratione: quilibet enim punctus circuli habet describere ⁊ diffinire proprium circulum.

¶ Tertia propositio celum non potest moueri circa terram quin transferatur de aliquo in aliud: patet: celum non potest moueri circa terram quin transferatur circa infinitos circulos existentes in conuexo terre: quorum vnus incipit ab.a. ⁊ alius incipit.a.b. ⁊ sic in infinitum: sed circulus incipiens ab.a. est alius a circulo incipiente.a.b. ⁊ circulus incipiens.a.b. est alius a circulo incipiente.a.c. ⁊ sic in infinitum: vt probatum est igitur celum non potest moueri circa terram quin transferatur de aliquo in aliud. ¶ Quarta propositio: nulla sphera celestis potest moueri in concauo alterius sphere quin transferatur de aliquo in aliud: patet: quoniam concauum sphere est circulus superficialis in quo sunt infiniti circuli inuicem differentes: verbi gratia concauum mercurij continet circulum incipientem ab.a. puncto ⁊ circulum incipientem.a.b. puncto ⁊.a.c. puncto qui sunt circuli diuisi: igitur sphera lune non potest moueri in concauo illo quin continue transferatur de alio in aliud. scilicet de circulo.a. incipiente .a.b. puncto ad circulum incipientem ab alio puncto.

Secundo notandum

secundum commentatorem commento eodem quod circulus quem diuidit alius punctus non dicitur idem numero: homo enim ⁊ musicus sunt idem secundum subiectum: ⁊ quod est idem secundum subiectum est idem per accidens: idem enim in rei veritate est idem secundum formam. Similiter circuli quos puncta diuidit: scilicet qui ymaginantur in eodem circulo sunt idem per accidens: quia subiectum eorum est idem ⁊ sunt plures quia forme eorum sunt plures. ¶ Commentator intendit duas distinctiones: quarum prima est quod aliqua dicuntur esse idem videlicet per se: ⁊ per accidens: illa dicuntur esse idem per se que sunt idem secundum formam vt homo ⁊ animal: illa sunt idem per accidens: quorum subiectum est idem vt homo ⁊ musicus: homo enim ⁊ musicus sunt idem secundum subiectum predicationis: quia sortes est homo ⁊ musicus: sunt etiam idem secundum subiectum inhesionis: quoniam homo est subiectum inhesionis musice.

¶ Secunda distinctio aliqua dicuntur diuersa dupliciter videlicet per se ⁊ per accidens: illa sunt diuersa per se que sunt diuersa secundum formam vt homo ⁊ equus album ⁊ nigrum: illa sunt diuersa per accidens que sunt diuersa secundum subiectum: ⁊ sic dicuntur diuersa albedo hominis ⁊ albedo equi aut musica sortis ⁊ musica Platonis. ¶ His distinctionibus intellectis arguit Commentator quod circuli ymaginati in superficie terre aut in concauo orbis lune sunt idem per accidens ⁊ diuersa per se: quia illa sunt idem per accidens que sunt idem secundum subiectum: sed illi circuli sunt idem secundum subiectum tam predicationis quam inhesionis: verificantur enim de eodem circulo numero ⁊ sunt inhesiue in terra vel in superficie terre: igitur sunt idem per accidens: differunt autem per se: quia differunt secundum formam cum alia sit diffinitio formalis vnius ⁊ alia alterius. ¶ Et quia secundum Commentatorem idem in rei veritate est idem secundum formam: sequitur quod quamdiu res habet eandem formam dummodo sit variata materia remanet idem simpliciter: propterea idem homo simpliciter est primo iuuenis ⁊ postea senex licet omnino sit variata materia: ex quo manet eadem forma simpliciter.

Tertio notandum

secundum commentatorem eodem commento: quod necesse est vt circulus transferatur de circulo in circulum: ergo circulus transfertur secundum totum de loco in locum diuersum secundum formam licet non sit diuersum secundum materiam: ⁊ Commentator concludit: si igitur istud quod mouetur in loco necesse est ipsum mutare locum: locus autem differt a loco aut per se tantum aut per se ⁊ per accidens: necesse est vt omne motum mutet locum aut secundum formam: scilicet sicut est in sphera aut forma aut subiecto sicut est in eis que mouentur recte. ¶ Distinctio Commentatoris est ista: duplicia sunt loca: quedam sunt que tantum differunt per se: scilicet que differunt secundum formam ⁊ non secundum materiam vt circuli ymaginati in superficie terre aut in concauo lune vel alterius sphere celestis: ⁊ que differunt per se ⁊ per accidens vt loca elementorum: differunt enim per se: quia differunt secundum formam ⁊ differunt per accidens: quia differunt secundum subiectum: vnde locus aque est subiectiue in aere ⁊ locus aeris est subiectiue in igne: ⁊ locus ignis subiectiue est in celo. ¶ Ex hac distinctione Commentator format duas consequentias: quarum prima est ista: circulus transfertur de circulo in circulum: igitur circulus transfertur secundum totum de loco in locum diuersum secundum formam: licet non secundum materiam ita quod celum non tantum secundum partem mutat locum: sed secundum totum: sicut enim ea que mouentur motu recto continue secundum se tota variant locum ita ea que mouentur motu recto continue secundum se tota variant locum: sed est differentia in hoc: quia ea que mouentur localiter motu recto continue variant locum secundum formam ⁊ materiam: sed ea que mouentur circulariter variant locum secundum formam tantum. ¶ Secunda consequentia est ista: si aliquid mouetur localiter necesse est ipsum mutare locum per se tantum aut per se ⁊ per accidens simul: patet: quia omne quod mouetur localiter

mouetur localiter motu recto vel motu circulari si mouetur localiter motu recto ipsum mutat locum per se et per accidens simul quia mutat locum secundum formam et secundum materiam: si autem mouetur circulariter ipsum mutat locum per se tantum: quoniam loca illa differunt tantum secundum formam: non enim differunt subo predicationis: scilicet non dicantur de eadem re numero nec differunt subiecto inhesionis: quia omnia illa loca sunt subiectiue in eodem. ¶ Ex predictis sequitur primo secundum commentatorem quod celum secundum se totum mouetur et secundum se totum quiescit: quia celum secundum se totum mouetur secundum formam: scilicet vt est incipiens ab.a.vel.a.b. describendo diuersos circulos in terra: celum vero secundum se totum quiescit secundum materiam: quia celum materialiter sumptum semper est in eodem situ: et semper equaliter distat a centro mundi. Et si queritur ex quo celum secundum se totum mouetur: et secundum se totum quiescit: licet non eodem modo quod istorum est magis verum et magis absolute accipiendum: respondetur quod magis est verum et magis accipiendum celum moueri secundum se totum quam quiescere secundum se totum: quia illud quod est per se est magis verum et magis accipiendum quam quod est per accidens: celum autem secundum se totum mouetur per se: quia secundum se totum mouetur secundum formam et secundum se totum quiescit per accidens: quia secundum se totum quiescit secundum materiam et subiectum.

Secundo sequitur quod celum mutat locum secundum formam et non secundum materiam: quia continue variat circulos in terra et non variat elementum terre: circuli enim descripti vel ymaginati in terra sunt loca formalia celi: ipsum autem totum elementum est locus materialis celi. Ideo cum dicitur celum mutat locum secundum formam debet intelligi quod celum secundum formam mutat locum secundum formam: quoniam celum vt incipit ab.a.puncto est diuersum secundum formam a celo vt incipit ab alio puncto: accipiatur igitur in celo punctus.a. et in superficie punctus.b. directe suppositus illi per lineam dyametraliter incidentem: et quia punctus.a.iam directe opponitur puncto.b. et continue post erit oppositus dyametraliter alteri et alteri puncto in superficie terre: et quilibet punctus superficiei terre constituit vnum locum formalem celi. ideo celum secundum formam mutat locum: quia celum secundum formam non est in vno loco secundum formam: et immediate post hoc in alio loco secundum formam et sic consequenter.

Tertio sequitur quod infinite partes celi mutant locum secundum formam et secundum materiam et infinite partes celi non mutant locum nisi secundum formam: patet quoniam celum habet infinitas partes: quarum quelibet est spherica et infinitas partes: quarum nulla est spherica videlicet sphericitate completa: quemadmodum duo medietates celi diuise per lineam protractam ab vno polo ad alium polum: et quatuor quarte celi: et octo octaue: et sic in infinitum diuise per alias lineas: partes igitur celi sphærice sphericitate completa quia semper manent in eodem situ sicut totum celum ille non mutant locum nisi secundum formam: alie autem partes mutant locum secundum formam et secundum materiam: quia sicut totus celi tota terra est locus materialis: ita medietatis celi medietas terre est locus materialis: et sic in infinitum: cum igitur partes celi non sphærice varient partes terre: quia illa pars celi que nunc respicit partem dexteram terre respiciet partem sinistram: et que nunc mouetur super vnam medietatem vel vnam quartam aut octauam: postea mouebitur super aliam medietatem aut super aliam quartam vel super aliam octauam: igitur tales partes celi non variant loca formalia describendo diuersos circulos in superficie terre: sed etiam variant diuersa loca materialia videlicet diuersas partes elementi terre.

Quarto sequitur secundum commentatorem quod si elementum terre simul cum alijs elementis circulariter moueretur cum celo ipsum celum non moueretur localiter: quia non motu recto neque motu circulari: omne enim quod mouetur motu recto secundum eum variat locum per se et per accidens tam secundum materiam quam secundum formam: et quod mouetur circulariter mouetur secundum formam et si non variat secundum materiam: sed terra circulariter mota vna cum ceteris elementis celum nullum haberet locum secundum formam neque secundum materiam cum non moueretur in aliqua superficie ambiente ipsum: neque circa aliquam quiescentem superficiem describendo diuersos circulos in ea: vbi tamen terra circulariter moueretur aut motu contrario aut ad eundem terminum tardius tanquam celum: concederet commentator celum moueri localiter: et idem concederet si terra simul moueretur cum celo et aliquod aliorum quiesceret aut moueretur motu contrario aut ad eundem terminum et tanto tardius quanto celum posset secundum formam suos circulos describere in elemento illo. Item si omnia elementa simul mouerentur cum celo: concesso quod celum non moueretur localiter: tamen sphere celestes mouerentur localiter: quia ex quo non mouentur eodem motu sphera inferior describit circulum in concauo sphere superioris et suprema sphera describit circulos in conuexo sphere inferioris: si tamen terra moueretur non posset ita bene cognosci motus localis celi: sicut iam ea quiescente: propterea dicit philosophus secundo celi quod si celum moueretur necesse est terram quiescere.

Quarto notandum secundum commentatorem commento eodem quod Zeno cum vidit spheram non mutare locum per accidens estimauit ipsum non mutare illum per se: ex quo dixit spheram quiescere. Auicenna vero quia non distinxit alietatem que est in loco per se ab ea que est per accidens scilicet alietatem que est secundum subiectum et non secundum formam et concessit spheram moueri coactus est appellare motu sphere motum in loco vnde nititur sanare egrum per maius egrum. ¶ Ecce differentia inter Zenonem Auicennam et Commentatorem: nam Zeno considerans celum semper esse in eodem situ et semper equaliter a terra credidit non mutare locum per se: sicut non mutabit locum per accidens: et dixit celum quiescere et nullo modo moueri. Auicenna autem videns astra mutare situs suos concessit celum moueri: et quia non distinxit in locum per se vel per accidens ex parte elementi terre circa que mouetur dixit celum moueri non circa locum sed in loco: non quidem superficiali sed situali. Commentator

autem dicit celum moueri localiter: non quia moueatur in loco: sed quia mouetur circa locum quē dicit terram distinguens de loco per se et secundum formam et de loco per accidens et secundum materiam vt dictū vnde arguit commentator contra Auicennam sic: situs aut est de predicamento relationis aut positiōis si de predicamento relationis ad illum neq3 secundu3 illum est motus: quoniam relatio cum sit indiuisibilis subito acquiritur et ad illam non est motus sicut neq3 ad aliquod indiuisibile secundum philosophum quinto huius: sed de predicamēto positiōis. igit Auicenna intēdebat motū esse in positiōe per hoc q corpus motu3 transfert de vna positiōe in aliā: sed cōtra q2 consequēter haberet dicere q mot⁹ localis rectus ē in pōsitōe: q2 illud q mouet localiter motu recto trāsfertur de vna positōe in aliā. Sed mihi videt q celu3 moueat localiter eo mō quo dicit cōmētator: et etiā eo modo quo dicit Auicēna: q2 si deus annihilaret totū mūdū pter supremā sperā: adhuc illa spera moueretur localiter: nō quidē motu locali superficiali in quo vt circa q: sed motu locali situali: qm pars dextra celi efficeretur sinistra et ecōtra et pars oriētalis vel meridionalis efficeret occidētalis vel septētrionalis: et ecōtra q nō contingeret nisi in celo esset motus situalis. Et ad rationē cōmētatoris dico q talis situs ſm quē est motus celi nō est de predicamento relationis neq3 positionis: sed de predicamēto vbi ſm quē situm fit per se motus localis: celū igit sicut nō mutat locum mālem terre ita nō mutat locum situalē eius: partes autē celi nō sperice mutant locu3 situalē celi sicut mutant locu3 materialē terre: ptes autē sperice cō similiter se habent: sic totū celū ad vtrūq3 locū et vterq3 locus dī esse immobilis vt alīs declaraui quarto huius quare etc.

Te. c. 13.



Ostensis autē hijs). Istud est quartū capitulū huius sexti phycorum: in quo philosoph⁹ ostēdit nullū motum esse infinitū preter motu3 circularē: postq determinauit de finitate et infinitate mot⁹ status et quietis ac variationis mobilis et immobili: motus est infinitus aut ex parte temporis vel spatij infiniti aut ex parte mobilis infiniti positiue vel negatiue: non datur motus infinitus ex pte spatij infiniti aut mobilis infiniti positiue q nō contingit aliqđ spatiū aut corpus esse infinitum vt fuit probatum tertio huius: restat igitur videre vtrū motum sit dare infinitū ex parte temporis aut ex parte mobilis infiniti priuatiue et negatiue tm̄ cuiusmodi pūctus qui dicitur infinitus negatiue ſm philosophum tertio huius. Istud ergo capitulum diuiditur in duas partes: in quaꝝ prima pbatur nullū motum esse infinitū ex parte mobilis negatiue infiniti probando nullum tale per se posse moueri: in secūda vō pbatur nullum motu3 preter circularē posse esse infinitum ex parte temporis ostendendo quodlibet tale necessario terminari: ibi. (Mutatio aūt). In prima parte philosophus ponit duas conclusiones: quaꝝ prima est ista: possibile est indiuisibile moueri per accidēs. Secunda conclusio: impossibile est indiuisibile moueri per se. Per se autem non. Et declarat philosophus de quo indiuisibili loquatur dī. q loquitur de indiuisibili ſm quantitatem cuiusmodi est punctus: quia de indiuisibili ſm formam nullus dubitat q tale potest per se moueri. s. minimum naturale cum sit corpus per se existens compositum ex materia et forma: Prima3 cōclusionem arguit philosophus sic: impossibile est aliquid moueri per se nisi omnia que sunt in eo moueantur per accidens. sed in omni eo q mouetur per se est aliquod indiuisibile: igitur in omni eo q mouetur per se aliquod indiuisibile mouetur per accidens: patet cōsequentia cum minori: quonia3 nihil mouetur per se nisi quantum et in quolibet quanto sunt infinita indiuisibilia: vtrūq3 enim istorum est probatu3 et demonstratum in hoc sexto: maior vō declaratur inductiue: nam aliquod dicitur esse in alio tripliciter aut sicut contentum in continente sicut aqua in vase et existens in naui aut sicut pars in toto eo modo sicut digitus est in manu aut sicut accidens in subiecto eo modo quo albedo et dulcedo sunt in lacte: constat autem q mota naui mouetur sedens in naui et moto homine mouet manus et digitus per accidens et moto lacte mouetur albedo et dulcedo per accidens: cum igitur in quolibet istorum sint indiuisibilia vt3 puncta linea et superficies tanq accidentia in subiecto suo oportet hoc moueri per accidēs: et p pñs est possibile idiuisibile moueri p accidens q fuit probandum. Lege litteram. (Ostensis autem hijs) que dicta sunt de possibilitate finitate et infinitate motus ac possibilitate eiusdem contra Zenonē dicimus q partibile non contingit moueri nisi ſm accidens vt corpore moto aut magnitudine in qua est: sicut vtiq3 erit q in naui mouetur a nauis motu aut pars totius motu supple aut accidens motu sui subiecti: impartibile autem dico q est ſm quantitatem indiuisibilem vt punctus. Sed posset aliquis dicere ex quo sedens in naui mouetur per accidens et pars totius mouetur per accidens et omnia accidentia in subiecto mouentur per accidens vtrum omnia consimiliter mouentur per accidens. Respondet philosophus q non: quoniam sedens in naui et accidentia sic mouentur per accidens q non habent motum distinctum a motu totius subiecti vel cōtinentis. pars autem sic mouetur per accidens q habet motum distinctum a motu totius et cuiuslibet alterius partis vt est ostensum tractatu secundo huius sexti: et potest manifestari in motu celi: nam partes centrales videlicet iuxta polos tardius mouentur q partes circumferentiales cum in equali tempore minorem lineam describant: idem etiam apparet in omni motu alio circulari. sed in motu recto non ita apparet distinctio motus partis a motu alterius partis et a motu totius: quoniam omnes partes equevelociter mouentur inter se et cum suo toto: non igitur mouetur indiuisibile per accidēs eo modo quo pars mouetur. sed eo modo quo sedens in naui qui non habet motum distinctum a motu nauis ita indiuisibilia non habent motum distinctum a motibus suorum subiectorum. Lege litteram. (Et nanq3) partium motus alij sunt secundum q sunt motus partium et secundum q sunt totius motus: videbit autem aliquis maxime differentiam in spera circulariter mota: non enim eadem erit velocitas eorum partium que iuxta centru3 sunt et que extra centrū: et q totius sint nō vnius tm̄ existēte motu. Sicut igit dicebam sic qdē pringit

moueri impartibile sint naui sedens naue eunte.

Notandum primo ſm cōmentatorem cōmento.86.ꝙ potest aliquis dicere ꝙ h̄ nō inuenitur niſi in motu circulari:in recto vō motus partiū ſunt equales:⁊ ſitr motus totius in eo eſt equalis motui partiū:ſed forte diceretur in hoc ꝙ ptes ſpere videtur moueri magis per ſe ꝗ̄ illud ꝙ mouetur recte:cū ſpera videt̄ permanere ſm totū ⁊ moueri ſm ptes:ſed non eſt verꝫ vt declaratum eſt:ſed ſm totū mouetur. Dubiūꝫ qḋ mouet cōmentatoꝛ eſt iſtud:cū nō appareat diffoꝛmitas in motibus partiūꝫ mobilis niſi tm̄ in motu circulari:qꝛ in motu recto oēs ptes equeuelociter mouentur per ſe:⁊ cum toto.poſſet aliquis credere ꝙ h̄ eſt differētia inter motū rectū ⁊ motū circularē:qm̄ mobile motū:motu recto mouetur per ſe:⁊ ptes mouētur per accidēs:mobile vō circulariter motū mouetur per accidens ⁊ partes mouentur per ſe.

Contra iſtā rationē dicit cōmētatoꝛ ꝙ illud nō eſt verꝫ ꝙ coꝛpꝰ circulare moueatur per accidēs:⁊ ptes per ſe:qꝛ oſtenſum eſt in alio capitulo coꝛpus celeſte ſm ſe totū mouetur p ſe: quia mouet̄ ſm foꝛmā:⁊ mutat locuꝫ ſm foꝛmam.

¶ Secūdo notādū ſm cōmētatoꝛē eodeꝫ cōmento: ꝙ Ariſto.intendit cōgregare hic duo:quoꝝ vnum eſt notificare:qꝛ motus partiū per motū totius nō eſt p accidens pure:neqꝫ p ſe principaliter:ptes enī nō mouentur p ſe:quia mouētur in moto in quo cōueniūt cū accidētibus ⁊ foꝛmis que nō ſunt inata moueri per ſe.

¶ Diſtinctio quā intendit cōmentatoꝛ eſt iſta: eoꝛum que mouētur:quedā mouētur tm̄ per ſe:quedā tātum per accidēs:ea enī que mouētur nō in alio moto mouentur tantū per ſe vt ea que ſūt actu p ſe exiſtētia: ea vō que tm̄ mouētur ad motū alterius ⁊ nullū in ſe habēt motū mouētur tātuꝫ per accidēs vt accidētia ⁊ foꝛme:ſed illa que mouētur in alio:⁊ cū hoc habēt ppꝛiū motum illa mouētur partim per ſe ⁊ partim p accidēs vt ptes quātitatiue:p ſe autē mouētur inquātum hn̄t motū ꝓpꝛiūꝫ diſtinctū a motu totius ⁊ a motibꝰ aliarum per ſe:⁊ in hoc cōueniunt cū motis in actu p ſe exiſtentibus.per accidēs vō dicūtur moueri inquātū mouētur in alio:⁊ ad motū totius:⁊ ſic conueniūt cū accidentibus ⁊ foꝛmis que mouētur per accidēs tantū.

Dubitatur vtrū pħus loquit̄ de omni motu an tm̄ de motu locali cum dicit indiuiſibile moueri p accidēs. Rñdetur ꝙ loquit̄ ſoluꝫ de motu locali:qꝛ nō de motu locali diffoꝛmi quo ad ptes ſubiecti cuiuſmodi eſt motus circularis:quia celū mouetur circulariter ſm ſe totuꝫ: ⁊ tamen pūcta polaria mundi nullo mō mouētur per accidēs:⁊ idē dicitur de oī coꝛpoꝛe circulariter moto: ꝙ eius centruꝫ nō mouet̄ per ſe neqꝫ ꝑꝫ accidēs:cū nō per ſe neqꝫ ꝑ accidēs aliquā lineā circularē deſcribat: aliter nō eſſet centrum:vbi tamen fieret mētio de aliꝗs motibus poteſt cōcedi īdiuiſibilia alterari p accidens vꝫ caleſieri ⁊ frigeſieri dealbari ⁊ denigrari:ſiue fuerint puncta ſiue linea aut ſupſicies:nō tamen poſſūt pūcta augeri vel diminui p accidēs:⁊ linee per accidēs dicūtur per accidēs augeri vel diminui:nō tamen pꝛopꝛie ꝑ rarefactionē ⁊ condēſationē.(Per ſe aūt).Secūda

Tex. cō.87. cōcluſio impoſſibile eſt īdiuiſibile moueri p ſe. Iſtam concluſionem philoſophus quadrupliciter pꝛobat:⁊ pꝛimo ſic:ſi indiuiſibile mouetur per ſe:aut igitur duꝫ mouetur eſt totaliter in termino a quo:aut totaliter in termino ad quē:aut partim in termino a quo aut partim in termino ad queꝫ. nō poteſt dici ꝙ ſit totaliter in termino ad quem:qꝛ in termino ad quem nō eſt moueri ſed mutatum eſſe:nō etiam poteſt dici ꝙ ſit partiꝫ in termino a quo ⁊ partim in termino ad quem:quia indiuiſibile non habet partes:opꝛ igitur dicere ꝙ indiuiſibile dum mouet̄ eſt totaliter in termino a quo:ſed illud ꝙ ſm ſe totū eſt in termino a quo quieſcit:ergo indiuiſibile mouetur ſimul ⁊ quieſcit ꝙ eſt impoſſibile.

¶ Iſtud argumentū ponit philoſophus in terminis dicēs:ponatur igitur ꝙ indiuiſibile moueatur ex.a.b. a quo in.b.c.ad quē terminum in tempoꝛe.d.ſiue motus fiat ad vbi ſiue ad foꝛmaꝫ ſiue ſm eſſe ⁊ nō eē:ita ꝙ ſemper erit eadem ratio ſiue mobile moueatur de magnitudine in magnitudinem ſiue de foꝛma in foꝛmam ſiue de contradictoꝛio in contradictoꝛium: quero igitur vtrū indiuiſibile dū mouetur ſit ſm ſe totum in.a.b.aut in.b.c.aut partim in vno ⁊ partim in alio: nō quidem ſm ſe totum eſt in.b.c.quia tunc non mouetur ſed eſt mutatum cū ſit in fine motus:nō etiaꝫ eſt partim in vno ⁊ partim in alio:quia tunc impartibile haberet partes:opoꝛtet ꝙ ſecundum ſe totum ſit in.a. .b.quo conceſſo:ſequitur illud indiuiſibile ſimul moueri ⁊ quieſcere ex quo illud quieſcit quod eſt ſm ſe totum in termino a quo. Le.li. (Per ſe autem non contingit indiuiſibile ſimul moueri:mutetur ergo ex.a.b. in.b.c.ſiue ex magnitudine in magnitudinem quo ad motum localem ſiue ex ſpecie in ſpeciem).ideſt ex foꝛma in foꝛmam quo ad motum in quātitate ⁊ in qualitate ſiue ſm contradictionem quo ad motum in ſubſtantia que eſt generatio vel coꝛruptio:tempus autem ſit in quo pꝛimo mutatur in quo eſt.d. ergo neceſſe eſt ipſum ſm ꝙ mutatur tempus aut in.a.b.eſſe aut in.b. .c.ſm ſe totum:aut aliquod huius in hoc:aut vō in altero aut partim in hoc aut partim in alio: omne enim ꝙ mutatur ſic ſe habet:in vtroqꝫ quidem igitur terminoꝛum non erit aliquid ipſius:partibile enꝫ vtiqꝫ eēt aut vō non in.b.mutatum enim erit in termino ad quē conceſſum eſt autem mutari indiuiſibile:relinquit̄ igitur ipſum in.a.b.eſſe ſm tempus ꝙ mutatur: quieſcet ergo in eodem:igitur eſſe per tempus quoddā quieſcere:⁊ quare non contingit impartibile moueri neqꝫ omnino mutari.

Notandum ꝙ iſta ratio eſt ſatis expꝛeſſa in motu locali: ⁊ in motu ad quantitatem ⁊ in motu ad qualitateꝫ vbi alteratio ſit ab extrinſeco per partem poſt partem:ſed vbi alteratio fieret ab extrinſeco ſimul vt in illuminatione mediꝫ aut ab intrinſeco ſicut in reductione a quo ad frigiditatem non videtur argumentum procedere: quia diceretur indiuiſibile non eſſe dum mouetur alteratiue partim in termino a quo ⁊ partim in termino ad quem partibilitate extenſiua:ſed tantum intenſiua. Item videtur ꝙ argumentum non procedat in mutatione ſecundum contradictionem diceretur ꝙ eſt ſecundum totum in termino a quo: ex quo non ſequitur ipſum quieſcere in termino illo:quia tunc non eſſet dato quod mutaretur de non eſſe ad eſſe. ¶ Ad pꝛimuꝫ dicitur quod philoſophus pꝛeſupponit nullam foꝛmam habere partes intenſiuas niſi in ſubiecto quanto:quia aliter caliditas ſumma non poſſet agere in frigiditatem remiſſam: neqꝫ albedo ſumma poſſet immutare viſum:ideo oē ꝙ alteratur eſt diuiſibile: ⁊ qꝛ oē ꝙ alterat̄ ab intrinſeco pōt alterari ab extrinſeco

ideo Aristo. intendit argumētū istud fieri de eo ꝙ ab extrinseco alterat ꝙ necessario partibiliter mouet ꝑ diuisibilitate extēsiua. ¶ Ad secundū dicitur ꝙ Aristo. nō loquitur hic de mutatione indiuisibili que est mutatio per accidēs: sed de mutatiōe diuisibili q̄ est mutatio ꝑ se: ꝗ̄ Aristoteles ad h̄ declarādū ꝙ de tali mutatione loquit nō accipit indiuisibiliter terminos sed diuisibiliter per. a. b. ⁊. b. c. nō etiā accipit mensurā indiuisibilem sed diuisibilē vz. d. tēpus: ⁊ cū phus dicit hāc rationē procedere in mutatione que est ſm contradictionē loquitur iuxta modū Zenonis di. oē ꝫ motū de forma in formā esse mutationē de contradictione in cōtradictionem: quo cōcesso argumētū semp procedet: q̄m nō dicitur indiuisibiliter moueri neq̧ aliqd aliud si indiuisibiliter trāsmutat de nō esse ad eē: si igitur mouet opꝫ illud esse in termino a quo: sꝫ mobile in termino a quo nō mouetur: igitur idē simul mouet ⁊ nō mouetur ⁊c. (Solū enim). Secūdo arguit phus ad cōclusionē inferendo ex cōtradictorio illi⁹ magnitudinē cōponi ex pūctis tēpus ex instātibus ⁊ motū ex mutatis esse que oīa sūt reprobata tractatu prīo huius sexti: ⁊ ꝙ ista sequātur arguitur: nā spatiū ꝑ quod mouet mobile debet esse ꝓportionatū mobili sic ꝙ illi spatio se cōmensuret successiue: hoc autē esse nō posset nisi ipm mobile ſm totū vel ſm partē aliquotiēs sumptū redderet totum spatiū: ipm autem indiuisibile ſm partē nō potest reddere totū spatiū: igit ſm seipsū aliquotiēs sumptū reddit spatiū supra ꝙ mouet: ꝙ eē n̄ posset nisi spatiū ipm cōponeret ex idiuisibilibus: sed si spatiū cōponitur ex indiuisibilibus: opꝫ etiā ꝙ motus ⁊ tēpus cōponantur ex indiuisibilibus: q2 cōtinuitas motus est ex cōtinuitate magnitudinis ⁊ cōtinuitas temporis ex cōtinuitate motus ita ꝙ seinuicē cōdiuiduntur magnitudo motus ⁊ tempus: sic ꝙ cuilibet parti magnitudinis correspōdeat aliqua pars motus ⁊ tēporis: ⁊ ecōtrariō nō poterit magnitudo cōponi ex punctis quin motus cōponatur ex mutatis ⁊ tēpus ex instantibus. Te. li. (Solū enī si esset ipsius idiuisibilis motus si tēpus esset ex ipsis nūc in quibus eēt motus hoc est falsum): semper enim in ipso nunc est motū esse ⁊ mutatū quare moueri quidē nequaꝙ̄ est in ipso nunc: motum aūt semper est in ipso nunc: hoc aūt ꝙ īpossibile sit: vꝫ ꝙ moueri sit in ipso nunc ostensum est prius: neq̧ enim ex ipsis nūc tempus nec linea ex ipsis punctis neq̧ motus ex momētis est: nihil eniꝫ aliud facit hoc dicens vꝫ indiuisibile moueri per se quā aut motum ex indiuisibilibus sicut si tēpus ex ipsis nunc autem magnitudinem ex punctis.

Notandum ſm cōmentatorē commento. 88 ꝙ ex hoc sequeretur vt motus semp transferret de instanti ad instans ⁊ de magnitudine indiuisibili ad magnitudinē indiuisibilē: motū enī tunc īdiuisibile esset si esset in magnitudine indiuisibili ⁊ in tēpore indiuisibili ⁊ eēt motus compositus ex finibus motuū idest ex mutatis eē. Et si aliquis vellet arguere ꝙ indiuisibile nō pōt moueri per accidēs: quia tunc trāsfertur de istāti ad instās ⁊ de magnitudine indiuisibili ad magnitudinem indiuisibilē: q2 cōmensuraret se spatio ⁊ motus tēpori. Respondetur negādo cōsequētiā vnde si indiuisibile moueretur ꝑ se ipm coextēderet spatio ⁊ mensuraret se ei: nō autē si mouet per accidēs: ⁊ si moueret per se imediate trāsferetur de indiuisibili ad indiuisibile tā in tēpore ꝙ̄ in magnitudine ꝙ nō contingit si mouetur per accidens: anima enī ex quo est in loco per accidēs ſm phum quarto huius nō opꝫ ꝙ cōmensuret se loco cuꝫ locus sit equalis locato per Aristo. ibidē. (Amplius autem). Tertio arguit phus ad eandē conclusionē sic: omne ꝙ mouetur per se anteꝙ̄ pertranseat spatiū maius pertransit spatiū minus vel equale: si igitur indiuisibile mo² per se igitur añꝙ̄ perāsit spatiuꝫ ma⁹ ꝑtrāsit spatiū minus vel eq̄le ꝙ est impoſe: pro vtraq̧ enī parte non pertransit spatium motus: quia nihil est minus in diuisibili neq̧ pertransit spatium equale: quia cuꝫ linea super quaꝫ fit motus localis componatur ex spatijs equalibus mobilis per se: sequitur lineaꝫ componi ex indiuisibilibus: illud enim ꝙ per se mouetur pertransit spatia immediata equalia sibi: si igitur indiuisibile per se mouetur oportet ꝙ pertranseat indiuisibilia immediata ꝙ esse non potest nisi linea componatur ex indiuisibilibus. Te. li. (Amplius autē). Ex hijs manifestum ꝙ neq̧ punctū nec aliud indiuisibile nullum contingit moueri: omne enim ꝙ mouetur impossibile est prius maius moueri ipsius. i. maius spatium pertransire seipso quā aut equale aut minus: si igitur h̄ est vnum manifestum q2 ⁊ punctum minus aut equale mouebitur idest pertransibit primum: quoniam indiuisibile est minus moueri. i. pertransire prius equale: ergo ipsi pertransibit indiuisibile: quare erit linea ex punctis: semper enim per equalem motum omneꝫ idest totam lineam punctum mensurabit. Si autē hoc impossibile est ꝙ linea ex punctis componatur ⁊ moueri indiuisibile impossibile est. Tex. cō. 89.

Notanduꝫ primo ſm cōmentatorē cōmento. 89 ꝙ Auēpeche nō bene dixit fingit enim ꝙ diuisibilitas quā negauit a moto ē alia a diuisibilitate quā dedit hic motui ⁊ ꝙ diuisibilitas illa ꝙ̄ illic declarauit ē diuisibilitas continua ſm id ⁊ quo ⁊ ſm id ad quod: ⁊ iam determinamus hoc superius vt patuit primo capitulo secūdi tractatus huius sexti. Aristotelis posuit omne ꝙ mutat esse diuisibile probans illud per hoc omne ꝙ mutatur partim est in termino a quo ⁊ partim est in termino ad queꝫ: vbi dixit Auēpeche ꝙ Aristoteles ibi nō est locutus de diuisibilitate extensiua subiecti: sed tantum de diuisibilitate terminorū ꝑ accidētia: ⁊ ꝙ hic loquitur de diuisibilitate mobilis per partes suas: commentator autem reprobauit eum di. ꝙ philosophus sicut hic locutus ē de diuisibilitate mobilis. Sed ē difficultas in quo igitur differt hic determinatio a priori. Respondetur ꝙ ibi probauit: solum diuisibilitatē mobilis per comparationē ad terminos motus: hic auteꝫ ad terminos motus: ⁊ ꝑ comparationē ad spatiū ⁊ ꝑ cōparationē ad tēpus ita ꝙ ibi locutus est in generali hic autem in speciali.

Secundo notādum ſm cōmētatorē eodem cōmento ꝙ si indiuisibile posset per se moueri contingeret questio Zenonis: naꝫ si motum esset indiuisibile ⁊ moueretur per indiuisibilia. scilicet per puncta ⁊ puncta in linea sunt infinita necessario sequitur nunꝙ̄ motum peruenire ad fineꝫ spatij: ⁊ ista consecutio ē alio modo ab eo quo vtitur ea Zeno. ¶ Intendit commentator ꝙ si linea componitur ex indiuisibilibus: sequitur mobile nunꝙ̄ posse peruenire ad finem illius: non quidem eo modo quo arguebat Zeno. quia oportēt infinita pertransire scilicet medietatem totius: ⁊ medietatem medietatis: ⁊ sic in infinitum: sed alio modo: quoniā si linea componitur ex


indiuisibilibus ⁊ in qualibet linea sunt infinita indiuisibilia: igitur linea est infinita: patet consequentia: quia componitur ex infinitis partibus equalibus non communicantibus: sed non contingit peruenire ad finem spatij infiniti: igitur quacūq; linea data non contingit Tex. cō.90. peruenire ad finem illius. (Amplius autem). Quarto arguit philosophus ad eandem conclusionē premittens tres suppositiones: quarum prima est ista: omne ꝙ mouetur mouetur in tempore: patet: quia omne qḋ mouetur mouetur in tempore vel in instanti: sed in instanti nihil mouetur vt probatuȝ est in hoc sexto: igit̄ omne ꝙ mouetur mouetur in tempore. ¶ Secunda suppositio: qḋlibȝ tempus ē diuisibile: ista suppositio etiam est probata in hoc sexto ex eo ꝙ primum tēpus componitur ex [illegible] ¶ Tercia suppositio: si aliquod mobile mouetur tantum corpus quantum est illud mobile in minori tēpore potest moueri: patet: qm̄ si aliquod mobile mouetur ipsum mouetur in aliquo tempore per primam suppositionem: ⁊ omne ꝙ mouetur in aliquo tempore potest moueri in minori tempore: cum omne tēpus sit diuisibile per secundā suppositionem: igitur per idem tantum corpus quantuȝ est illud potest moueri in minori tempore ita ꝙ si .a. mobile potest moueri in hora .b. mobile tantuȝ quantuȝ est illud potest moueri ī medietate hore. T.e.li. (Amplius si pro quia omne ꝙ mouetur in tempore mouetur cum probatum sit in ipso nūc nihil moueri): ista est prima suppositio cui succedit secūda: omne auteȝ tempus diuisibile est: ex quibus sequitur tertia vȝ erit vtiq; aliqḋ tempus minus quolibet eorū que mouent̄ in quo mouetur tantuȝ corpus quantuȝ ipsuȝ motuȝ: hoc quideȝ enim erit tempus in quo mouet̄ mobile si aliquid huiusmōi mouetur, ꝓpter id qḋ mouetur esse in tēpore: tēpus autē oē diuisibile esse ostensuȝ est prius. ¶ Istis suppositionibus premissis arguit philosophus sic: si aliquod mobile mouetur tantum corpus quantū est illud potest moueri in minori tempore per suppositionem tertiam: igitur si aliquod mobile mouetur minus illo potest moueri in minori tempore: patet cōsequentia: quia si tantuȝ corpus quantuȝ est mobile pōt moueri in minori tempore a fortiori minus illo pōt moueri in minori tempore: patet consequētia: quia maiori tempori correspondet maius mobile ⁊ minori tempori minus: tunc arguitur sic: si aliquod mobile mouetur minus eo pōt moueri in minori tempore: igit̄ si indiuisibile mouetur minus illo ī minori tempore potest moueri: sed cōsequens est indiuisibile: q2 tunc indiuisibile diuideretur in aliquod minus sicut tempus diuiditur in tēpore ꝙ est impossibile. T.e.li. (Si igit̄ punctum mouetur erit aliqḋ tempus minus in quo ipsum motuȝ est): sed impossibile est: in minori enim tempore necesse est minus mobile moueri: quare erit diuisibile indiuisibile in minus sicut ⁊ tempus in tēpus. ¶ Ex predictis infert Aristo. ꝙ non potest indiuisibile moueri per se nisi sit motus in ipso nunc: ⁊ nisi sit possibile aliquid moueri in instanti: quoniam eiusdem rationis est mouere in instanti ⁊ mobile aliquod indiuisibile per se moueri: quia vt dictum est si indiuisibile per se moueretur spatium componeretur ex punctis: et tēpus ex instantibus ⁊ motus ex mutans eē: igitur mutatuȝ eē esset in instanti: sed mutatuȝ esse esset motus: q2 esset pars motus: igitur mot⁹ esset in instanti. T.e.li. (Solūmō .n. mouebit̄ impartibile ⁊ indiuisibile si erit in ipso nunc possibile moueri athomo: eiusdeȝ autem rationis est in tempore nunc moueri ⁊ indiuiduum) .i. indiuisibile aliquod moueri.

Notandum ꝙ omnes rationes probantes [illegible] posse per se moueri possunt fieri ad probandum indiuisibile non posse moueri per accidens: ⁊ cōsequenter ꝙ nullo modo potest moueri: quoniā si īdiuisibile aliquo mō mouet̄ aut igit̄ est totaliter in termino a quo aut totaliter in termino ad quē aut partim in termino a quo aut partim in termino ad quem. Item si indiuisibile potest moueri: igitur potest se commensurare spatio. Item si potest moueri: igitur potest pertransire prius spatium minus se vel equale ꝙ̄ maius. Iteȝ si potest moueri: igitur in minori tempore minus illo potest moueri. Et patet ꝙ iste consequentie solum tenent gratia materie: si enim tenerent gratia forme oīa inconuenientia que adducta concesso indiuisibili moueri per se possent adduci contra primaȝ conclusioneȝ asserentem indiuisibile posse moueri per accidens: vnde q2 mobile per se necessario debet esse quantū: ideo oportet ꝙ p̄tim sit ⁊ ī termīo a quo ⁊ partim in termino ad quē: ⁊ ꝙ cōmensuret se spatio: ⁊ ꝙ prius pertranseat spatium minus vel equale ꝙ̄ spatiuȝ maius: ⁊ ꝙ si moueatur in tempore aliquod minus eo moueatur in minori tempore .s. quo ad pertransitionem alicuius: si igitur in spatio: quocūq; eni signo accepto in spatio semper pars prius illud signum pertransit ꝙ̄ totum mobile: ⁊ maxime ī mobili vniformiter moto quo ad subiectuȝ quia forte difformiter moto quo ad partes subiecti illud nō esset verū exemplificando de sperico moto punctaliter in plano.

Sed dubitatur ostendendo ꝙ indiuisibile potest per se moueri quia potest per se quiescere ꝙ declaratur de centro rote figuli: illud enim centrum quiescit ⁊ non per accidens: igitur per se: patet consequentia cū minori: quia non quiescit ad quietem alteri⁹: ⁊ maior apparet ex eo quia illud centrum non mouetur ⁊ est aptum natum moueri, sc3 motu recto. Respondetur ꝙ ista ratio solum probat centrum illius rote quiescere quiete opposita motui recto: ⁊ h̄ conceditur: ⁊ consequenter ꝙ quiescit per accidens ad quietem totius: nam totum licet moueatur circulariter tamen quiescit quiete opposita motui recto.

Contra ea que dicta sunt Gregorius de arimino secundo sniaꝝ ꝙ indiuisibile non mouetur nec quiescit per se vel per accidens: probans ex intentione puncta ⁊ alia indiuisibilia situm habentia in continuo nullo modo posse esse ⁊ primo sic: si in .a. linea sunt puncta indiuisibilia: aut igitur preter omnia puncta .a. est aliqua entitas in .a. aut non: si non: igitur .a. constat precise ex punctis cuius oppositum est demonstratuȝ in hoc sexto: si sic: igitur in .a. est aliqua entitas que nec est pūctus nec includens punctum: alioquin preter omnia puncta daretur punctus quod ē impossibile. Secūdo ponat̄ ꝙ de⁹ destruat omnia puncta .a. ⁊ precise illa que posita: ⁊ admisso: quero vtrum remanet aliqua entitas .a. aut nulla: si igitur nulla: igitur .a. cōponebatur ex pūctis: si aliqua aut igitur illa est diuisibilis aut nō: si est diuisibilis ⁊ nō nisi per punctum: igitur remanet aliquis punctus ꝙ est contra casum: si non est diuisibilis illa non videtur esse aliud ꝙ̄ punctus: ⁊ sic iterum remanet aliquis punctus ꝙ est contra casum. Tertio pono ꝙ ma

gnitudo supponat magnitudini.b.sibi equali: ⁊ deinde ꝯseruet deus oia pūcta.a.nullā aliā entitatē cōseruādo: ⁊ sitr pūctū in situ alio stat[illegible]ēdo. ⁊ q̄ro vtrū illa pūcta occupēt totā magnitudinē b sicut prius occupabat tota magnitudo a.aut alique ptes b.remanēt vacue.si primū igit pūcta sūt imediata b.cui⁹ oppositū demōstrat in hoc.6.si scōm igit illas ptes a.prius occupabāt que nō icludebāt aliquē pūctū:sʒ q̄libet pars linee est linea:igit aliqua ē linea que nō icludit aliquē pūctū. ⸿ Quarto si eēnt puncta idiuisibilia hoc esset iō vt terminarēt cōtinuū ⁊ darēt illi esse finitū: ⁊ p ꝯñs si ab aliq̄ linea pūcta extremalia tollerent nullo alio ablato illa linea esset infinita extēsiue: q2 nō haberet principiū neq̄ finē. ⸿ Itē dato illo sequit ꝙ i mobile dat primū motū: ⁊ ꝯñter primū ptransitū in spacio ⁊ primū mēsurās in tpe quoꝝ opposita demōstrant a pħo in hoc.6.di.ꝙ nō ꝯtingit dare primū in tpe: neq̄ in spacio: neq̄ in mobili: ⁊ ꝙ illud sequat manifestum est: q2 daret pūctus terminās mobile pri⁹ ptrāsiens q̄dcūq̄ signū in spacio ꝙ ipsuʒ mobile vel aliqua ps eius: ⁊ ꝯñter spacij ptrāseūdi prius pūct⁹ eēt primum ptrāsitū: ⁊ q2 oē ptrāsitū eē mēsurat instāti necio dabitur in tpe primū mēsurās: alias rōnes facit que solute sunt ante dū arguebat idiuisibilia eē imediata in cōtinuo. ⸿ Ad primū dicit.in a.sunt infinita quoꝝ nullū est aliquis pūct⁹: vʒ infinite ptes a. ⁊ cū ꝯcludit ꝙ i.a. est aliquid ꝙ nec est pūctus nec icludēs pūctū. negat ꝯñā q2 lʒ pūcta nō sint partes linee [illegible] in primo mō dicēdi per se: sicut.n.vnitas icludit in numero nō obstāte ꝙ vnitas nō sit numero nec pars numeri: ita pūct⁹ includit in linea: nō obstāte ꝙ pūct⁹ nō sit linea neq̄ ps linee. ⸿ Ad scōʒ dicit ꝙ ille casus nō est pōtis. sicut.n.nō ē poīe ꝙ deus destruet oēm vnitatē remanēte numero aut oēʒ nāsuʒ remanēte symitate: ita est ipoīe ꝙ destruat oia pūcta linee remanēte linea: aut aliqua pte eius: q̄m sicut numerus icludit essentialr vnitatē ⁊ symitas nasuʒ: ita linea ⁊ quelibet pars linee icludit eētialiter pūctū. ⸿ Et admisso casu dico ꝙ remanēt infinite partes a.quarū q̄libet est diuisibilis: nō tñ actu diuidetur neq̄ vna est extra aliā ꝓpter carētiā pūctoꝝ. sicut et i mā prima absoluta a quātitate eēt diuisibilis in infinitas partes: nō tñ haberet partē extra partē ꝓpter defectuʒ quātitatis: ita in casu isto oēs partes a.essent inuicem multiplicate: ⁊ nō eēt vna pars extra aliā ꝓpter defectū pūctoꝝ. ⸿ Ad tertium admisso illo casu: dico ꝙ illa pūcta nihil occupāt: q2 occupatio sit⁹ aut loci ē rōne quātitatis ⁊ magnitudinis p Aristo.4.hui⁹: non etiaʒ alique partes b.remanēt vacue: q2 ad omnē punctum b.sunt multiplicata oia puncta a. ⁊ si aliquis poneret oia illa pūcta manere absq̄ multiplicitate: ⁊ partibus linee nō admittet casus: q2 nō iplicat ꝯtradictionem.ex illo.n.casu sequit vnū pūctū eē extra alium: ꝙ nō cōtingit absq̄ q̄titate media. ⸿ Ad quartū cōcedo ꝙ iō ponunt pūcta vt termināt lineā ⁊ dēt illi eē finitū ⁊ in casu illo dicit ꝙ illa linea esset infinita extēsiue nō positiue sic ꝙ excederet oēm lineā finitā sʒ negatiue q2 nō haberet principiū nec finem. ⸿ Itē cōcedo ꝙ tam in mobili q̄ in spacio q̄ i tpe est dare primū: neq̄ hoc ꝯtradicit determinationi Aristo.q2 nō loquit de prīo in numero indiuisibiliū: sed de primo in numero partium: ita ꝙ datur primū indiuisibile motū ⁊ primū indiuisibile pertrāsitū in aliquo spacio: ⁊ primuʒ mensurans indiuisibile in tempore: sed non datur prima ps mobilis: neq̄ spacij: neq̄ temporis quare ⁊c.



Utatio autem nō ē) Tex. cō.91. Ista est scōa pars capituli in qua pħus demōstrat nullaʒ mutatiōeʒ p̄ter circularē eē duratione infinitā possibili p̄ [illegible] nullā motū eē infinituʒ ex parte mobilis infiniti negatiue sūpti i qua ponit tres ꝯclusiones: quarum prima est ista. Nulla mutatio ad formaʒ est duratione infinita. Scōa ꝯclusio. nullus motus localis alius a motu circulari est duratione infinit⁹.ibi.(Loci auteʒ mutatio.) Tertia ꝯclusio. possibile est motū aggregatū eē duratione infinitā ibi.(Sʒ si sic.) ⸿ Primā ꝯclōnē arguit pħus sic. nulla mutatio terminata est duratiōe īfinita: sed oīs mutatio ad formā est terminata: igit nulla mutatio ad formā est infinita. tʒ ꝯñā cū maiori. q2 oppo^m iplicat ꝯdictionē. ⁊ minor declarat inductiue in oībus mutatiōibus ad formā que sunt in p̄dicamēto substātie qualitatis ⁊ quātitatis: enī in p̄dicamēto substātie oīs mutatio est generatio vel corruptio. cōstat autem q̄ [illegible] terminant duob⁹ terminis: vʒ duob⁹ ꝯtradictorijs que sūt eē ⁊ nō eē seu affirmatio ⁊ negatio cū oīs generatio fit de nō eē ad eē: ⁊ oīs corruptio de esse ad nō esse. ⸿ Itē oīs motus de p̄dicamēto qualitatis dicit alteratio. cōstat aūt oēm alterationē esse terminatam: vʒ ꝯtrarijs. cū oīs alteratio fit de ꝯtrario in ꝯtrarium: calefactio.n.est de frigido i calidū: ⁊ frigefactio de calido in frigiduʒ: albefactio de nigro in albū: ⁊ denigratio de albo in nigrū: ⁊ sic de alijs suo mō. cōstat aūt calidū ⁊ frigidū inuicē cōtrariari ⁊ terminare calefactionē ⁊ frigefactionē. simitr albū ⁊ nigrū sunt ꝯtraria ⁊ termināt dealbationē ⁊ denigrationē. Cōsimilis terminatio apparet in p̄dicamēto quātitatis i quo sūt augmētatio ⁊ diminutio: quib⁹ istoꝝ motuū est de cōtrario in cōtrariū: dʒ de quātitate minori in quātitateʒ maioreʒ vel ecōtra: igit quilibet istoꝝ motuū terminatur ꝯtrarius: igit nullus eoꝝ est duratiōe infinitus. Le. li. (Mutatio aūt nō est: neq̄ vna infinita fm duratio nem. oīs enī mutatio ex quodā in quiddā: ⁊ que est in ꝯtradictiōe). i. in sūba (⁊ in ꝯtrarijs). s. in quātitate ⁊ qualitate (quare eoꝝ que sunt fm ꝯtradictionē: affirmatio ⁊ negatio est terminus est vt gnātionis quidem esse corruptiōis: aut nō esse termin⁹ est. Eoꝝ aūt que sunt in cōtrarijs) termini sunt ipsa (cōtraria hēnt vltima sunt mutatiōis) que est de cōtrario in cōtrariuʒ (q̄re ⁊ alterationis oīs) sunt aliqui termini [illegible] enī quibusdā est alteratio) q̄cūq̄ sit illa. (Sitr aūt augmēti ⁊ decremēti) sūt aliqui termini: augmēti q̄dē terminus est qui est fm propriā naturā p̄fecte magnitudinis decremēti aūt) motus est (que est ab hac) perfecta magnitudine (remotio.)

Notandum primo fm cōm̄tatorē [illegible] ꝙ [illegible] dit per cōtraria opposita que inueniunt in alteratione que dicunt principaliter cōtraria ⁊ propria: ⁊ que inueniūtur i augmēto ⁊ diminutiōe. s. magnū ⁊ paruū. Duas distinctiones intēdit cōmētator: quaꝝ prima ē ista cōtrarioꝝ q̄daʒ sunt principalr cōtraria: ⁊ q̄daʒ min⁹ principalr cōtraria. principalr sunt illa que sub eodeʒ

genere maxime distāt vt caliditas ⁊ frigiditas: albedo ⁊ nigredo. cōtraria min⁹ principaliter sūt illa que sub eodē genere maxime nō distāt vt albedo ⁊ paledo. nigredo ⁊ viredo. ¶ Scđa distinctio. ꝯtrarioꝝ q̄dā ꝓprie ⁊ q̄dā ip̄roprie cōtrariant. illa ꝓprie cōtrariant que opponunt in eē absoluto vt exēplificatū est. illa sunt cōtraria ip̄roprie que inuicē opponunt in eē respectiuo vt magnū vel paruū. nihil eni est simul calidū vel frigidū: neq̄ albū ⁊ nigrū: neq̄ albū ⁊ palidū. iō talia ꝓprie ꝯtrariant: sed q2 aliquid simul est magnū ⁊ paruū: lȝ nō respectu eiusdē: sȝ diuersoꝝ: iō magnū ⁊ paruū sunt inuicē ip̄roprie ꝯtraria. loquit ergo phus hic de oib⁹ ꝯtrarijs: siue sint ꝯtraria principalr siue nō principalr siue ꝓprie siue ip̄roprie. alteratio eni ē motus inter ꝯtraria principalr ⁊ ꝓprie. sed augmētatio ⁊ diminutio sunt motus īter cōtraria ip̄roprie. s. inter magnuȝ ⁊ paruum.

Sed dubitatur qm̄ motus specificatur a termio ad quē ſ̄ȝ phm̄. 5. huius. ⁊ magnū ⁊ paruū sunt cōtraria in relatiōe per Aristo. in p̄dicamētis: igit augmētatio diminutio sunt mot⁹ de p̄dicamēto relatiōis: ⁊ nō de predicamēto quātitatis cui⁹ oppositū determinat. 5. huius. ¶ Rn̄det q2 augmētatio ⁊ diminutio nō sunt in magnū ⁊ paruū rōne magnitudinis ⁊ paruitatis q̄ sunt respectus: sed rōne quātitatū successiue acquisitaruȝ ꝑ motū vt icludūt respectū magnitudinis ⁊ paruitatis. quelibet. n. mēsura formalr accepta includit q̄titatē cōtinuā vel discretā ⁊ respectū cōmēsurationis vt tēpus: numerus ⁊ vlna: ⁊ tn̄ nihil mēsurat respectu cōmēsuratiōis: sed tn̄ in quātitate ꝯtinua vel discreta nō quidē simplr sūpta: sed vt includit respectū illū: ita augmētatio ⁊ diminutio sūt formalr in magnū ⁊ paruū diuersarū rōnū: nō tamē sunt formalr in magnitudieȝ ⁊ paruitatē: sed sunt formalr in quātitatē tn̄: tn̄ vt icludit respectū magnitudinis ⁊ paruitatis: sicut igit motus nō mēsurat tēpore rōne numeratiōis sic: neq̄ pānus vlna rōne cōmēsuratiōis respectiue: sed tn̄ ratione quātitatis vt tn̄ includit respectū cōmēsuratiōis: ita augmētatio vel diminutio nō dicit mot⁹ rōne magnitudinis vel paruitatis: sed tn̄ rōne quātitatis vt tn̄ includit respectum illum.

Secundo notādū ſm cōmētatorē eodē cōmēto q2 oē gn̄abile naturale hȝ aliā quātitatē in initio gn̄atiōis ⁊ in fine: ⁊ ista q̄titas hȝ extrema ⁊ media. verbi gratia. qm̄ quātitates embrionū sunt terminate. s. minimi embrionis ⁊ maximi. ⁊ silr quātitates hoīuȝ sūt termiate. s. maximi ⁊ minimi. vn̄ ip̄ossibile est augeri in ifinitū ac diminui. naȝ si trāsiuerit quātitatē nālem in diminutiōe ⁊ additione statim corrūpet ens. actio eni cuiuslibet entis ꝑficit per suā quātitatē ⁊ qualitatē terminatā: sicut est dispositio in entib⁹ artificialib⁹.) ¶ Prima ꝓpō cōmenti est ista. cuiuslibet gn̄abilis nālis alia ē quātitas i principio ⁊ alia in fine. ista ꝓpōsitio est dupla ꝓpter minima nālia que subito generant sicut est minimū aque: ⁊ minimū aeris. talia. n. nō habēt aliā quātitatē i principio ⁊ aliā in fine: ex quo nō successiue fiunt. Et iō dicitur q2 duplex est gn̄abile: vȝ cōpletū ⁊ incōpletū. completū est illud qđ terminat totā actionē agētis. icōpletuȝ autē q2 nō terminat: sȝ est ex ordine nāe potentiale ad vlteriorē ꝑfectionē agētis. nō ergo loquit hic commētator de omni generabile: sed tn̄ de generabili cōpleto q2 habet rationē finis: nō autē de generabili icōpleto q2 habet rōnem eius q2 est ad finē. cōstat autem oia minima naturalia que generant ⁊ corrumpuntur esse gn̄abilia incōpleta ⁊ ordinata ad finalē cōplementum: ⁊ de talibus nō intēdit cōmētator q2 habēt aliaȝ quātitatē in principio ⁊ aliā in fine: sed de cōpletis generabilib⁹ est verū cuȝ sint maiora in fine gn̄atiōis q̄ in principio: ⁊ plura minima habeāt in fine q̄ in principio. ¶ Scđa ꝓpō. cuiuslibet gn̄abilis nālis quātitas hȝ extrema ⁊ media. Ista ꝓpō est manifesta: qm̄ cuiuslibet gn̄abilis nālis semꝑ intelligēdo cōpleti dat primū ⁊ vltimū minimū nāle: ⁊ īter ista dant alia minima nālia: q2 nullū gn̄abile cōpletū cōstat tn̄ ex vno vel duob⁹ aut tribus minimis tn̄: sed plurib⁹ necessario. ¶ Itē qđlibet tale terminat per maximū vel minimuȝ: q2 tam in hoīe q̄ in embrione dat maximū ⁊ minimū q2 quidē dictuȝ nō est sic intelligēduȝ q2 est dare hoīem vel embrionē quo nō pōt dari minor: ⁊ q2 est dare hoīeȝ vel embrionē quo nō pōt dari maior: qm̄ tunc posset dari instās hoīs ⁊ embrionis q2 est ip̄ossibile. ⁊ pȝ ꝯn̄a. q2 quocūq̄ tali dato ipsuȝ posset incipe minui vel maiorari. intēdit igit cōmētator hic loqui sicut primo celi. cū dicit potētiā actiuā terminari ꝑ maximuȝ ⁊ passiuā per mimū q2 est intelligēdū affirmatiue ⁊ inclusiue: sed negatiue ⁊ extēsiue quātitas hominis ⁊ embrionis terminat per maximū negatiue ⁊ exclusiue: q2 est dare aliquā quātitatem sub qua nō potest eē homo: ⁊ sub qualibet minori vel tanta citra certā potest esse homo. terminat etiā quātitas hoīs ⁊ embrionis per minimū negatiue ⁊ exclusiue: q2 est dare aliq̄ quātitatē sub qua nō potest esse homo ꝓpter suā paruitatē: sed sub qualibet maiori infra certā potest eē homo: ⁊ ita de embrione ꝯsimiliter dicat. ¶ Tertia ꝓpositio. quodlibet gn̄abile nāle statim corrūpet si trāsiret terminū sue quātitatis in magnitudine ⁊ paruitate pȝ ponēdo q2 a. b. sunt termini totius latitudinis quātitatis sub qua potest esse homo: sic q2 a. sit minima quātitas sub qua nō pōt esse hō rōne sue magnitudinis: ⁊ b. sit maxima quātitas sub qua nō potest esse homo rōne sue paruitatis. c. autē sit quātitas īter media: ⁊ patet q2 homo non potest esse sub a. neq̄ sub b. sed bene sub c. ideo nō solū si transiret a. vel b. corrumpet homo: imo si attingeret aliquod illoruȝ inclusiue statim corrūperet. Et si arguat sic. a. ē minima quātitas sub qua nō pōt esse homo: igit sub qualibet minori vel tāta potest esse homo. negat ꝯn̄a. sed bene sequit q2 sub qualibet minori citra b. potest esse homo: sic q2 sub qualibet quātitate minori a. ⁊ maiori b. potest eē homo. ¶ Quarta ꝓpositio. quelibet actio agētis naturalis terminat quātitate ⁊ qualitate. ꝓbat. ita est i natura sicut ⁊ in arte: sed quelibet actio agentis artificialis terminat quātitate ⁊ qualitate: igit ⁊c. patet ꝯn̄a cū maiori: q2 ars ymitat naturā inq̄tū pōt per phȝ. 2. huius. ⁊ minor declarat. qm̄ artifex nō pōt ꝓducere statuaȝ vel domū quātācūq̄ magnā vel quātācūq̄ paruam. nō etiā potest ꝓducere lateres vel fialas sub caliditate quācūq̄ intensa vel remissa: sed datur terminus exclusiuus sue actionis tam in paruitate q̄ in magnitudine: tam intēsiōe q̄ remissione. Sed differt actio agētis nālis ab actiōe agētis artificialis in hoc: qm̄ actio agētis naturalis potest terminari inclusiue in quantitate ⁊ qualitate: non autē actio agentis artificialis. agēs eni naturale ꝓducit minimū ſm quātitatē quo minus nō posset generari: sȝ quocūq̄ dato q2 ꝓducit ab agēte artificiali minus illo posset ab eodē ꝓduci: lȝ nō ſm

[illegible] [illegible] per [illegible] agens natura'e pducere effectū sub caliditate vel frigiditate sūma. hoc autem non pōt [illegible] agens artificiale.

Dubitatur cōtra cōclusionē q2 videtur aliquā mutationē ad formā esse duratione īfinitā: quoniā eternaliter sub polis generatur aer ⁊ corrumpit ignis ⁊ eternaliter sub equinoctiali generatur ignis ⁊ corrumpitur aqua: sȝ nō est generatio vel corruptio absq3 alteratiōe: igitur tam alteratio q̄ generatio ⁊ corruptio est eterna absq3 fine. ¶ Rñdet q̄ nō est aliqua vna generatio eterna: vel corruptio vna: sed tm̄ aggregata ex infinitis gnātionibus infinitorū minimorū: q2 ibi nō gnātur aliquis ignis successiue eternitate cōtinua: sȝ tm̄ eternitate discōtinua ita q̄ primo generat vnū minimuȝ: deinde aliud p tēpus post ⁊ sic in infinitū. ⁊ sicut qlibet generatio terminatur per esse ⁊ nō esse: ita quelibet corruptio ⁊ qlibet alteratio. cuȝ eni in minimo naturali fuerit introductus gradus sūmus caliditatis aut frigiditatis: tūc cessat illa alteratio: ⁊ est terminata duob⁹ cōtrarijs: videlicet caliditate sūma ⁊ frigiditate sūma. (Loci autē mutatio.) ¶ Secūda cōclusio. nullus motus localis alius a motu circulari est duratione infinitus. istam ɔclusionē phs dupliciter pbat ⁊ primo excusat se in hoc q̄ ratio facta pro prima cōclusione nō eque bene pōt applicari ad hāc secūdā ɔclusionē: q2 terminatio p ɔtraria ⁊ ɔtradictoria: nō ita apparet in motu ad vbi: sicut in motu ad formā. motus eni circularis nō videt esse de contrario in cōtrariuȝ: cum sit ab eodē in idem. neq3 motus aīalis ɔgressiuus non circularis videtur esse de cōtrario in cōtrariū: q2 non apparet q̄ locus a quo monet aīal cōtrarietur loco ad quē vadit: sȝ huius cōtrarietas tm̄ apparet in motu recto grauiū ⁊ leuiū: videlicet in sursū a deorsum ⁊ ecōtra. Ista excusatione pmissa arguit phs sic: q̄ īpossibile est eē trāsmutatū non cōtingit transmutari: sed īpossibile est aliud a circulariter moto esse in infinitū cuȝ trāsmutatum igit impossibile est aliud a circulariter moto transmutari in infinituȝ. ⁊ per ɔ̄ns īpossibile est motū localem aliū a motu circulari esse duratione in infinituȝ. patet ɔ̄ña cuȝ minori. ⁊ maior declarat inductiue. naȝ cū impossibile dicat multipliciter: vȝ f̄m artem ⁊ f̄m naturā qualitercūq3 accipiat q̄ ipōle ē eē diuisuȝ ipōle est diuidi: ⁊ q̄ impossibile est factuȝ esse impossibile est fieri ⁊ q̄ impossibile est esse trāsmutatū f̄m formā impossibile est trāsmutari f̄m formā: ⁊ per ɔ̄ns etiaȝ q̄ īpossibile est esse trāsmutatū localiter impossibile est transmutari. Te. li. (Loci autē mutatio sic quidē nō erit finita) sicut mutatio ad formā (nō eni oīs) motus localis (in cōtrarijs est) ⁊ cōtradictorijs sicut mutatio ad formā (sed qm̄ nō ɔtingit decidi) .i. diuidi (q̄ īpossibile est decisuȝ esse multitudine dicit īpossibile) sȝ qualitercūq3 accipiat q̄ nō ɔtingit sic) .i. aliquod esse decisum (īpossibile est decidi neq3 oīno) q̄ īpossibile ē (eē factum) possibile est fieri (neq3 q̄ mutatū esse est īpossibile cōtingit mutari vtiq3 in q̄ īpossibile est mutari.

Notandum f̄m cōmētatorē cōmēto 92. q̄ q2 cōtrarietas in loco nō inuenit in oībus translationibus sicut in translatione aīati ⁊ in quibus inuenit nō manifeste īuenit in eis cōtrarietas naturalis vt in trāslatione naturali in loco .s. 4. elemētorū. trāslatio eniȝ alia est ex aīa: alia ex natura: alia recta: alia circularis: incepit hic declarare .s. Aristo. q̄ nō pōt declarari trāslationē esse finitam eo modo quo in ceteris motibus: ⁊ hoc taȝ in hoc est q̄ non omnis translatio est de contrario in contrariū vt est translatio aīalium. Istud cōmentuȝ vna cuȝ textu est valde difficile: q2 phus primo ⁊ .5. huius determinauit omnē motuȝ esse de contrario in contrarium quomodo igit ē aliquis motus localis qui nō fit de cōtrario in ɔtrariū. ¶ Rñdet q̄ cōmētator in hoc cōmento intendit tres distinctiones quarū pria ē ista. motuū localiū quidaȝ est ex aīa ⁊ qdaȝ ex natura motus localis ex aīa est ille qui prouenit ex appetitu cognitiuo sicut fit ab intrinseco vt motus ɔgressiuus: sicut ab extrinseco vt motus domificationis. motus ex natura est ille qui ɔuenit ab appetitu nō cognitiuo: sicut motus inaiatorū ⁊ etiā motus nutritionis augmētationis ⁊ diminutionis in corporibus viuētibus. ¶ Scđa distinctio duplex est motus localis: videlicȝ rectus ⁊ circularis. rectus qui fit per lineā rectā vt motus elemētoruȝ ⁊ circularis qui fit per lineam circularem vt motus celi. ¶ Tertia distinctio. motus ē de cōtrario in cōtrarium dupl'r .s. manifeste ⁊ īmanifeste motus est manifeste de cōtrario in cōtrariuȝ: cuius termini ɔprijs noībus sunt nominati vt sunt motus elemētoruȝ: quorū termini dicunt expresse sursuȝ ⁊ deorsum: sicut eni augmētatio ⁊ diminutio ⁊ alteratio habent terminos manifestos vȝ magnū ⁊ paruū: calidū ⁊ frigiduȝ: albū ⁊ nigrū: ita nominati mot⁹ habēt termios expressos ⁊ noiatos. motus aūt de cōtrario in cōtrariuȝ īmanifeste dicit esse ille cuius termini nō sunt proprijs noībus expressi vt motus aīaliuȝ siue sit ab intrinseco siue sit ab extrinseco. motus eni ɔgressiui terminus a quo ⁊ terminus ad quē nō habēt noīa expressa. nō et [illegible] motus [illegible] termini habēt ppria nomina: sed tm̄ per circūlocutionē eo mō quo dixit p's primo huius vocās illos cōsonātiā ⁊ incōsonantiā q̄ quidē noīa f̄m eū oībus terminis motuū nō habentibus expressa vocabula possunt applicari. Intendit ergo phus ⁊ cōmētator q̄ faciliter pōt pbari nullā mutationē ad formā eē duratione infinitā: per hoc q̄ qlibet talis est manifeste de cōtrario in ɔtrariū: aut de cōtradictorio in ɔtradictoriū: cū termini generationis ⁊ corruptionis dicant esse ⁊ nō esse: termini augmētationis ⁊ diminutionis vocent magnū ⁊ paruū calefactionis ⁊ frigefactionis dicant calidū ⁊ frigidū: termini dealbationis ⁊ denigrationis dicant albū ⁊ nigruȝ: ⁊ sic de alijs. sed nō ita faciliter potest probari. nullū motuȝ localē aliū a motu circulari esse duratione in infinitum: q2 lȝ illud potest fieri in motibus elemētoruȝ qui sunt manifeste de cōtrario in cōtrariū: nō tamē in motibus aīaliuȝ ⁊ ceterorū aīatorū qui nō sūt manifeste de contrario in cōtrariuȝ.

Secundo notādaȝ f̄m cōmētatorē eodē cōmēto q̄ illud quod impossibile est diuidi dicit multis modis. nā indiuisibile dicit illud cuius genus non est natū ē diuidi vt cū dicimus q̄ corpus celeste est indiuisibile ⁊ dicitur etiā illud cuius genus nō est īnatū diuidi: vt cuȝ dicim⁹ q̄ vox est īdiuisibilis ⁊ ipse intēdit hic per indiuisibile illud quod est de genere indiuisibilis. [illegible] distinctione intēdit cōmētator q̄ aliquid dicit indiuisibile tripliciter. Primo modo. illud est indiuisibile quod f̄ȝ suū genus nō est diuisibile īnatū diuidi: neq3 corrūpi vt corpus celeste. Scđo modo. aliquid dicit indiuisibile qđ f̄m suū genus est īnatū corrūpi: sed nō diuidi vt vox. Tertio aliquid est indiuisibile qđ f̄ȝ suū genus est [illegible]

Te. cō. 91.

tum diuidi ⁊ corrūpi: ⁊ ſm ſe innatū eſt corrūpi ſꝫ nō diuidi vt minimuꝫ naturale. nulluꝫ eniꝫ corpus celeſte poteſt diuidi: neqꝫ vox aliqua: ſed bene ignis vel aq̄ poteſt diuidi. licet minima nālia iſtoꝝ nō poſſint diuidi ⁊ de tali indiuiſibili locutus eſt phus in litera inquit cōmētator. ❡ Sed dubitaē querēdo qualiter accipit cōmētator indiuiſibile vtrū pro eo ꝙ eſt indiuiſibile per deſignationē partis extra parteꝫ: aut per ſeparationeꝫ partis a parte. ſi primo mō falſuꝫ eſt celuꝫ: aut voceꝫ: aut minimū naturale eſſe indiuiſibile cū quodlibet habeat parteꝫ extra partē. ſi per indiuiſibile intelligit illud cuius nō poteſt vna pars ab alia ſeparari. hoc nō videē verū de voce: qꝛ cuꝫ vox ſit extenſa in aere vt colligiē a pho. 2. de aīa. ſicut poteſt diuidi aer per ſeparationē partis a parte: ita ⁊ vox cuꝫ diuidaē accn̄s ad diuiſionē ſui ſubiecti. ❡ Rn̄deē ꝙ cōmentator accipit indiuiſibile pro eo cuiꝰ vna pars nō pōt ab altera ſeparari ambabꝰ remanētibꝰ per tēpus: ⁊ nego ꝙ vox ſit diuiſibilis per ſeparationē partis a parte. vn̄ ⁊ vox eſt actus ſucceſſiuus ⁊ indiget quātitate medii q̄ꝫ primuꝫ diuidiē aer per ſeparationeꝫ partis a parte tā primo vox partialis diſtās a vociferāte deſinet eſſe. (Si ergo qd̄ ferē.) ❡ Secūdo arguit phus ad ideꝫ ſic. oē quod mutatur in aliquē terminuꝫ poſſibile eſt mutari ab aliquo termino: ſed oē quod mouetur localiter aliud a mobili circulariter moto moueē ad aliquē terminum: igitur poſſibile eſt illud moueri ab aliquo termino: ⁊ per ꝯn̄s nullus motus localis alius a motu circulari poteſt eſſe infinitus duratione. patet ꝯn̄a. quia nihil poteſt eſſe infinitū duratione ꝙ pōt habere principiuꝫ ⁊ fineꝫ tēporis. prima pars antecedētis eſt manifeſta. quoniā terminus a quo ⁊ terminus ad quem ſunt oppoſita: modo ſi vnū oppoſitoꝝ eſt in rerū natura vt habet videri primo celi. Secūda pars antecedentis eſt manifeſta inductiue. quoniā oē quod moueē localiter aliud a mobili circulariter moto aut mouetur naturaliter aut violēter: aut ab intrinſeco vel extrinſeco. conſtat autē oē tale intendere finē ⁊ terminuꝫ aliquē. Le. li. (Si ergo qd̄ ferē aliter q̄ꝫ circulariter mutatur in aliquid: ⁊ poſſibile eſt mutari illud idē ab aliquo (quare nō infinitus motus) erit in duratione (neqꝫ fertur infinito). i. ad infinitū terminū (īpoſſibile eniꝫ eſt trāſire ipſum qd̄ quidē igitur ſic nō ſit infinita mu-

Tex. cō. 94. tatio localis vt nō finatur terminꝰ manifeſtū eſt) (Sꝫ ſi ſic.) ❡ Tertia cōcluſio. poſſibile eſt motū aggregatum aliū a motu circulari eſſe duratiōe infinitū. pꝫ. qꝛ poſſibile eſt ꝙ īmediate poſt motū localē ſequaē motuꝫ alterationis ⁊ poſt motū alterationis ſit īmediate motus augmentatiōis: ⁊ poſt motū augmētatiōis ſit motus generationis ⁊ ſic circulariter in īfinitum. neqꝫ oportet dare taleꝫ motuꝫ de neceſſitate aggregatuꝫ ex mutationibꝰ. 4. predicamētoꝝ: quinimo in ſolo ꝑdicamēto quātitatis: ⁊ talis motus aggregatus infinitꝰ ſm durationē cuꝫ eternaliter eternitate cōtinua ſit alteratio inter elemēta. ſemꝑ eni dominanē ſigna calida vt ſigna frigida ab elemētis calidis vel ecōtra. Le. li. (Sꝫ ſi ſic cōtingit vt ſit infinitus) motus (ideꝫ exiſtens et vnus. cōſiderādū eſt nō vno quidē eni facto nihil ꝓhibet forſaſſis vt ſi poſt loci mutationē alteratio ſit ⁊ poſt alterationē augmētū ⁊ iterū generatio. Sic enim ſemꝑ quidē erit tēpore motus: ſed nō vnus ꝓpter illd̄ quod nō eſt ex oībus vt aūt fiat vnus nō cōtingit infinitum eſſe tēpore preter vnuꝫ. hic autē eſt vnus. ſ. circulatio). i. motus circularis celi.

in precedenti capitulo. philosophus tamen non accipit illud medium in littera: quoniam a superiori distributo ad suum inferius per se tenet consequentia affirmatiue et negatiue: sed ad suum inferius per accidens non tenet argumentum affirmatiue nisi cum debito medio. Constat autem q moueri in loco est per se inferius ad moueri cum non sit possibile inuenire moueri absque moueri in loco vt ostendetur octauo hui9. T.c.li. Quoniam autem omne quod mouetur ab aliquo mouetur necesse est et quod mouetur omne in loco moueri ab altero.)

Notandum primo fm commentatorem commento tertio: q (ista declaratio est loyca et vtitur ea ad confirmandum. nam propositio dicens q omne transmutatum transmutatur ab aliquo verificata est nobis q quedam est manifesta per se et quedam demonstrata est scilicet in translatis: ergo non est concludere translata mediante illa propositione sed sicut diximus vtitur illa ad confirmandum.) Ista ratio hic facta dicitur loyca: non quia aliqua propositio accepta in ea declaretur in loyca: sed quia modus arguendi docetur in loyca videlicet a superiori distributo ad suum inferius: seu a suo distributo ad suam partem: neque per illam propositionem: Omne quod mouetur mouetur ab alio demonstratur ista: Omne quod mouetur in loco mouetur ab alio. sed tantum declaratur per illam: quoniam cum demonstratur aliqua conclusio demonstratur esse formaliter contentum in illa di. philosopho primo priorum q vna potestas sillogismorum est concludere plura videlicet conclusionem et quicquid sequitur ex illa sed in priori capitulo demonstrata est hec conclusio: Omne quod mouetur mouetur ab alio. et hec: Omne quod mouetur in loco mouetur ab alio. formaliter continetur in illa: igitur demonstrando illam explicite demonstrata est hec implicita. et ideo aristoteles non vtitur hic ratione ad demonstrandum hanc: Omne quod mouetur in loco mouetur ab alio: ex quo demonstrata est: sed vtitur hac ratione tantum ad confirmationem illius. concludo eam implicite. neque ista propositio: Omne quod mouetur mouetur ab alio. fuit demonstrata fm omnia contenta sub illa: quia de quibusdam motis est manifestum q illa mouentur ab alio. et ita de multis que mouentur in loco est manifestum q illa mouentur ab alio.

Notandum secundo fm commentatorem eodem commento qa (primum motum in loco est declaratum est q non mouetur nisi ab alio necesse est vt omne motum in loco moueatur ab alio: et hoc est euidentius.) Ista est vna alia ratio quam facit commentator ad conclusionem di. Omne primum motum ex se in loco mouetur ab alio: igitur omne motum in loco mouetur ab alio: hec consequentia tenet ex eo: quia omne motum in loco aut mouetur ab extrinseco aut ab intrinseco: sed ab extrinseco mouetur ab alio. Si ab intrinseco aut est primum motum vel includens primum motum: et qualitercunque dicatur seipsum esse motum ab alio vt est demonstratum in priori capitulo. ¶ Duas consequentias intendit commentator quarum prima est ista: Omne primum motum ex se in loco mouetur ab alio: igitur omne motum ex se in loco mouetur ab alio. pt3 prima: qz omne motum ex se in loco est primum motum ex se in loco vel includens primum motum ex se in loco. Secunda consequentia est ista: Omne motum ex se in loco mouetur ab alio: igitur omne motum in loco mouetur ab alio. patet consequentia: quia oppositum consequentis non stat cum antecedente: ex quo omne motum ab extrinseco in loco necessario mouetur ab alio. ¶ Neque obstat q arguatur ab inferiori ad suum superius distributiue quia sepe tenet iste modus arguendi gratia materie: videlicet quando arguitur cum verbo substantiuo de secundo adiacente: vt omnis homo est ergo omne animal est. aut cum verbo de tertio adiacente respectu predicati non potentis competere inferiori nisi competat superiori: vt quilibet homo est sensitiuus igitur omne animal est sensitiuum. omnis albedo est visibilis igitur omnis color est visibilis. ita in proposito quia moueri ab alio est passio non potens competere inferiori nisi competat superiori. ideo quelibet illarum consequentiarum est bona gratia materie. (Et mouens igitur.) Secunda conclusio: In omni motu necesse est deuenire ad primum motorem et primum motum in loco: probatur: Omne quod mouetur in loco necessario mouetur ab alio. et non contingit procedere in infinitum in mouentibus et motis in loco igitur etc. patet consequentia cum maiori ex precedenti conclusione. minor autem demonstrabitur infra non obstante q demonstretur in generali secundo metaphisice. Et potest eadem colligi ex proemio hui9 cum dicebatur q non cognoscitur scientie effectus nisi per omnes suas causas. Si igitur in mouentibus et motis procederetur in infinitum de nullo effectu naturali haberetur scientia in genere cause efficientis. et patet consequentia: quia infinitum fm q infinitum est ignotum vt patuit primo huius. T.c.li. Et mouens igitur ab altero quoniam et ipsum mouetur et iterum hoc ab altero: non autem in infinitum abibit) sed necessario (stabit alicubi et erit aliquid quod primo causa erit motus) in loco tam actiue q passiue.

Notandum fm commentatorem commento tertio q (cum motor extrinsecus in loco non mouet nisi moueatur et omne motum mouetur a motore necesse sit motor extrinsecus moueatur etiam a motore extrinseco vt hoc non procedat in infinitum sed proueniat motus ad motum q mouetur non a motore extrinseco sed a motore in ipso.) Conclusio quam intendit philosophus fm commentatorem est ista q est deuenire ad primum motum in loco q mouetur a principio intrinseco solum. ad cuius probationem commentator presupponit duas propositiones quarum prima est ista: q omnis motor extrinsecus a moto in mouendo mouetur. et ratio est ista qz omnis talis motor est corpus et omne corpus in mouendo fm locum mouetur fm locum vt patet in corpib9 que mouent se adinuicem: nulla enim sphera celestis mouet aliam nisi moueatur: neque man9 mouet baculum nisi moueatur: neque cor musculos aut neruos nisi moueatur. Secunda propositio: Omne motum a principio intrinseco est primum motum vel habens in se primum motum. Ista propositio est etiam manifesta inductiue. nam celum mouetur a principio intrinseco et est primum motum: animal autem mouetur a principio intrinseco et non est primum motum sed includens primum motum videlicet cor: et isto probato q est deuenire ad primum motum in loco a principio intrinseco habebitur q est deuenire ad primum motum in loco a principio intrinseco. Istis propositionib9 premissis vna cum conclusione prima q omne motum in loco mouetur ab alio: accipiatur aliquod motum in loco querendo vtrum illud mouetur a motore extrinseco vel non: si non

igitur moueť a motore intrinseco ⁊ per ꝯñs cum ipsuȝ sit primum vel habens in se primum motum habetur intentum. Si autem illud motum in loco mouetur ab extrinseco ⁊ motor extrinsecus non mouet nisi moueatur ex propositione prima queritur vtrum motor ille moueatur ab intrinseco vel ab extrinseco: ⁊ cū non contingat procedere in infinitum in motoribus extrinsecis neqȝ in mouentibus ab extrinseco tandem deueniendum est ad vnum motum ab intrinseco ꝙ est primuȝ motum in loco vel habens in se primum motuȝ in loco. Ex predictis sequitur ꝙ non intendit hic probare philosophus immediatatem primi motoris vt dicit Egidius: quia hoc ꝓbabit in. 8. huius. neqȝ intendit ꝓbare ꝙ est deuenire ad primum motorē aut ad primum motum simpliciter vt alij opinantur: sed intendit probare ꝙ in omni ordine mobilium ⁊ motorū ſm locum est deuenire ad primum motorem ⁊ primū motum in ordine illo vt asserit conclusio secunda huius capituli: aut ꝙ est deuenire ad aliquod primum motum in ordine illo ꝙ mouetur a principio intrinseco ſm ꝙ probat cōmentator: vt si lapis mouetur a baculo: ⁊ baculus a manu: ⁊ manus ab alio motore extrinseco: necesse est ꝙ in ordine illorum mobilium ⁊ mouentium deueniatur ad aliquod primū quod moueatur a principio aliter procederet in infinituȝ. (Si enim non.) Iam probatur illa minor videlicȝ ꝙ in mouentibus ⁊ motis non contingit procedere in infinitū. Ad cuius probationem philosophus premittit quattuor suppositiones quarum prima est ista: ¶ Si contingit procedere in infinitum in mouentibus et motis necesse est infinita esse quorum quodlibet est mouens ⁊ motum: sit igitur ꝙ a moueatur a motore b. ⁊ b moueatur a motore c. ⁊ c ab alio motore videlicȝ d. ⁊ sic in infinitum ita ꝙ supra a sint infinita quorum quodlibet sit mouens ⁊ mobile motum eo modo quo quis imaginaret ꝙ lapis moueret ab aere ⁊ aer a baculo et baculus a manu ⁊ sic in infinitum. aut ꝙ orbis lune moueatur a sphera Mercurij ⁊ sphera mercurij a sphera veneris ⁊ sphera veneris a sphera solis: et sic in infinitum. Le. lit. Si enim non) est vera alia minor: (sed in infinitum procedat) ordo mouentium ⁊ motorum (sit a quidem ꝙ ab ipo b mouetur. b vero ab ipo c. c autem ab ipo d ⁊ hoc igitur modo in infinitum accedat) idest procedat.

Notandum ꝙ aristoteles non loquitur nisi de motu locali: neqȝ loquitur de quocunqȝ processu finito vel infinito mouentium ⁊ motorum sed tantum de processu finito mouentium ⁊ motorum in actu: quia vt patuit in alio capitulo necesse est dare processum in mouentib⁹ ⁊ motis in potentia non solum in motu locali sed etiā in motu alterationis. (Quoniam ergo.) ¶ Secunda suppositio est: In omni motu mouens ⁊ motum sunt simul non tantum ſm esse sed etiam ſm moueri: ita ꝙ non tantum simul sunt mouens ⁊ motum sed etiam simul mouentur. Unde in casu primo suppositionis a mouetur quando b mouetur: ⁊ b mouetur quando c mouetur: ⁊ c mouetur quando d mouetur ⁊ sic in infinitum. ⁊ sicut sunt simul omnia talia mota ⁊ mouentia: ita sunt simul omnes motus illorum. Dicit em̄ commentator hic ꝙ (omne corpus mouens aliud corpus non mouet ipsum nisi moueatur cum eo in tempore in quo mouetur ipsum. ⁊ subdit: Manifestum est ꝙ insimul mouebuntur a ⁊ b c d omnium erit insimul. Le. li.

Quoniam ergo simul) sunt (mouens ⁊ ipsum quod mouetur manifestum est quoniam simul mouebitur et a ⁊ b. cum enim b mouebitur ⁊ a) mouebitur (et cum b mouebitur ⁊ ipsum c) mouebitur (⁊ cum c ⁊ ipsum d erit igitur simul motus qui est a ⁊ b ⁊ reliquorum vniuscuiusqȝ [illegible]

Notandum ſm commentatorem cōmento quarto ꝙ hoc quod sequitur in motu non in quiete [illegible] quoniam necesse est vt omnia moueantur insimul eodem tempore si vnum eorum mouetur: ⁊ non sequitur si vnum eorum quiescit ꝙ omnia quiescant insimul. Primū enim motum potest quiescere ⁊ vltimum remanebit in motu. Et quia Galienus opinatus est ꝙ in talibus motoribus ⁊ motis vt quiescunt insimul ⁊ cor vt dixit cū extrahitur animali fortasse mouetur per duos passus: dixit ꝙ cor non est primum principium mouens animal in loco: ⁊ quia animal non mouetur prius ꝙ̄ caput absciditur: dixit ꝙ principium motus est caput: ego vidi arietē postꝙ̄ caput suū abscisū fuerat ābulare huc ⁊ illuc multotiens) hec cōmentator. Opinio Galieni fuit ꝙ cor non est principium motus aīalis sed caput: ⁊ arguebat sic: Illud est principium motus animalis quo moto mouetur animal ⁊ quo quiescente desicit animal: sed moto capite mouetur animal ⁊ quiescente capite quiescit animal: Non autem quiescente corde quiescit animal: igitur caput ⁊ non cor est principium motus aīalis: patet consequentia cum maiori dicebat ⁊ minorem declarabat experientia dicens: ꝙ extracto corde ab animali adhuc potest moueri aīal per duos passos: non autem absciso capite moueretur animal.

Contra Galienum arguit cōmentator [illegible] primo contra [illegible] in se probando cōtra euȝ caput non esse principium motus aīalis ſm Galienum quo quiescente quiescat animal: sed quiescente capite non quiescit animal: quoniā ipe cōmentator vidit arietem ambulare multotiens huc ⁊ illuc absciso capite: igitur caput non est principium motus alicuius. Secundo arguit cōmentator ꝙ illud non est principium motus aīalis quo quiescente quiescit animal: quia necessario principium motus animalis est cor aut cerebrum: sed quocunqȝ istorum quiescente non quiescit animal: igitur ⁊c. patet consequētia cum maiori: minor autem est declarata experiētia: quoniam extracto corde ab vno animali ⁊ absciso capite alterum vtrunqȝ mouetur. In duobus igitur contradicit cōmentator Galieno: primo quidem in hoc ꝙ est principium motus animalis: tamen dicit cōmentator cor principium esse motus animalis ⁊ non caput contrarium cuius asserit Galienus videlicȝ ꝙ non cor sed caput est principium motus animalis. Secundo contradicit sibi in alio cum dicat Galienus ꝙ datis pluribus mouentibus ⁊ motibus si quiescit primum omnia alia quiescunt: cōmentator autem dicit ꝙ in tali ordine si mouetur vnum omnia mouentur: non tamen si quiescit vnum omnia quiescunt. ¶ Sed arguitur ꝙ cōmentator implicat contradictionem quoniaȝ si vnum mouetur omnia mouentur: ⁊ non si vnū quiescit omnia quiescunt: igitur idem simul mouetur ⁊ quiescit. Ista consequentia est bona: ⁊ antecedens est concessum a commentatore: igitur ⁊ consequens est concedendū ab eodem: ꝙ illa ꝯña sit bona ptȝ qr ſm cōmē. hec ꝯditionalis nō valet: si vnū qescit oīa qescunt: stat

igitur oppositum consequentis cũ antecedẽte ꝙ aliqd istorum quiescit ⁊ aliquod istorum mouetur sed per eum si vnum illorum mouetur omnia mouentur: igitur idem simul mouetur ⁊ quiescit. ¶ Item si primum motum quiescit non mouet secundum: ⁊ si secundum quiescit non mouet tertium ⁊ sic de alijs: ⁊ per consequẽs primo quiescẽte oĩa alia quiescũt quod est ꝯ eũ. ⁊ patz antecedẽs qꝛ quodlibet corꝝ est corpꝰ. mõ ꝑm philosophũ nullum corpus mouet localiter aliud corpus nisi ipm moueatur. Deinde vt apparet non oportet ꝙ si primũ moueatur omnia alia moueantur: quia siue ponatur caput siue cerebrum siue cor principium motus alicuius stat illud moueri alijs quiescentibus vt ad sensum est notum. Pro solutione omniũ istorũ dicit ꝙ cum cõmentator asserit omnia illorum moueri si vnum mouetur per vnum intelligit primũ: ita ꝙ si primum mouetur omnia alia mouentur: neqꝫ sic absolute intelligit hanc conditionalẽ: sed cum additamẽto videlicꝫ ꝙ ipsum primum motum sit applicatum mediate vel immediate omnibus alijs motis ⁊ ꝙ motus ipsius sit propter motum aliorum. Et sic patet intelligendo ꝙ si primum istorum mouetur omnia alia mouentur. Si enim mouetur manus applicata ad baculum immediate ⁊ ad aerẽ: vel lapidem mediate sicut ꝙ illius sit propter motus illorum: manifestuꝫ est ꝙ manu mota mouetur baculus ⁊ aer ⁊ lapis non tamen si quiescit manus quiescunt alia: quia post separatõnem baculi a manu quiescit manus ⁊ tamen mouetur baculus ⁊ aer ⁊ lapis. Ex isto patet ꝙ illa consequentia non valet: Si primũ motum quiescit non mouet secundum: ⁊ si secundum quiescit non mouet tertium: et sic de alijs: igitur primo quiescente omnia alia quiescunt. Quia licꝫ primũ non moueat secundum: forte secundum recipit dispositõnem a primo seu virtutem per quam mouet seipsum quiescente primo moto: sicut patet de aere mouente seipsum post separationem lapidis a proijciente. Similiter quiescente corde mouent musculi ⁊ nerui seipsos per virtutem acceptam a corde ꝑm quam mouendo seipsos mouent manus et pedes. Cum autem vltimo suadetur ꝙ moti si primũ mouetur omnia alia mouentur: siue ponatur principium motus alicuius caput siue cerebrum concedo illaꝫ conditionalem absolute intellectam: sed sic nõ accipit cõmentator eam sed cum additamento vꝫ stante applicatiue ⁊ ad singula mota posteriora sic ꝙ motꝰ primi fiunt propter motus aliorum ⁊ maxime propter motum vltimuꝫ: vt est manifestum in corporibus celestibus in quibus moto primo mouentur omnia alia. Similiter moto corde mouentur omnia alia dummodo anima applicet cor ad alia membra: ⁊ intelligit motũ cordis propter motum omnium aliorum. (Et accipere igitur.) Tertia suppositio est ista: Per quecũqꝫ mouentia ⁊ mota sunt infinita ꝑm numerum tamen cuilibet moto ꝑm se competit motus aliquis numero non quidem infinitus ꝑm extrema sed terminatus ⁊ finitꝰ. Nam omnis motus vt dictum est. 5. ⁊ 6. huius est ex quodam in quiddam ⁊ ex termino in terminum: ⁊ ad hoc ꝙ perueniatur ad terminum aliquem certum et determinatum ibi nullo modo ponitur infinitum tempus. Motus enim circularis celi vt terminatur ad aliquem terminum non durat per infinitum tempus: si autem durat ꝑm philosophum per infinitum tempus: hoc est quia semper reiteratur circulo super eandeꝫ magnitudinem. Te. li. Et accipere igitur vnumquodqꝫ istorum mobilium [illegible] finitum ipsorum (⁊ nãqꝫ si vnumquodqꝫ ab vnoquoqꝫ mouetur vel minus vno numero vniuscuiusqꝫ mobilis istorum (motus) est (⁊ non infiniti in vltimis) id est nullus istoꝝ motuũ est infinitus ꝑm vltimũ.

Tex. cõ. 4.

Notandum ꝑm cõmentatorem commento quarto ꝙ (cuꝫ declaratum sit quoniam motus rectus infinitus non est ideo aliquis potest dicere ei ꝙ ponere talia mota est ponere motum rectum infinitum ⁊ q.d. respondendo ꝙ hoc non est verum quoniam motus istorum omnium est vnus numero ⁊ finitus.) Dubium ergo quod mouet cõmentator est istud: Si infinita mobilia mouentur motu recto sic ꝙ quodlibet eorum moueat ab alio: sequitur ꝙ motus rectus est infinitus: cuius oppositum est demonstratum sexto huius. Potest respõderi negando consequentiam: quoniam sicut ex omnibus mobilibus non fit vnum mobile ita ex omibus motibus omnium illorum non fit vnus motus numero: sed tot sunt numero totales motus quot sunt illa mobilia: ⁊ sicut quodlibet illorum mobilium est vnuꝫ mobile numero finitum ⁊ terminatum: ita quilibet illorum motuum est finitus ⁊ terminatus. (Quoniam autem.) Quarta suppositio est: Ista vnitas motuum habet attendi penes vnitatem suorum terminoꝝ. hec suppositio est probata quinto huius vbi ostensuꝫ est ꝙ omnis motus est ex quodam in quiddam ita ꝙ ille motus est vnus numero qui est ex eodem termino numero in eundem terminũ numero cum alijs requisitis ad vnitateꝫ numeralẽ que sunt vnitas temporis ⁊ vnitas mobilis videlicꝫ numeralis: vnde aliqua denigratio est vnius motus numero ex eo quia est de hoc albo in hoc nigrum in hoc continuato tempore et in hoc mobili: ⁊ vbi alicuius motus essent plures termini ad quem: aut plura mobilia aut plura tempora nõ est motus ille vnus numero sed vnus specie aut vnus genere aut vnus anologia vel attributione. Illi nãqꝫ motus sunt vnus motus specie qui sunt ad terminos eiusdem speciei: vt sunt due calefactiones aut due dealbationes: Illi vero motus sunt vnus motus genere ꝗ sunt ad terminos eiusdem predicamenti scilicꝫ generatio ⁊ corruptio primo qui sunt ad terminos predicamenti substantie ⁊ calefactio ⁊ dealbatio sunt etiã vnꝰ motus genere scilicꝫ predicamenti qualitatis: quia sũt ad terminos eiusdem predicamenti. sed de his dictum est sufficienter quinto huius. Motus enim maxime cognoscitur vnus ex vnitate termini ad quem: ideo omnes motus qui sunt ex albo in nigrum sunt eiusdẽ speciei specialissime quia omnes nigredines sunt eiusdem speciei specialissime. omes autem depravationes sunt eiusdem speciei subalterne si sunt ex bono in malum. Te. li. Quoniam autem mouetur ex quodam in quiddam mouetur: aut enim numero accidit eundem esse motum aut genere aut specie: numero quidem igitur dico eundem motum qui ex eodem in idem numero in tempore eodem numero fit vt ex hoc albo quod est vnum numero in hoc nigrum ꝑm hoc tempus quod est vnum numero. Si enim ꝑm aliud non adhuc vnus erit numero sed specie genere aut vnus motus est qui in eodem predicamento substantie) vel alterius (generis est) specie autem sunt illi motus idem (qui ex eadẽ specie in idem specie) sunt (vt ex albo in nigrum: aut ex bono in malum: hec autem dicta sunt et in priorĩbꝰ scilicꝫ quinto huius.

Tex. cõ. 5.

Notandum ſm cõmẽ.cõ.6. ꝙ ĩ hoc ꝙ mot⁹ ſit vn⁹ numero tria exigũt vt ſit vn⁹ mot⁹ nũero ⁊ in vno tpe nũero ⁊ ð vno nũero ĩ vnũ nũero: ⁊ mot⁹ vn⁹ ſpecie ẽ ille q̃ ẽ de vno ſpecie in vnum ſpecie vt motus qui ſunt in coloribus ſubſtantie aut quãti. aut vbi. Sed eſt dubiũ ꝓpter quod philoſophus ſ quito hui⁹ declarãs ꝑnes q̃d hz atẽdi vnitas mot⁹ nõ fecͭ mẽtionẽ ð termĩo a quo ſed tm̃ de termino ad quẽ. ⁊ ꝓpter quod philoſophus nullã facit mentiõnẽ de mobili cũ ibidẽ dixerit vnitatẽ numeralẽ motus eſſe neceſſariã ad vnitatez numeralẽ motus. Reſpõdetur ꝙ ibi nõ fecit mentionẽ de termino a quo gratia breuitatis: quoniã ſi termin⁹ a quo ⁊ terminus ad quẽ ſunt termini motus ⁊ ſũt de intrinſeca ratione motus neceſſario eſt talis vnitas in termino a quo qualis eſt in termino ad quẽ. Unde q̄ꝛ motus ſpecificatur ⁊ denominatur a termino ad quez ⁊ nõ a termino a quo: licitũ fuit nominare potius terminũ a quẽ q̄ꝫ terminũ a quo. Cum vero ſubiungitur ꝙ hic nõ fit mentio de ſubiecto motus. ſ. de ipſo mobili hoc negatur: quia cum ait philoſophus ꝙ ex albo fit nigꝝ intelligit philoſophus nõ tm̃ terminũ a quo ſed etiam ſubiectũ motus. ¶ Intelligendũ ꝙ iſtã quartaz ſuppoſitionẽ philoſophus poſuit declarationẽ ſecundẽ q̄ꝛ poſſet aliq̃s dicere ꝙ nõ ſi infinita mouẽt ⁊ mouentur in tempe finito infiniti ſunt motus in tempe finito: quia nõ cuilibet illoꝝ mobiliũ correſpondet vnus motus numero diſtinctus a quolibet motu cuiuſcũq̃ꝫ alterius mobilis. Et ideo contra hanc reſpõſionez intendit ſic arguere philoſophus per ſuppoſitionẽ quartam: Ille motus eſt vnus numero qui eſt in vno mobili numero ⁊ in tempe vno numero ⁊ ab vno termĩo nũero in vnũ terminũ nũero: igitur ſi infinita mobilia ſimul mouerẽtur quodlibet illoꝝ haberet proprium motum vnum numero diſtinctum a motu vno numero cuiuſcũq̃ꝫ alterius. (Accipiatur igitur.) Iſtis ſuppoſitionibus premiſſis arguit ꝙ in motoribus ⁊ motis nõ contingit ꝓcedere in infinitum: quia aliter ſequitur ꝙ poſſibile eſt motũ infinitum eſſe in tempe finito contra demonſtrationẽ factam. 6. huius. ⁊ ꝙ illud ſequatur arguitur: ponendo ꝙ e ſit motus a: ⁊ z ſit motus b: et i ſit motus c ⁊ t ſit motus d: ⁊ ſic vltra in infinituz ex quo mobilia ſunt infinita. Tempus vero in quo mouetur a ſit R: tunc ſic. Omnes iſti motus e z i t ſunt in tẽpore finito: ſed omes iſti motus conſtituunt motũ infinitum: igitur motus infinitus eſt ĩ tempore finito. patet conſequentia cum minori: quia oĩes iſti motus infiniti ſunt per tertiam ſuppoſitionẽ: neq̃ꝫ eſt cura ſi illi motus ſunt equales vel inequales, nihil eñ differt ſi motus a eſt equalis motui b aut illo maior: neceſſe eſt eñ ꝙ illi conſtituant motum infinitum ex quo ſunt infinitorum mobilium, actu ſeparatorum: ſed maior declaratur videlꝫ ꝙ oĩes illi motus ſunt in tempore finito: quia motus a cum ſit finitus eſt in tempore finito. ſ. in tempore R: ⁊ in eodem tempore ſunt mot⁹ omnium illorum mobilium per ſecundam ſuppoſitionez: igitur ⁊c. T. e. li. Accipiatur igitur ꝙ eſt motus ipſius a ⁊ ſit in quo eſt e ⁊ qui eſt ipſius B ſit in quo eſt z ⁊ qui eſt c d in quo i t ⁊ tempus in quo mouetur a ſit R: determinato autem) ⁊ finito (motu ipſius a determinatũ) ⁊ finitum (erit tempus ⁊ nõ infinitum q̃ð eſt R ſed in eodem tempore motum eſt a b ⁊ b ⁊ reliquoꝝ vnum quodq̃ꝫ accidit: ergo motum qui eſt e z i t cum ſit infinitus in tempore finito moueri) R ſimiliter (ꝙ eſt R. In quo enim) tempore (a motum eſt ⁊ qui ſunt ẽ ius conſequenter omnia mota ſunt infinita) mobilia (in eodẽ tempore quare in eodem mouentur) tempore omnia mobilia que mouentur cũ a (⁊ nanq̃ꝫ aut equalis motus erit qui eſt ipſius a ipſi) motui (qui b: aut cõmentator differt autem nihil enim penitus infinitum motum in finito tempore ideſt in tempore finito accidit moueri) ideſt fieri (hoc autem impoſſibile eſt.)

Notandũ ſm cõmentatorem cõmento ſexto (ꝙ impoſſibile ẽ ꝙ motus moti ſit minor q̄ꝫ motus motoris qui mouetur.) Iſtud cõmentũ habet intelligi de motoribus ⁊ motis que nõ mouentur motu locali quia vbi motibus localibus illorum eſſet mixtus alius motus illud nõ eſſet verum: quoniam vnius pedalis ignis moti a celo minor eſt motus q̄ꝫ ipſius celi: quoniam motus celi ẽ eternus: ⁊ vnius pedalis ignis: motus localis eſt finitus et hoc ideo quia illi motui mixtus eſt alius motus videlicet alterationis generationis ⁊ corruptionis. Similiter aliqua pars aeris vel aque minori tẽpore mouetur q̄ꝫ lapis motus in aqua vel in aere mouens illaz partem aque vel aeris: ⁊ hoc ideo: quia illi motui ẽ mixtus motus rarefactionis ⁊ condenſationis. ¶ Contingit etiam econtra ꝙ motus motoris eſt minor q̄ꝫ motus moti ſi mixtus fuerit alius motus a motu locali. Uidemus enim ꝙ manus minori tempore mouet q̄ꝫ lapis propter motum rarefactionis repertum in aere mouente lapidem: aliũ etiam minori tempore mouetur cor q̄ꝫ muſculus aut neruus: ⁊ hoc ideo: quia preter motum localem eſt alius motus videlicꝫ rarefactõnis ⁊ condenſationis ⁊ alterationis: ſed vbi non ſit alius motus preter motũ localem: ⁊ plura ſint mobilia ſe inuicem mouentia ita ꝙ nullum motum ab extrinſeco moueatur niſi per contactum ſui motoris: neceſſe eſt ꝙ omnes motus ſint equales ſi ſunt finiti ſic ꝙ equeprio incipiant eſſe ⁊ equeprimo deſinent eſſe, ꝓpterea oĩs motus diurni prouenientes raptu firmamẽti omniuz corpoꝝ celeſtium ſunt equales cum quilibet illoꝝ ſit motus localis purus abſolutus a quolibet alio motu. Et cum dicit phs in lr̃a ꝙ nõ differt ꝙ ſi mot⁹ a ſit maior motu b aut equalis illi nõ loquit̃ de maioritate tpis: quia vt dictũ eſt neceſſe eſt vt oĩes ſint equales equalitate tempis: vnus tamen poteſt eſſe alio maior maioritate ſubiecti aut ſpacii. Motus eñ diurnus orbis ſignoꝝ ⁊ motus diurn⁹ ſphere lune ſunt equales equalitate tpis q̄ꝛ ambo ſũt in eodẽ tẽpe adequate et ſunt ineq̃les inequalitate ſubiectoꝝ ⁊ ſpacij q̄ꝛ motus diurnus orbis ſignoꝝ eſt in maiori mobili q̄ꝫ motus diurnus ſphere lune: ⁊ per motũ orbis ſignoꝝ diurnũ in eodem tempe pertrãſit maius ſpaciũ q̄ꝫ per motum diurnũ orbis lune. (Sic quidẽ igitur.) Hanc demonſtrationem aliquis poſſet repellere dicens ꝙ nõ eſt inconueniens motum infinitum aggregatum ex infinitis motibus infinitarum mobiliũ eſſe in tempore finito: ſꝫ eſt inconueniens motum infinitum vnum numero ſcilicet vnius tantum mobilis numero eſſe in tempore finito: ⁊ hoc demonſtrabatur ſexto huius. Si enim omnia mobilia quorum motus dicitur eſſe infinitus eſſe vnum mobile eſſet inconueniens ꝙ motus eius fieret in tempore finito: quia nõ eſt poſſibile magnitudinem infinitam moueri neq̃ꝫ pertranſiri tempore finito ⁊ hoc eſt demonſtratũ ſexto huiuſ. Sed cum poſitum ſit talia mobilia non eſſe vnum mobile ſed eſſe diuiſa et ſeparata nõ videtur inconueniens ꝙ huius motus

Tex. cõ.7.

infinitus fit in tempore finito. Le.li. Sic quidem igitur videtur demõstrari q̄ est a principio) idest q̄ est principale intentũ nõ tamẽ demõstratur ꝓpter id q̄d nullum incõueniens accidit) ex his quedã sunt. (Cõtingit enĩ in finito tpe) idest in finito tempe (infinitum motuz nõ esse eundem aũt sed alterꝫ ⁊ alterꝫ multis) existentibus (⁊ infinitis motis quod quidẽ accidit ⁊ in his). s. propter (ea que dicta sunt nunc. (Sed si q̄ mouetur.)

Tex. s.cõ.

Contra illã responsionẽ arguit pħs concludens motũ infinitũ vnum numero esse in tempe finito: si infiniti motus differẽtes numero infinitorꝫ mobiliũ sunt in tempe finito: qm̃ omnia mobilia seinuicẽ mouentia ſm locũ ⁊ corporalez motum necessario se tangunt ⁊ sunt inuicem continua vel contigua: patet cõsequẽtia cũ minori per casum: et maior tenet inductiue: qm̃ omĩa corpa celestia se tãgũt ⁊ sunt inuicem cõtinua vel contigua ex eo quia seinuicẽ mouent. Similiter manus baculus aer ⁊ lapis aut cor musculi: corde ⁊ manu seinuicẽ tangunt ⁊ sunt continua vel contigua: quia seinuicẽ mouent ſm locum ⁊ corpalem motum: tunc arguitur sic: Ex omĩbus motibus se tangentibus continuis aut contiguis potest fieri vnum mobile: sed omĩa mobilia signata seinuicẽ tãgunt ⁊ sunt continua vel contigua vt probatũ est: igit ex omĩbus eis potest fieri vnum mobile sed possibili posito in esse nullũ sequitur incõueniens: igitur posito in esse q̄ ex omĩbus illis mobilibus infinitis fiat vnũ mobile nullũ seqꝛ incõueniẽs: ponaꝛ igit q̄ ex a b c d fiat vnũ mobile numero: ⁊ ex e z i t fiat vnus mot9 numero in tpe finito R. ⁊ q̄d ad hec nõ est cura ꝫ magnitudo cõposita sit finita vel infinita siue ei9 sit finita siue infinita seqꝛ nũero in eodẽ tpe in quo mouetur a: vt superius suppositũ est. Isto posito arguitur sic: Mobile cõpositũ ex omĩbus illis mouetur in tempe finito vꝫ in tempe. R. ⁊ motus cõpositus ex omĩbus illis motib9 est in eodẽ tempe finito: ⁊ ꝫ mobile compositũ ex omĩbus illis est infinitum ⁊ motus cõpositus ex omĩbus illis motibus est infinitus: igitur mobile infinitum mouetur in tempe finito ⁊ motus eiusdẽ mobilis vn9 numero est in tempe finito: ista consequẽtia est bona: antecedens nõ est incõueniens igitur neqꝫ cõsequẽs est incõueniens cũ ex possibili nõ sequitur impossibile sed q̄ illud cõsequẽs sit incõueniẽs fatetur respondẽdo et est demonstratũ. 6. huius quare ⁊c̃. Le.li. (Sed si q̄d mouetur primo) idest immediate (ſm locũ ⁊ corporalem motum necesse est tangi aliq̄d continuum esse moueri sicut videtur hoc in omĩbus contingere erit enĩ ex omĩbus) illis motibus possibile fieri (vnum ipm totũ aut continuũ. Hoc igitur) quia est (contingẽs) ⁊ possibile (accipiatur) idest ponaꝛ in esse (et sit magnitudo quidem aut continuũ in quo sunt a b c d: huius autẽ motus est e z i t: differt aũt nihil magnitudinẽ finitã aut infinitaꝫ esse simul enĩ infinito tempe) idest in tempe finito (q̄d est R mouebitur aut finita aut infinita) idest siue magnitudo finita siue infinita ipsa mouebitur in tẽpore finito (hoꝝ aũt ſm vtrũqꝫ impossibile est) idest siue ponatur magnitudo finita siue infinita impossibile est motũ infinitũ esse in tempe finito ⁊c̃.


Notandum ſm cõmentatorẽ cõmento. 2. q̄ siue posuerim9 q̄ iste magnitudines sunt finite aut infinite consecutio eadem erit: sed cum posuerimus eas esse infinitas contingit impossibile ⁊ est q̄ vnus motus infinitus fit in tempe finito quod est impossibile vtro qꝫ modo siue sit erit vnũ ſm cõtinuationẽ aut ſm contiguationẽ.) In hoc cõmento Petrus solũt vnũ dubium circa hoc q̄ dicit pħs q̄ nihil differt ponere magnitudinẽ finitã esse vel infinitã: cum ponere ipam esse finitã nullũ inconueniens sequit aut ponere ipsam esse infinitã sequitur incõueniẽs videlꝫ motum infinitũ esse in tempe finito. Respondet cõmentator dicens q̄ nõ differt magnitudinem ponere finitã vel infinitã q̄tum ad cõsecutiõem idest q̄tum ad simultatem ⁊ tempus: quia consecutio erit eadẽ: siue enĩ ille magnitudines sint finite siue infinite semper sequitur q̄ simul mouentur ⁊ q̄ mouentur in tempe finito. Sed q̄tum ad hoc incõueniẽs videlꝫ q̄ motus infinitus erit in tempe finito: est magna differentia quia ad magnitudinẽ finitam seu ad magnitudines esse finitas nõ sequitur illud incõueniẽs: sed bene sequitur illud ad magnitudinẽ infinitã ⁊ magnitudines infinitas siue fuerint vnũ ſm cõtinuationẽ siue ſm contiguationẽ. (Manifestũ igitur.) Ex predictis concludit pħs intentũ principale di. q̄ in mouẽtibus ⁊ motis nõ contingit ꝓcedere in infinitũ sic q̄ quocunqꝫ moto dato illud mouebitur ab alio sed est dare statũ sic q̄ contingit deuenire ad vnum primũ q̄d mouetur in loco: nec est difficultas hoc ostẽdere: cõcesso omĩa corpa se tangẽtia posse cõtinuari ⁊ fieri vnũ cum illud sit contingens ⁊ possibile. Cõstat aũt q̄ possibile posito in esse nullũ sequitur incõueniẽs. Cum ergo ad illã continuationẽ ⁊ vnitatẽ sequitur magnitudinẽ infinitã transiri tempe finito: ⁊ motũ infinitũ esse in tempe finito sequitur nullum istoꝝ esse incõueniẽs q̄d est reprobatũ 6. huius. Le.li. (Manifestũ igitur q2 stabat) pcessus in mouẽtibus ⁊ motis (⁊ non est infinitũ abibat) sic (q̄ semper ab altero) q̄dlibꝫ motũ moueatur (sed erit aliquid quod primũ mouebitur nihil aũt differt cõcesso quodã) videlꝫ cõtinuatione omniũ corpoꝝ se tangentium (hoc demõstrari cõtingenti enĩ cõcesso nullum incõueniens oportebat accidere.

Tex. 3.

Notandum q̄ demonstratio huius propositionis in mouentibus ⁊ motis nõ cõtingit procedere in infinitum: maxime apparet in his que se circulariter mouẽt vtpote in corporibus celestibus: qm̃ motus pure localis magis reperitur in corporibus motis circulariter q̄ in aliis. Dicendũ tamen est dubiũ vtrũ corpora supercelestia vadant in infinitum: q̄ vtrũ corpa elemẽtaria cum sciantur omĩa illa cõtineri intra globum lune. In huius ergo supercelestibus corporibus maxime efficax est demonstratio pħi: quia motu diurno quo vna alterã reuoluit omẽs mouentur in tempe equali ⁊ in tempe finito: si tales sphere essent infinite motus infinitus esset in tempore finito: quod est incõueniens.

Contra predicta arguitur ⁊ primo q̄ in mouẽtibus ⁊ motis est ꝓcedere in infinitum: quia aliter sequitur q̄ generatio nõ eẽt eterna cõtra pħm primo ⁊ secũdo de generatione ⁊ patet cõsequẽtia quia ex opposito sequiꝛ oppositũ. Si enĩ generatio est eterna igiꝛ nõ dabatur primũ generans nec primũ genitũ: ⁊ cõsequẽter nõ primũ mouens nec primũ motũ in generatione: ⁊ per cõsequẽs in talibus ꝓceditur in infinitũ. Secundo arguiꝛ q̄ nõ omĩa corpora se tangentia possunt inuicem cõtinuare neqꝫ fieri vnũ corpus: quia elemẽta seinuicẽ tangũt ⁊ corpa celestia etiã seinuicẽ tangũt: ⁊ tamẽ elemẽta non possunt inuicẽ cõtinuari neqꝫ corpa celestia: quia cõtinuitas nõ inuenitur in his que sunt diuersarum rationum vt col

sigitur a philosopho octavo huius. ¶ Tertio arguitur: quia ex mouentibus & motis infinitis non fit vnum mobile infinitum: sed tantum finitum: quoniam infinite sunt partes proportionales alicuius corporis finiti: quarum quelibet mouet & mouetur & generaliter in omni motu locali recto sunt infinita mota & mouentia quia si. a. mouetur secundum locum motu recto oportet quod expellat aliud corpus & aliud illud corpus: & sic in infinitum: ex quo non est possibile penetratio corporum: & tamen ex hijs non fit aliquod mobile infinitum. ¶ Quarto arguitur quod non inconueniens magnitudinem infinitam moueri in tempore finito: quoniam totum simul mouetur cum qualibet suarum partium: ideo si aliquã pars finita mouetur in tempore finito: & per idem totum infinitum poterit moueri in tempore finito vt arguatur sic: in quocunque tempore mouetur corpus minus in eodem tempore poterit moueri corpus maius in quacunque proportione volueris sed in tempore finito mouetur corpus minus: igitur in tempore finito poterit moueri corpus maius in quacunque proportione volueris: & per consequens in tempore finito moueri poterit corpus infinitum. ¶ Ad primum dicitur quod in mouentibus & motis in actu & simul existentibus seu in successione bene contingit in lapide enim moto localiter sunt infinita mota & mouentia sed in potentia vt patuit in priori capitulo: etiam in toto tempore eterno fuerunt actu separata infinita mota & mouentia: sed non simul fuerunt: intendit igitur philosophus quod non contingit procedere in infinitum in mouentibus & motis simul existentibus & inuicem separatis. ¶ Ad secundum dicitur quod philosophus loquitur de motu & mobilibus in communi & de corporibus se tangentibus vt habent rationem communem corporis: quia vt sic nulli corpori secundum rationem communem corporis repugnat alteri continuari: ideo corpora celestia & elementa possunt inuicem continuari vt habent rationem corporis in communi: vt autem habent specialem rationem corporis huius vel illius: sic non possunt inuicem continuari. ¶ Ad tertium dicitur quod ex motis & mouentibus infinitis in potentia non fit corpus infinitum: sed ex motis & mouentibus in actu separato: quorum quodlibet est maius vno certo dato fit mobile infinitum. Si enim deus vnius lapidis pedalis actu separaret omnes partes proportionales se inuicem mouentes: non propter hoc ex illis fieret vnum mobile infinitum: licet infinita essent actu separata: quia nullo certo dato quodlibet illorum esset maius. ¶ Ad quartum negatur quelibet illarum consequentiarum concludens corpus infinitum posse moueri tempore finito: quoniam corpus infinitum non potest moueri localiter nisi pertranseat spatium infinitum: constat autem spatium infinitum non posse transiri tempore finito vt demonstratum est sexto huius: si enim corpus infinitum pertransiret spatium infinitum in tempore finito: igitur describeret vnum spatium infinitum & intraret aliud infinitum in tempore finito quod implicat contradictionem: non igitur repugnat maioritati corporis moueri tempore finito: sed repugnat infinitati & cetera.



Rimum autem mouens non sine). Istud est tertium capitulum huius tractatus in quo phus probat vnum quod proposuerat in alio capitulo: videlicet quod mouens & motum sunt simul in probando quod in mouentibus & motis non contingit procedere in infinitum: ponit ergo phus in hoc capitulo istam conclusionem: quod in omni motu moueri & motum sunt simul: ad cuius probationem phus premittit duas distinctiones: quarum vna est de mouente & reliqua de moto: deinde exequitur de intento: ibi. (Primum quidem igitur). Prima distinctio est ista: quod duplex est mouens: vz. proprie & methaphysice: mouens proprie sumptum est illud a quo est motus: mouens methaphysice dictum est illud propter quod est motus & sic finis dicitur mouens: per quandam similitudinem: quoniam sicut mouens necessitat formam ita finis necessitat agens & mouens: nunquam enim agens ageret neque mouens moueret: nisi necessitaretur a fine vt colligitur a philosopho secundo huius Cum ergo dicitur quod in omni motu mouens & motum sunt simul: non loquitur phus de mouente improprie dicto & methaphisice sumpto se habente per modum finis: sed de mouente proprie accepto quod est principium a quo est motus. Et quoniam ad omnem motum concurrunt plura mouentia cum dicitur in conclusione quod in omni motu mouens & motum sunt simul non debet intelligi de quolibet mouente: sed de mouente primo: non quidem primitate precessionis ante quod non est aliud mouens: sed primitate immediationis: videlicet inter quod & rem motam non est aliud mouens: neque accipit hic philosophus simul vt importat simultatem locationis: quia non oportet mouens & motum esse in eodem loco: sed accipit vt importat simultatem contactus vel immediationis ita quod inter mouens & motum nullum est medium. ¶ Ista ergo conclusio In omni motu mouens & motum sunt simul est intelligenda de mouente a quo est motus & non de mouente propter quod est motus de mouente primo & non de mouente non primo de simultate immediationis & non de simultate locationis. Le. li. (Primum autem mouens non sine cuius causa). idest finis. sed vnde est principium motus est simul cum eo quod mouetur. Simul autem dico quod nihil ipsorum medium est: hoc enim commune in omni eo quod mouetur & mouente est videlicet quod mouens & motum sunt simul. (Quoniam autem tres). Secunda distinctio est quod tria sunt genera motorum videlicet in loco qualitate & quantitate: & patet ista distinctio quoniam motus & motum sunt inuicem correlatiua: igitur quot sunt genera motuum tot sunt genera motorum sed tria sunt genera motorum: igitur tria sunt genera motuum: quod tria sunt genera motuum manifestum est ex quinto huius. s. motus secundum locum qui dicitur loci mutatio & motus secundum qualitatem qui dicitur alteratio & motus secundum quantitatem qui dicitur augmentatio & diminutio. Le. li. (Quoniam autem tres sunt motus qui secundum locum & secundum qualitatem & secundum quantitatem necesse est & ea que mouentur tria esse: qui quidem igitur motus est secundum locum loci mutatio dicitur: qui vero secundum qualitatem alteratio: qui vero secundum quantitatem augmentum vel detrimentum).

Notandum secundum commentatorem commento .10. quod mobilia sunt

trium generum: nam genera motuum sunt tria vt decla ratum est in quinto ⁊ forte tacuit generationem: quia hoc manifestum est in ea quam in aliis: scilicet quod generans est cum generato: sed in pluribus alterationibus est dubium vtrum motor tangat motū aut non ⁊ similiter in multis motoribus secundum alterationem vt in magnete. Commentator soluit hic vnum dubiū cum in quatuor predicamentis sit motus: videlicet in substantia quantitate qualitate ⁊ vbi vt est determinatum tertio huius: propter quod Aristoteles non facit mentionem de generatione, que est motus substantie: sicut de motibus aliorum predicamentorum. ¶ Ad hoc respondet Commentator dupliciter primo quod Aristoteles hic loquitur tantum de motu proprie dicto: constat autem quod generatio non est motus proprie dictus: sed tantū in quantitate qualitate ⁊ vbi est motus proprie dictus vt patuit quinto huius. ¶ Secundo respondet Commentator quod philosophus tacuit generationem: ⁊ quod in tali motu manifestum est quod generans ⁊ genitum sunt simul: non autem est ita manifestum in aliis motibus: vnde in motu augmentationis non est manifestum simul esse mouens ⁊ motum cum nutrimentum sit in vna parte corporis ⁊ augmentatio fiat in alia. Similiter in alteratione nō est manifestum alterans ⁊ alteratum esse simul vt in calefactione aque a sole ⁊ infrigidatione membrorum animaliū. Etiam in motu locali ⁊ precipue admixto alterationi illud non est manifestum vt in motu vaporum sursum ⁊ in motu ferri ad magnetem: sed in generatione est illud manifestum: ignis enim non generat ignem ex aere neq alterum elementum nisi sit immediatus aeri quem corrumpit. Sed potest breuiter dici quod generatio ⁊ corruptio sunt termini alterationis vt colligitur a philosopho primo de gene. ⁊ sexto huius: si igitur probabitur quod alterans ⁊ alteratū sunt simul ex eadem probatione haberi poterit quod generans ⁊ generatum sunt simul. (Primum quidem igitur). His distinctionibus premissis philosophus arguit quod in omni motu mouens ⁊ motum sunt simul: ⁊ primo quidem in motu locali. Ex quo motus localis est primus motuū. Secūdo in motu alterationis qui est motus statim consequens motum localem ibi. (Et vero neq). Tertio in motu augmentationis qui est vltimus motuū: ibi. (Et quod augetur). Quātum ad primum dicit philosophus sic. omne ꝙ mouetur localiter. aut mouetur ab intrinseco vel extrinseco: si ab intrinseco manifestum est quod mouens ⁊ motū sunt simul simultate immediationis cū inter motorē ⁊ motum nullum sit medium: si autem mouetur ab extrinseco iterum mouens ⁊ motū sunt simul cū mouēs tangit motum ⁊ sit illi immediatum vt patet inductiue discurrendo per omnia genera motuū prouenientiū ab extrinseco que sūt quatuor vz tractio pulsio vectio vertigo: omnis enim motus proueniens ab extrinseco est vnus istorū quatuor aut reducibilis ad aliquem illorum. Le. li. (Primum quidem igitur de loci mutatione dicamus: hic enim primus motus est omne igitur ꝙ fertur aut ipsum a seipso: mouetur autem ab altero), idest ab intrinseco: si quidem igitur a seipso manifestum ꝙ in ipso mouente existente simul mouens ⁊ mouetur erit: ⁊ nullum illius medium: quod autē ab alio mouetur quadrifarie mouetur: qui enim ab altero motus quatuor sunt tractio pulsio vectio vertigo ⁊ namq omnes alios motus factos ab extrinseco in hos reduci accidit.

Notandū ꝙ ex isto loco habet duplex simultas imediationis s. positiua ⁊ negatiua: simultas imediationis positiua est illa qua aliqua duo seinuicem tangunt ⁊ tal' ꝓprie non reperitur nisi in corporibus habentibus situs nō inuicem distans: simultas autem imediationis negatiua est illa qua inter aliqua duo nullum est medium: ⁊ hoc inuenitur non tantū in rebus corporalibus: sed etiam in rebus non corporalibus: quando ergo aliquid mouetur ab intrinseco tunc inter motorem ⁊ motum nulluū est mediū: ideo in talibus mouens ⁊ motum sunt simul simultate imediationis negatiue quoniam autē aliquid mouetur localiter ab extrinseco: tunc mouens ⁊ motum simul simultate imediationis positiue: quia se tangunt. ¶ Ex predictis sequitur qđ motum ⁊ mouens intrinsecum magis sunt simul quā motū ⁊ mouens extrinsecū: quoniā mouens ⁊ motum intrinsecum sunt simul simultate locationis: ⁊ simultate immediationis: sed mouens ⁊ motū extrinsecum sunt simul simultate immediationis tātū: anima enim mouens corpus est in eodē loco cum corpore: sed manus mouens baculum non est in eodē loco cū illo. ¶ Secundo sequitur quod aliqua sunt imediata que non sunt continua neq contigua: patet de intelligentia ⁊ orbe: de anima ⁊ corpore: ⁊ generaliter de qlibet forma mouente suam materiā: nulla enim ꝓprie sunt continua neq contigua nisi corpora ⁊ magnitudines. (Pulsionis quidem). Quoniam quatuor sunt genera motuum localium prouenientium ab extrinseco: scilicet pulsio tractio vectio ⁊ vertigo: ideo vt sciatur quomodo in quolibet illorū mouens ⁊ motum sunt simul philosophus declarat omnia illa. ⁊ primo pulsionem di. quod pulsionis due sunt species: videlicet impulsio ⁊ expulsio: impulsio est motus pulsionis cum mouens in toto motu non separatur a moto sicut est motus nauis a nauta: expulsio est motus pulsionis cū mouens ante finē motus separatur a moto vt proiectio lapidis. Lege litteram. (Pulsionis quidem igitur alia impulsio alia expulsio: impulsio quidē est cum mouens ei ꝙ mouetur nō deficiat: expulsio cū expellens deficit dimittens igitur motū ante finē motus dicitur expellens): nō dimittens autem dicitur impellens. (Vectio autem). Secundo philosophus declarat quid est vectio di. ꝙ vectio est motus ꝑ accidēs proueniens a pulsione tractu aut vertigine: nauis enī potest tripliciter moueri. s. motu pulsus ⁊ motu tractus ⁊ motu vertiginis seu circulationis: sed eo motu mouetur per accidens sedēs in naui q̄ motu mouet per se nauis: igitur vectio est motus per accidens proueniens a pulsione tractu aut vertigine: ⁊ illud ꝙ vehitur inquit phus aliquando ē in vehēte aliquādo ē super uehens Exemplū primi patet de sedente in naui: exemplū secūdi patet de sedente super lignū tractum aut pulsū: quilibet istorum vehitur ⁊ portatur: sed vnus portat ab eo in quo est ⁊ alius ab eo super ꝙ est. Le. li. (Vectio autē in tribus erit motibus ꝙ quidē vehitur nō ꝑm se mouetur: sed ꝑm accidens: in eo enī ꝙ est in eo ꝙ mouetur: vehens autē mouetur aut pulsū aut tractū aut vertiginē ductū): manifestū igitur ꝙ vectio in tribus motibus erit.

Sed dubitatur qm̄ sedēs super equū currentē vehitur ⁊ portat: cuius motus nō prouenit a motu tra

ctus pulsionis aut vertiginis cuz motus eius non sit aliquis istorū triū. Respondetur quod omnis vectio est motus per accidens proueniens ab aliquo ꝙ mouetur per se: sed eorū que mouentur per se quedam mouētur a se vt lapis motus deorsū: ⁊ quedā ab alio vt lapis proiectus aut tractus ⁊ quolibet istorū modorum potest esse motus vectionis: nō ergo loquit̄ philosophus de vectione prouenīete ab eo ꝙ mouetur per se ⁊ a se: sed ab eo ꝙ mouetur per se ab alio: qz non loquitur philosophus hic de motu facto ab intrinseco: sed ab extrinseco. (Tractio autē est). Tertio philosophus describit quid ē tractio di. tractio est mot⁹ mobilis ad motorē vel ad alterū ex potentia mouentis: ⁊ per hoc differt tractus a pulsione: qz in pulsiōe motor se habet vt terminus a quo ⁊ in tractu vt terminus ad quē: ⁊ hoc quando tractus est ad motorē: quādo autē est ad alterū tunc nō se habet vt terminus a quo neqz vt terminus ad quē: possū enī trahere lapidem aut lignū ad me ⁊ ad aliud existētē ꝓpe me. ¶ Duas conditiōes debz habere tractio. quarū prima est ꝙ motus trahentis sit velocior ꝙ̄ motus tracti: que quidem ꝓpositio nō est intelligenda sicut verba sonant: quoniam cōiter motus trahentis ⁊ motus tracti sunt eque veloces cum inequali tempore pertranseāt equalia spatia ⁊ aliqñ motus tracti est velocior vt quando trahitur graue deorsū: sed debet intelligi ꝙ motus trahentis fortior sit ⁊ vehemētior ꝙ̄ motus tracti aut ꝙ potentia trahentis maior sit ꝙ̄ potentia tracti: alioqn non fieret tractio: quia a proportione equalitatis vel minoris inequalitatis non prouenit motus. ¶ Secūda conditio est ꝙ trahens in toto non separatur a tracto: ⁊ per hoc differt ab expulsione quia expellens separatur ab expulso sed trahens non separatur a tracto: ⁊ in hoc conuenit tractus cum impulsione: cum etiam pulsio non separaret motorē a mobili vt patuit: differt autē ab vtroqz in alio: videlicet quoniā tā in pulsione ꝙ̄ in expulsione motor se habet vt terminus a quo: ⁊ in tractu vt terminus ad quē. Lege litteram. (Tractio autē est cū etiā ad ipsum vel ad alterū velocior sit motus trahentis non separatus ab eo ꝙ trahitur: ⁊ nanqz ad ipsū est tractio ⁊ ad alterū .s. ꝓpe se.

Notandum ꝙ per qualitates sensibiles intelligit philosoph⁹ hic qualitates que sunt sensibilia propria et qualitates que sunt sensibilia cōmunia sequentes mixtionē qualitatum primarum de quibus omnibus dictum est in priori capitulo: sensibilia enim propria sūt qualitates sensibiles per se primo inquātum per se primo inferūt passionem sensibus sensibilia autem cōmunia sequentia mixtionem qualitatum primarum inferunt passionem sensibus per se non primo: quia nō immutant aliquem sensum nisi mediante sensibili proprio vt colligitur a philosopho secundo de anima: figura autem est qualitas immediate consequens quantitatem termino vel terminis clausam: que etiam est qualitas sensibilis cum sit sensibile cōmune de predicamento qualitatis eam tamen philosophus non vocat qualitatem sensibilem: quia solum de qualitate sensibili habēte contrarium facit ipse mentionem per formam auteʒ intelligit Aristoteles tam hic quā in predicamentis dispositionem qualitatiuam sequentem debitam vel indebitam proportionem partium rei et dicitur pulchritudo et turpitudo seu formositas: et deformitas: dicitur enim homo pulcher aut turpis formosus vel deformis ex debita vel indebita proportione et compositione partium inuicem. Sed burleus dicit ꝙ forma et figura differunt sicut superius et inferius: quoniaʒ figura inuenitur tam in naturalibus q̄ in artificialib⁹ cum importet terminationē q̄titatis est .n. figura illd ꝙ t̄mio vl t̄mis claudit: forma aūt est figura tm̄ reꝝ artificialiū. Jsta diffinitio pōt hr̄e aliquā instantiā p⁹ ꝺdc̄ qꝛ pulchritudo est habitus prime speciei importās relationē: vt al-

sexto Aristo. in tertia conclusione huius capituli: deinde animalia ⁊ partes eorum sunt formata formatione quarte speciei que quidem formatio est naturalis ⁊ nõ artificialis. Dicendum igitur ꝙ philosophus hic per figuram intelligit figuram simplicem: videlicet circularem: triangularem: quadrangularem ⁊ huiusmodi: siue fuerit naturalis siue artificialis: per formam autem intelligit figuram compositam prouenientem ex partibus diuersarum figurarum cuiusmodi est figura capitis manus aut pedis: siue fuerit naturalis siue artificialis: forma enim digiti constat partialiter ex figura circulari ⁊ figura quadrangulari: forma autem manus constat ex eiusdem figuris vna cum figura triangulari: figura ergo in cõmuni: vt est illud ꝙ termino vel terminis clauditur est quodãmodo genus ad figuram ⁊ formam de quibus Aristo. loquitur tam hic q̃ in predicamentis. ¶ Non autem est: secũda conclusio: secũdum qualitates quarte speciei non est per se alteratio: probatur tripliciter ⁊ primo sic secundũ formas ⁊ figuras nõ est per se alteratio: sed forma ⁊ figura sunt qualitates quarte speciei igitur ⁊c. patet consequentia cum minori ex doctrina predicamentorum ⁊ maior arguitur nam ad illud non est per se motus neq; per se alteratio ꝙ acquiritur per solam alterationem factam in alio: sed forma ⁊ figura acquiruntur per solam alterationem factam in alio: igitur secũdum formam ⁊ figuram non est per se alteratio: prima pars antecedentis colligitur ex determinatis quinto huius ⁊ secunda declaratur quoniam per solam alterationem factam in qualitatibus primis acquiritur forma vel figura cum enim aliqua materia fuerit calefacta vel infrigidata rarefacta vel condensata statim sequitur forma ⁊ figura videmus enim animalia complexionis calide habere aliam formam membrorum ⁊ aliam figuram q̃ que sunt complexionis frigide in eadem enim specie habẽt formam faciei magis tenuẽ: flegmatici vero habẽt eam magis corpulentam: sic etiam qui sunt complexiõis rare diuersificãtur in forma ab aliis que sunt complexionis dense: quare variatio in forma ⁊ figura fit ex sola alteratione facta in qualitatibus primis aut secundis insequentibus illas. Le. lit. (Non est autem) alteratio per se neq; in his videlicet in formis ⁊ figuris sed sunt hec cum quedam alterantur alia ab istis densata enim ⁊ rarefacta aut cum fiet calida aut frigida materia prouenit forma vel figura: alteratio autem non est aliqua ex qua per se fiant ista.

Notandum primo secundum cõmentatorem cõmento .1c. ꝙ in istis duobus generationibus non inuenitur alteratio sed generatio rerum existentium in istis duobus generibus sequitur veram alterationem non quia alteratio existit in eis sicut in rebus que alterantur in veritate cõmentator intendit istam rationem ad illud nõ est per se alteratio ꝙ indiuisibiliter generatur: igitur ad nullum istorum est per se alteratio: patet consequentia cum maiori: nam ideo ad substantiam non est per se alteratio: quia substantia indiuisibiliter generatur secundum se ⁊ quodlibet sui tamen sequitur veram alterationem: quia non est possibilis generatio substantie absq; alteratione precedente secundum philosophum primo de gene. minor vero est nota quoniam ratio forme ⁊ figure consistit in indiuisibili vt videbitur infra: nõ igitur in formis ⁊ figuris est per se alteratio sed tantũ generatio insequitur veram alterationem. Intelligendum tamen ꝙ licet forma ⁊ figura in naturalib9 sequãtur veram alterationẽ: tñ in artificialibus secuntur motum localem cum artifices solo motu locali faciant figuras simplices ⁊ compositas ⁊ hoc subtrahẽdo aliquid ab alio: aut superaddendo aliquid alteri.

Notandum secundo secundum cõmentatorem eodem cõmento ꝙ densitas ⁊ raritas sunt apud Aristo. qualitates sequentes calidum ⁊ frigidum densitas enim nihil aliud est nisi transmutatio alicuius ad minorem magnitudinem ⁊ raritas ad maiorem. Antiqui vero dixerunt ꝙ densitas est constrictio pororum corporis: ⁊ raritas expansio ⁊ ꝙ hec duo sunt esse generationis cum generatio apud eos sit congregatio ⁊ segregatio ⁊ hoc bene concessum est in corporibus habentibus poros: sed non sunt esse generationis ⁊ corruptionis vt fingebãt sed secuntur generationem ⁊ corruptionem. Prima propositio cõmenti est: ista raritas ⁊ densitas sunt qualitates consequentes calidum ⁊ frigidum: vnde duo sũt elementa calida. s. ignis ⁊ aer ⁊ hec sunt leuia ⁊ rara ⁊ duo sunt elementa frigida. s. terra ⁊ aqua ⁊ hec sũt grauia ⁊ densa: cum igitur caliditas ⁊ frigiditas sint qualitates prime ⁊ grauitas ac leuitas ⁊ raritas ac densitas sint qualitates scḋe sequentes qualitates primas per Aristo. scḋo de gene. sequitur ꝙ raritas ⁊ densitas secuntur calidum ⁊ frigidum: sicut grauitas ⁊ leuitas. ¶ Sed contra celum est rarum vel densum ⁊ tamen non est calidum neq; frigidum per Aristo. primo ⁊ secundo ce. igitur raritas ⁊ densitas non secuntur calidũ ⁊ frigidum. Item terra vel aqua calida est densa sicut grauis ⁊ non rara similiter ferrum aut plumbum ignitum est densum ⁊ non rarum igitur non semper raritas ⁊ densitas consecũtur calidum ⁊ frigidum. ¶ Ad primum dicitur ꝙ rarum ⁊ densum dupliciter sumuntur videlicet absolute ⁊ respectiue si absolute sic nõ important nisi qualitates consequentes calidum ⁊ frigidum ⁊ isto modo celum non est rarum neq; densum si autem respectiue accipiuntur sic important extensionem magnam vel paruam per comparationem ad materiam vel quantitatem: ⁊ isto modo raritas ⁊ densitas non secuntur calidum ⁊ frigidum sed raritas est respectiue consequens magnam extensionem in modica materia ⁊ densitas est alius respectus consequens paucã extẽsionem in multa materia: ⁊ sic aliqua pars celi dicitur rara ⁊ aliqua densa. ¶ Ad secundum dicitur ꝙ non intendit cõmentator omne calidum esse rarum: ⁊ omne frigidum esse densum: sed ꝙ nunq̃ generatur frigiditas quin generetur densitas: licet igitur aqua calida non sit rara ipsa tamen est minus densa q̃ quãdo est frigida ideo aliqua densitas ẽ remissa ⁊ aliqua raritas introducta. Et idem dicatur de ferro ⁊ plumbo ignito ꝙ illa sunt densa ex determinatione formarum substantialium: tamen habent minorem densitatem ⁊ maiorem raritatem q̃ prius habebant. ¶ Secunda propositio densitas est transmutatio alicuius ad minorem quãtitatem ⁊ raritas ad maiorem: ista propositio est intelligenda in predicatione causali. s. densitas est per alicuius transmutationem ad minorem quantitatem ⁊ raritas est per transmutationem alicuius ad minorem quantitatem semper intelli[illegible] acquisitione partis ad totum ⁊ deperditione partis a toto iuxta doctrinam Aristotelis quarto huius: quia in vera augmentatione non oportet aliquid fieri rarum: ⁊ tamen augmentatio est trãsmutatio ad ma-

forem quantitatem: neqȝ in diminutione oportet aliquid fieri depressum: ⁊ tamen diminutio est transmutatio ad minorem quantitatem. ¶ Sed videtur ꝙ ista propositio contradicat prime: quia cum transmutatur ignis in aerem fit transmutatio ad minorem quantitatem ⁊ cum transmutatur terra in aquam fit transmutatio ad minorem quantitatem per philosophuȝ secundo de generatio. ⁊ tamen cum generatur aer ex igne generatur raritas: ⁊ cum generatur aqua ex terra generatur densitas: quia raritas ⁊ densitas consecuntur elementa calida ⁊ frigida per primam propositionem. Ista difficultas soluitur ex dictis commentatoris secundo huius determinantis ibidem ꝙ grauitas aque est leuitas in respectu ⁊ leuitas aeris est grauitas in respectu: ita ꝙ aqua est leuis respectu terre ⁊ ⁊ aer est grauis respectu ignis: ita est dicendum de raritate ⁊ densitate ꝙ cum generatur aer ex igne generatur raritas aeris que dicitur densitas respectu raritatis ignis: ⁊ cum generatur aqua ex terra generatur densitas aque que dicitur raritas respectu densitatis terre continue ergo cum generatur maius ex minori generatur raritas simpliciter vel in respectu ⁊ cū generatur minus ex maiori generatur densitas simpliciter vel in respectu. ¶ Et hic oportet tenere cum commentatore ꝙ densitas aque ⁊ terre sicut grauitates earumdem sunt diuersarum rationū ⁊ ꝙ raritas ignis ⁊ aeris sunt diuersarum specierum sicut leuitates eorūdem. ¶ Ex predictis propositionibus concludit commentator falsitatem antiquorum diffinientium raritatem ⁊ densitatem di. ꝙ densitas est constrictio pororum corporum ⁊ raritas est expansio pororum corporis quia licet illud possit habere veritateȝ in corporibus porosis sicut est spongia aut lana nō tamen habet veritatem in corporibus non porosis cuiusmodi sunt elementa. Item falsum dicūt inquit commentator ꝙ raritas ⁊ densitas sint esse generationis ⁊ corruptionis sicut congregatio ⁊ segregatio sed sunt effect⁹ generationis ⁊ corruptionis: nam segregatio ⁊ cōgregatio dicunt motum localem. constat autem ꝙ ad generationem ⁊ corruptionem non concurrit motus localis nisi per accidens ⁊ quia raritas ⁊ densitas consecuntur calidum ⁊ frigidum ideo non sunt esse generationis ⁊ corruptionis sed magis sunt effectus generationis ⁊ corruptionis videlicet elementorum ⁊ qualitatum primarum. ¶ Dubitatur si raritas ⁊ densitas sunt effectus generationis ⁊ corruptionis ⁊ ad generationem nec corruptionem est per se motus. 5. huius igitur ad raritatem ⁊ densitatem non est per se motus ꝙ est contra intentionem philosophi ⁊ cōmentatoris in hoc capitulo. ¶ Respondetur negando consequentiam nam colores odores ⁊ sapores sunt effectus generationis ⁊ corruptionis elementorum ⁊ qualitatuȝ primarum ⁊ tamen ad illos est per se motus quia nō generantur subito sed successiue successione cōtinua eo modo quo qualitates prime intendūtur ⁊ remittūtur ita raritas ⁊ densitas generantur ⁊ corrumpuntur cōtinua successione non enim datur prima raritas vel densitas acquisita: neqȝ vltima raritas vel densitas deperdita. (Ex quo quidem) secūdo arguit philosophus ad eandem cōclusionem sic. si secundū aliq̄ qualitatem est per se alteratio illa p̄dicatur de subiecto suo ⁊ econtra: sed qualitate de. 4. specie non predicatur de subiecto suo neqȝ ecōtra igitur s̄m qualitates de. 4. specie non est per se alteratio. patet cōsequentia a conuibili cum cōtradictorio consequentis ad cōtradictionē antecedentis: minor tenet inductiue quoniā forma aut figura statue piramidis vel lecti nō predicatur de subiecto suo neqȝ econtra non enim est verum dicere ꝙ lignum est statua piramis aut lectus; neqȝ econtra ꝙ lectus piramis aut statua sit lignum: non etiam est verum dicere ꝙ cuprum seu es sit statua aut piramis: neqȝ econtra ꝙ piramis aut statua sit cuprum aut es: sed solum in predicatione denominatiua illa de subiectis predicantur videlicet lectus est ligneus piramis terre⁹ statua est erea aut cuprea. ¶ Maior etiam inductiue declaratur. nam quia ad caliditatem ⁊ frigiditateȝ humiditatem ⁊ siccitatem: duriciem ⁊ molliciem: albedinē ⁊ nigredinem dulcedinem ⁊ amaritudinem est per se alteratio: ideo si lignum est subiectum alicui⁹ istorū idem eodem dicitur illud ⁊ econtra: nam verum est dicere ꝙ lignum est calidum vel frigidum humidum vel siccum ⁊ econtra: etiam est verum dicere ꝙ cuprum est durum vel molle: album vel nigrum: dulce vel amarum: ⁊ ecōtra videlicet ꝙ calidum vel frigiduȝ est lignū: ⁊ ꝙ durum aut molle est eris rō autem istius est ista. nam motus specificatur a termino ad quem vt patuit. 5. huius sȝ motus semper dicitur de subiecto suo vt colligitur ex tertio huius. igitur tempus ad quē motus etiā dicitur de subiecto suo ⁊ econtra semper de termino per se. si ergo aliquod subiectum calesit vel dealbatur oportet illud in fine motus deducto impedimento esse calidum vel album: quia ergo forma ⁊ figura per accidens consecūtur terminum alterationis tantum: aut terminū motus localis tantum: aut ambos aliquando ideo opȝ formā vel figuram predicari de subiecto suo neqȝ econtra ⁊ hoc neqȝ in concreto neqȝ in abstracto. Le. litte. (Ex quo quidem enim idest subiectum ex quo est forma statue non dicimus formam in concreto neqȝ in abstracto neqȝ subiectuȝ ex quo figura piramidis est aut lectus: sed denominatiue sunt de subiectis predicabilia. Hoc quidem ereum illud vero terreum aliud vero ligneum quod autem alteratur: idest circa ꝙ aliquid alteratur dicimus de subiecto suo eo quidem enim humidum esse dicimus aut forte: idest durum aut calidum ⁊ non solum sic sed humidum ⁊ calidum eo equiuoce: id est equiuoce dicentes passioni materiam: quoniā sicut forma dicitur de subiecto ita econtra quoniam igitur subiectum ex quo quideȝ forma ⁊ figura sit ⁊ quod factum est: idest transmutatum ad formam vel figuram non equiuoce: idest non equiuoce ⁊ predicatione dicātur cum figuris: que ex illo sunt que aliē alterantur cuȝ passionibus eque dicuntur manifestum ꝙ in solis sensibus de aliis speciebus alteratio est.

Sed dubitatur probando formam ⁊ figuram predicari de subiecto suo quoniaȝ caliditas ⁊ albedo predicantur de subiecto suo non quia subiectum illud sit caliditas vel albedo: sed quia subiectum illud: sciȝ lignum aut cuprum est calidum vel album cum ergo ita sit ꝙ subiectum forme ⁊ figure est formatum ⁊ figuratum videlicet cuprum aut lignum sequitur ꝙ qualitates de quarta specie eque dicant̄ de subiectis suis sicut q̄litates de. 3. specie ⁊ per cōñs si qualitates de. 3. specie est p se alteratio p idem ad quantitatem de. 4. spē est ā per se alteratio. Pro solutione huius difficultatis notande sunt tres distinctiones quarum prima est ista nomina quedam concreta ⁊ quedam abstracta: nomē abstractū ē illō ꝙ significat tm̄ formā vt albedo ⁊ ca⁹⁹


nomen concretum est illud ꝙ significat cōpositum ex forma ⁊ materia: siue illud ꝯpositum fuerit substātiale vt hō vel aīal: siue fuerit accidentale vt calidū ⁊ albū. ❡ Secūda distinctio nominum concretorum quedā sunt propinqua quedam remota: propinqua sunt illa que tantum significāt compositū ex subiecto ⁊ forma vt album ⁊ statua remota sunt illa que significant aliquid aliud vt albefactum ⁊ albefactibile statuificatum ⁊ statuificabile: hec enim preter cōpositum accidentale significat causam effectiuam. Similiter in predicamēto substantie homo dicitur concretū propinquum eius abstractum est humanitas: concretum autem remotū est humanū ⁊ humanatum: humanum enī preter hominem quē significat importat ea que sunt hominis videlicet domū ⁊ vestimentum: dicitur enim dom⁹ humana ⁊ vestimentum humanū: sed humanatum significat cām effectiuam hominis. ❡ Tertia distinctio nominum concretorum quedam sunt adiectiua ⁊ quedā substantiua: concreta adiectiua sunt illa que variantur per voces vt album ⁊ calidum cōcreta vero substantiua que non variantur per voces diuersas in eodem casu vt homo ⁊ statua. Et differunt hec in mōdo supponendi quoniā concreta subiectiua nunq̄ dicuntur de subiectis suis: siue fuerit cōcreta substantialia vt homo ⁊ equus: siue ꝯcreta accidentalia vt dom⁹ ⁊ statua: seu idolum ⁊ lectus: nunq̄ enim est verum dicere ꝙ materia hominis sit homo: neq̄ ꝙ lignum sit statua aut lectus: concreta autem adiectiua possunt supponere indifferenter tam pro subiecto q̄ pro composito ſm exigentiam alterius extremi: si enim dicitur albū vel currit vel disputat supponit tm̄ pro subiecto: sed si dicitur album videtur vel est concretū iam supponit pro toto composito accidētali. His distinctiōibus premissis q̄ non sunt hic intelligēde nisi in predicamentis absolutis que sunt substantia q̄titas ⁊ qualitas respondet ad difficultatē dicendo ꝙ cum Aristo. asserit qualitatem ſm quā est alteratio p̄dicamenti de subiecto suo: ⁊ ecōtra loquitur de predicatione in concreto ⁊ nō in abstracto: ⁊ non ſm quodcūq̄ concretum indifferenter sed ſm concretum ꝓpinquum vt per hoc pateat differentia inter qualitates de tertia ⁊ quarta specie: quoniam qualitates de tertia dicūtur de suis subiectis indifferenter ſm concretū propinquum ⁊ remotum: q2 bene dicitur lignum est albū albefactiuū ⁊ albefactibile: sed qualitates de quarta specie nō dicuntur de suis subiectis ſm concreta ꝓpinqua sed tantum remota: nam bene dicitur cuprum est formatum ⁊ figuratū statuitum vel statuibile: sed nunq̄ bene dicitur cuprū ē statua aut ydolū ad hoc igitur ꝙ ad aliquā qualitatem sit per se alteratio non sufficit ꝙ dicatur d̄ subiecto suo in cōcreto remoto: sed requiritur ꝙ in cōcreto propinquo: q̄d quidē nō cōtingit in qualitatibus quarte speciei sed bene tertie. ❡ Ex predictis soluūtur duo dubia quorum primū est illud dicendo lignū est album predicatū non supponit pro composito sed tm̄ pro subiecto: igitur per idem ⁊ in ista lignū est statua aut lectus: cōsequentia videtur tenere ex cōsequentia vtrobiq̄ predicatur cōcretum accidētale. ❡ Secundū dubium videtur ꝙ cōcretum propinquū quarte speciei verificetur d̄ subiecto q2 lꝫ hec non sit vera lignū est piramis aut circulus tamen quelibet earū est vera lignum est piramidale lignum est circulare. ❡ Ad primum responsum ē negando consequentiam ⁊ causa diuersitatis est quia statua ⁊ lectus sunt concreta substantiua que nō possunt verificari de suis subiectis: sed album ⁊ calidum sunt concreta adiectiua que possunt predicari tā d̄ subiecto q̄ de composito sic etiam formatū ⁊ significatū triangulare ⁊ quadrangulare predicantur de vtroq̄: nā vere dicitur ꝙ lignum est formatum ⁊ figuratum: ⁊ etiam ꝙ statua est formata vel figurata vere etiam dicitur ꝙ cuprum est triangulare vel quadrangulare ⁊ ꝙ campana est quadrangularis vel triangularis. ❡ Ad secundum dicitur ꝙ lꝫ in tertia specie concretum adiectiuū sit concretum propinquum nunq̄ autem in quarta specie: sed semper mediat vnū concretum substantiuum inter abstractum ⁊ concretū adiectiuum: licꝫ illud sit innominatū: vnde concretū propinquum circuli non est circulare: sed pila vel aliquod ꝯsimile ⁊ cōcretum ꝓpinquum trianguli non est triangulare sed cāpana vel aliquid aliud. Similiter quadrāguli concretum ꝓpinquum non est quadrangulare: sed domus vel statua aut consimile ⁊ talia concreta sūt magis nominata per artem q̄ per naturam. in tertia autem specie qualitatis non datur concretum substantiuum potens mediare inter abstractum ⁊ concretum adiectiuū neq̄ per artem: neq̄ per naturam vt inductiue patet. Et si queritur causa diuersitatis nulla alia est dāda q̄ natura qualitatum quoniam qualitates de quarta specie sunt apta natura constituere concreta tam substantiua q̄ adiectiua: qualitates autem .3. specie non sunt nata cōstituere nisi concreta adiectiua ⁊c. (Amplius ⁊ aliter) tertio arguit philosophus ad eandem conclusionē sic: ſm nullam formā est per se alteratio nisi mutatio qua illa forma immediate acquiritur sit alteratō sed mutatio qua īmediate acquiritur qualitas quarte speciei non est alteratio: igitur secundū qualitates de quarta specie non est per se alteratio: patet consequentia inductiue ex formali ratione huius ꝙ est per se: nā ad formam substantialem nō est per se alteratio ex eo quia sua mutatio non est alteratio sed generatio. neq̄ homo dicitur alterari per illā: sed generari: minor autem est nota: nam mutatio qua inducitur immediate forma vel figura domus nō est alteratio: sꝫ tectio aut lateratio: ridiculum enim est dicere tectionē aut laterationem esse alterationem cū sint motus locales. Le. lit. (Amplius ⁊ aliter) arguitur ad idem sic: incōueniens est (dicere hominem alteratū esse aut domum accipiētem finem ⁊ perfectum eius ridiculum est si perfectōm domus vt tectionem aut laterationem dicimus alterationem esse aut domo laterata aut coperta) idest dum lateratur vel coopertur domus dicimus alterari domum: manifestum est autem q2 ꝙ est alterationis non est in his que fiunt ſm quartam speciem qualitatis. ❡ Notandum ꝙ cōmentator cōmento .16. format rationem hanc: in alteratiōe manet idem subiectum actu in principio ⁊ in fine: sed in acquisitione forme ⁊ fine non manet idem subiectum etiā actu in principio ⁊ in fine: igitur ad formam ⁊ figurā nō est alteratio: patet consequentia cum maiori ex quinto huius minor autem est euidens quia domus non est in principio sed tantum in fine ⁊ similiter statue.

Tex. cō. 16.

Sed dubitatur quoniam subie[illegible] mus sunt lapides ⁊ lignū ⁊ hec sunt entia in actu manentia in principio ⁊ in fine: similiter cera est subiectum statue ⁊ lignum subiectum lecti ⁊ cuprum subiectū ydoli: stat autem hec omnia esse entia in actu manentia eodē numero in principio vsq̄ ad finē: sicut .n. subiectū

caliditatis vel albedinis manet idem p totum motum ita subiectum forme vel figure de.4.specie qualitatis. Respondetur q generatio figure et gñatio forme substantialis conueniunt in hoc q. sic. in generatiõe forme substantialis acqritur tota forma simul:ita in generatione figure acquirit figura tota simul:et non p partez post partem;differunt aũt in alio: qñ subiectuz forme substantialis est ens in pura potentia: videlicet materia prima:subiectum autẽ figure est ens in actu videlicet cõpositum ex materia et forma substantiali vt habetur secũdo huius. Et ex hoc potest videri ꝯueniẽtia et differentia inter qualitates de tertia et quarta spẽ qualitade:in hoc enim cõueniunt q quelibet earũ habz subiectum in actu:in alio v̓o differunt:qm̃ qualitates sensibiles de tertia specie acquiruntur successiue:qualitates autem de.4ª specie indiuisibilr gñantur quando ergo cõmentato: dicit q in alteratione manet idem subiectũ ens in actu in principio et in fine intelligit subiectũ illõ manere cõtinue idem actu et diuersificari per totuz tempus ẽm formam ad quã est motus sic q continue est per terminũ in termino a quo et per terminũ in termino ad quem per successionẽ continuam terminantez motũ sed non ita contingit in acquisitione forme aut figure: quoniã per totũ motum manet idez ens in actu:sed nihil acquirit de forma vel figura nisi in fine. ppterea assimilat cõmentator generationem forme et figure generationi substantiali per hoc q sicut in toto motu nihil est de forma substantiali:sed tm̃ in fine ita nihil est de forma vel figura:sed tantum in fine.

Tex. cõ.17.



Eqz. n. in habitib'. Secũda ꝯclusio ẽm qualitates prime speciei nõ est per se alteratio: vtrãq ꝯclusionem Aristo. sic arguit ad virtutes corporales nõ ẽ per se alteratio:nec ad virtutes morales: neqz ad virtutes intellectuales: igitur ẽm qualitates pª speciei nõ est per se alteratio:pz cõsequentia: qz in prima specie qualitatis ponũtur virtutes et vicia ẽm omnem potentiam naturalem ponuntur enim virtutes corporales in potẽtia naturali corporis;virtutes morales in appellatiua potẽtia:et intellectuales in potẽtia intellectiua.añs phs ꝓbat:et pº q ad virtutes corporales nõ est per se alteratio:scdo q neqz ad virtutes morales ibi(neqz itaqz) 3º q neqz ad intellectuales ibi(at v̓o neqz) Quantũ ad primũ arguit phs sic:ad ea que sunt ad aliquid nõ est per se alteratio:sed virtutes sunt ad aliqd:et ꝯñr vicia opposita illis:igitur ad vicia opposita illis:pz ꝯñs cum maiori ex determinatis.5º huius et minor declaratur.naz sanitas pulchritudo et fortitudo sunt virtutes corporales:et sunt ad aliqd:igitur per idem oẽs alie virtutes corporales sunt ad aliquid añs ꝓbatur et primo q sanitas pulchritudo et fortitudo sunt virtutes:qm̃ virtus est que hñtem perficit: et opus eius bonũ reddit cum dispositiões pfecti ad optimũ ẽm naturam:igitur sanitas pulchritudo et fortitudo sunt virtutes. Scdo arguitur q sunt corporales: qz fundãtur in corpore:non in anima dato namqz q anima esset pura potentia nullum in se habens actum vel habitum nõ minus aliquis homo esset sanus pulcher et fortis igit sanitas pulchritudo et fortitudo corporalis sunt habitus corporis et nõ anime: et notãter dico fortitudo corporalis:qz pter fortitudinez corporalem est dare fortitudinẽ spiritualẽ que est virtus moralis fundata habitualr in anima d qua dicetur in secũda parte huius cõclusionis. Tertio arguitur q iste virtutes sunt ad aliquid nam sanitas est adequatio calidorum frigidorum.i.tẽperamentũ debitũ humorum per comparationẽ ad membra animalis vel ad aerez cõtinentem: pulchritudo aũt est cõmensuratio mẽbrorum et fortitudo est debita applicatio partium corporis:cõstat autem q cõmensuratio adequatio contemperatio et applicatio sunt relationes. ¶ Consimiliter dicatur de vicijs oppositis his virtutibus que sũt egritudo turpitudo et dbilitas:q sunt malicie corporales quia fundãtur tm̃ in corpore et q sint vicia patet quia quelibet earũ habentem imperficit:et opus eius malũ reddit. Eger eniz turpis et debilis imperfect' est et operationes naturales et vitales malefacit:q autem sint ad aliquid sequtur ex dictis. nam egritudo est distemperatio humorꝝ in corpore animalis:turpitudo est disconuenientia membrorꝝ eiusdez: debilitas aũt est remissio virtutis corporis naturalis modo patet q distemperatio cõuenientia intensio et remissio sunt ad aliquid.

Le.li. (Nec enim in habitibus est per se alteratio habitus virtutes et malicie sunt virt' aũt omnis et malicia) corporalis est (ad aliquid sicut sanitas qdem calidorum et frigidorum mẽsuratio quedã est) et hoc (aut eorum que sunt) infra corpus videlicet membrorꝝ:aut p respectum ad ꝯtinens q est aer similiter et pulchritudo et macies.i.fortitudo:vt habet alia trãslatio ad aliqd sunt dispositiões enim quedam perfecti ad optimum sunt dico autem perfecti q sanat.i.q est cõmensuratũ et dispositum circa naturam .i.ẽm naturam vt hz alia littera:qm̃ igitur virtutes et malicie sunt ad aliud hoc autem neqz generationes ipoꝝ neqz alteratio omnino est.i.per se et quia sic est manifestum est q nõ est omnino q est alteratiõis.i.alteratio circa habit' prime spẽi.

Notandum primo q ad aliquid dupliciter accipitur videlicet in abstracto et in cõcreto ad aliqd in abstracto est illud q est formaliter relatio:vt paternitas et filiacio similitudo et equalitas;et sic virtutes et malicie de prima specie qualitatis nõ sunt ad aliquid:qz non sunt relationes cum sint qualitates ad aliqd in ꝯcreto est illud q pter absolutũ formaliter includit relationẽ et sic sũt ad aliqd virtutes et malicie de prima spẽ qualitatis: si enĩ sanitas vel pulchritudo eẽt ens simplicit absolutũ nõ includẽs respectũ illa cõmensuratio que est formaliter aut causaliter sanitas vel pulchritudo in vno eẽt in quocunqz alio sanitas vel pulchritudo q est falsuz qz cõmensuratio humoruz que est sanitas in ceruo vel in vno aere non eẽt sanitas in leone aut in alio aere sed egritudo et illa ꝓportio membrorum que est pulchritudo in vno animali in alio eẽt turpitudo turpis enim esset homo si haberet proportionem membroruz equi aut leonis. Sed qz albedo et nigredo sũt entia simpliciter absoluta: ideo illud q est formaliter aut causaliter albedo vel nigredo in quocũqz poneretur esset albedo vel nigredo:ppterea ad albedinem et nigredinem est per se alteratio:non autem ad sanitatẽ


⁊ egritudinem: si enim illa qualitas que est albedo in vno esset nigredo in alio alteratio que esset ad albedinem esset dealbatio ⁊ denigratio ex quo motus specificatur a termino ad quem: ita si ad sanitatem esset per se alteratio cum illud quod est sanitas in vno est egritudo in alio: sequitur quod eadem alteratio esset sanatio ⁊ egrotatio quod est impossibile cum sanatio ⁊ egrotatio sint contrarie per Aristo. 5. huius non igitur ad sanitatem pulchritudinem vel fortitudinem est per se generatio vel alteratio: neque ad vicia opposita illis: sed tamen per accidens cum iste indiuisibiliter sequantur alterationes qualitatum primarum ⁊ generationes formarum substantialium. Et ista est causa propter quod illa qualitas que est albedo vel nigredo vbicunque poneretur semper seruaret eandem denominationem non autem sanitas ⁊ pulchritudo: quia albedo ⁊ nigredo non includunt respectum ad determinatum subiectum vel formam: sed sanitas ⁊ egritudo seu pulchritudo ⁊ turpitudo includunt huius respectus quibus deficientibus deficit denominatio. vnde quia locus significat superficiem ⁊ includit respectum continentie deficiente illo respectu non amplius superficies esset locus: ⁊ quia visio est qualitas connotans respectum determinati subiecti: ideo deficiente illo respectu illa qualitas non amplius esset visio videlicet dato quod poneretur in lapide: aut in aliquo aut in alio disproportionato subiecto: aut cum disproportionata forma statim amitteret nomen sanitatis: quia perderet respectum quem essentialiter includit. ¶ Sed dubitatur quoniam generis absoluti sunt species absolute: sed qualitas est genus absolutum igitur eius species sunt absolute: sed sanitas pulchritudo ⁊ fortitudo ac vicia opposita habens sunt species qualitatis per Aristo. in littera ⁊ in predicamentis: igitur sunt species absolute ⁊ per consequens non sunt ad aliquid. Item impossibile est idem per se esse in diuersis predicamentis: sed habitus nominati sunt de prima specie qualitatis: igitur non sunt de predicamento relationis seu ad aliquid tenet consequentia cum minori: ⁊ maior est Aristo. in antepredicamentis dicentis diuersorum generum ⁊ non subalternatim positorum diuerse sunt species ⁊ differentie: ⁊ per posteriorum predicamenta sunt impermixta ⁊ illa negatiua est immediata in qua negatur generalissimum vnius predicamenti a generalissimo alterius. ¶ Ad primum dicitur secundum philosophum in predicamentis quod aliquid est in puncto dupliciter videlicet secundum esse ⁊ secundum dici: illud est in puncto secundum esse cuius formale est per se primo in predicamento illo: illud vero est in aliquo predicamento secundum dici cuius formale est per se primo in puncto illo verbi gratia locus secundum esse est in predicamento qualitatis ⁊ habet dici est in puncto relationis: quia superficies que est materiale in loco est per se primo in predicamento quantitatis ⁊ continentia que est formale in loco est de predicamento relationis: ita sanitas pulchritudo ⁊ fortitudo sunt secundum esse de predicamento qualitatis ⁊ secundum dici de predicamento relationis: ⁊ quia sanitas significat qualitatem in recto ⁊ rectum commensurationis in obliquo: ideo sanitas est per se ⁊ essentialiter qualitas non autem est relatio: sed est per se ⁊ essentialiter relatiuum: quia essentialiter includit respectum de puncto relationis. Sicut igitur quantitas est genus absolutum ⁊ habet species quarum alique sunt absolute tam secundum esse quam secundum dici: vt linea superficies ⁊ corpus alias autem species habet que sunt absolute secundum esse ⁊ respectiue secundum dici: vt locus tempus ⁊ numerus ita qualitas est genus mere absolutum: ⁊ habet species mere absolutas tam secundum esse quam secundum dici: cuiusmodi sunt caliditas ⁊ frigiditas humiditas ⁊ siccitas albedo ⁊ nigredo ⁊ huiusmodi habet etiam species partim absolutas ⁊ partim respectiuas: videlicet secundum esse absolutas ⁊ secundum dici respectiuas cuiusmodi sunt scientia sanitas pulchritudo fortitudo ⁊ huiusmodi: ⁊ quoniam vnumquodque magis denominatur a forma quam a materia: ideo hec sunt magis de predicamento relationis quam qualitatis vt colligitur a commentatore hic. Ad secundum dicitur quod est impossibile aliquid per se esse in diuersis predicamentis ⁊ hoc intelligit philosophus in omnibus auctoritatibus allegatis non tamen obstat quin aliquid sit per se non primo in diuersis predicamentis. videlicet ratione diuersorum que per se includit: ita quod ratione forme quam per se includit erit in vno predicamento ⁊ ratione materie quam etiam per se includit erit in alio predicamento: neque est inconueniens terminum vnius predicamenti verificari de termino alterius predicamenti in concreto: dummodo quodlibet illorum importet formam ⁊ materiam: sed est inconueniens in abstracto simpliciter terminum vnius predicamenti de alio verificari.

Notandum secundo quod philosophus cum dicit sanitatem pulchritudinem ⁊ fortitudinem esse dispositiones perfecti ad optimum secundum naturam intelligit perfectum subiectum illarum virtutum corporalium: ⁊ per optimam operationem nobilissimam ⁊ laudabilissimam conuenientem illi speciei vt colligitur a commentatore hic: quod quidem potest probari per diffinitionem virtutis datam a philosopho primo ethicorum dicentis. virtus est que habentem perficit ⁊ opus eius bonum reddit: ita quod per virtutem quecunque sit illa siue sit corporalis siue moralis siue intellectualis subiectum perficitur etiam per illam operatio bona atque laudabilis perducitur. Et notanter dicit philosophus secundum naturam: quia non quelibet virtus est dispositio perfecti ad optimum simpliciter cum neque homo neque brutum per aliquam virtutem naturaliter acquisitam possit attingere optimum simpliciter neque operari actum simpliciter bonum aut laudabilissimum atque dignissimum omnino cum non possit attingere ad operationes superiorum intelligentiarum: sed virtutes nominate sunt dispositiones perfecti ad optimum secundum naturam: ita quod sanitas in homine est dispositio hominis sani ad perfectissimas ⁊ optimas operationes conuenientes secundum naturam speciei vniuoce ⁊ sanitas in equo est dispositio equi sani ad dignissimas ⁊ nobilissimas operationes secundum naturam speciei equiuoce. Consimiliter dicatur de pulchritudine ⁊ fortitudine quod sunt dispositiones animalium perfectorum ⁊ optimas operationes conuenientes secundum naturam speciebus animalium. Ex quibus sequitur quod sanitas pulchritudo ⁊ fortitudo corporales non sunt species specialissime: quoniam habitus cognoscuntur ⁊ distinguuntur per actus vt colligitur a philosopho. secundo ethicorum: sed aliquam operationem bonam potest producere sanitas hominis quam non potest producere sanitas equi: neque aliquam eius speciei ⁊ aliquam operationem dignam potest producere equus per sanitatem suam quam non potest producere homo: nec aliquam eiusdem speciei: igitur sanitates hominis ⁊ equi sunt diuersarum specierum: ac etiam fortitudines illorum ⁊ similiter pulchritudines patet consequentia quia non aliter probatur. 2° de anima potentias distingui per actus. Et non solum sanitates diuersorum animalium in specie sunt diuersarum specierum: sed etiam sanitates membrorum diuersorum in specie eiusdem animalis sunt diuersarum specierum: ita quod sanitas cordis ⁊ sanitas cerebri sunt diuersarum specierum ac etiam sanitates pedum ⁊ manuum sunt diuerse in specie propter diuersas formas substantiales specifice differentes quas consecuntur ⁊ propter diuersitatem specificam operationum operatio enim facit cognoscere formam secundum philosophum. 8. metaphisice ⁊ secundo de anima. Item consequenter intelligo de fortitudinibus diuersorum membrorum seu de pulchritudinibus eorundem quod sunt diuersarum specierum.

Sed dubitatur quia dato illo sequitur ꝙ sanitas animalis est forma ethomogena: ⁊ cōsimiliter fortitudo ⁊ pulchritudo hominis: quoniam quelibet istarū formarum componitur ex partibus diuersarū rationum videlicet ex sanitatibus seu pulchritudinibus aut fortitudinibus membrorū diuersorum specierum: consequens vero est contra auctorem sex principiorum dicentem ꝙ forma est compōi contingens simplici: atqꝫ inuariabili essentia consistens. Respondetur concedēdo sanitatem hominis esse formam ethomogenā ⁊ consequenter pulchritudinē ⁊ fortitudinem eius esse formam ethomogenā: neqꝫ istud tollit quin essentia sanitatis sit simplex atqꝫ inuariabilis eēntia: homo enim ⁊ equus sunt corpora ethomogena ⁊ tamen essentia hominis vel equi est simplex atqꝫ inuariabilis forma.

Tertio notandum ꝙ de quidditate sanitatis fuerunt quattuor opiniones quarū prima dicit ꝙ formaliter ⁊ in recto non est nisi proportio inter humores sic ꝙ proportio consurgēs ex mixtione calidorum ⁊ frigidorum: aut diuersorū humorum in corpore animalis est sanitas: cōsimiliter dicit de fortitudine ⁊ pulchritudine ꝙ nō est nisi certa proportio inter membra: aut partes corporis animati. Ista opinio cōtradicit philosopho dicenti hic ꝙ sanitas fortitudo ⁊ pulchritudo sunt habitus prime speciei qualitatis: igitur sunt qualitates ⁊ per consequens nō sunt relatiōes: tamen arguitur ratione: quia illo dato sequitur ꝙ in homine quātūcunqꝫ infirmo sunt infinite sanitates diuersarum specierum quoniā qualiscūqꝫ proportio imaginabilis est inter qualescūqꝫ humores significādos uno sequitur ꝙ sanitas non durat nisi per instans eo ꝙ ad quālibet perturbationē spirituū vel sanguinis dissoluitur proportio que est inter humores. ¶ Secūda opinio asserit ꝙ sanitas nō est aliud ꝙ̄ qualitates prime proportionate ita ⁊ hec est bifurcata: nam dicit ochaz ꝙ sanitates prime proportionate nō distinguendo proportionem qualitatum primarū a qualitatibus primis burleus vero dicit ꝙ est aggregatum primis qualitatibus ⁊ proportio incorporalis distinguēdo proportionem a rebus proportionatis. Sed hec opinio etiā videtur cōtrariari philosopho quoniā ad qualitates primas est per se alteratio secundum philosophum hic: ⁊ .5° huius siue fuerint inuicem proportionate siue disproportionate sed ad sanitatem nō est per se alteratio secundum philosophum in littera: igitur sanitas nō est qualitates prime proportionate. Item sanitas est habitus prime speciei ⁊ qualitates prime proportionate nō sunt habitus prime speciei: sed qualitates de secūda specie: aggregatū vero ex proportione ⁊ illis qualitatibus pertinet ad tertiam speciem secundum esse ⁊ secundum dici ad predicamentum relationis: igitur sanitas non est aliquod illorū. Tertia opinio ait ꝙ sanitas est qualitas reducens corpus indispositum ad dispositionem ⁊ habitus dispositiuus habitualiter ad operationes vite: ⁊ egritudo est qualitas cōtraria indisponens corpus animalis tam in se ꝙ̄ ad suas operationes vitales: ⁊ quoniam sanitas dicit respectum proportionis ⁊ cōmensurationis humorum: ideo sanitas non est intēsibilis: neqꝫ remissibilis: neqꝫ vna sanitas est altera intensior vel remissior: sed vnus talis habitus pōt esse reliquo firmior: aut minus firmus: hec opinio vera est quo ad primam partem ⁊ nō quo ad secūdā videlicet ꝙ nulla sanitas est altera intensior vel remissior: quia vnus homo est altero sanior ⁊ idem homo cōtinue erit magis ⁊ magis sanus. Item virtus moralis est intelligibilis ⁊ remissibilis igitur per idem virtus corporalis: patet cōsequentia ⁊ antecedens colligitur de intentiōe Aristo. secundo ethicorum dicentis ꝙ ex frequentatis actibus generantur habitus igitur ex pluribus actibus generatur maior habitus ꝙ̄ ex paucioribus: sed non generatur maior extēsiue igitur generatur minor habitus ꝙ̄ ex paucioribus sed ꝙ̄ generatur maior extensiue: sed maior intensiue. Quarta ergo opinio cōcedit ꝙ sanitas est equalitas prime speciei dicens respectum adequationis humorū seu cōmensurationis in corpore animalis secundum determinatā formam: ideo hec propositio est falsa de virtute sermonis in predicatione identica ⁊ in recto sanitas est adequatio seu cōmensuratio humorum cū nō sit respectus neqꝫ relatio sed intelligēda in predicatione causali videlicet sanitas est ex adequatione ⁊ cōmensuratione humorum: ⁊ quoniā talis adequatio ⁊ cōmensuratio nō cōsistit in indiuisibili sed habet latitudinem: ideo sanitas est intēsibilis ⁊ remissibilis ⁊ magis intensa in vno: ⁊ magis remissa in alio adequato: igitur seu cōmensuratio humorum nō est formaliter sanitas: sed tamen causaliter: quia est causa sanitatis ratiōne qualitatum primarum ex quorū temperamento resultat sanitas. ¶ Consimiliter dicatur de egritudine cōtraria sanitati ⁊ de fortitudine ac pulchritudine ⁊ suis oppositis ꝙ sunt qualitates prime speciei dicentes respectus relationis per cōparationem ad subiectum ⁊ formā. ¶ Et notanter dico quodlibet istorum habet includere respectū per cōparationem ad subiectum ⁊ formam: quoniam non quelibet qualitas est sanitas: quoniā tunc in mixtis inanimatis esset sanitas ꝙ est falsum: sed sanitas est qualitas secunda proueniens ex cōmensuratione qualitatum primarum in corpore animalis: neqꝫ omnes sanitates sunt eiusdem rationis qui proueniunt ex mixtione qualitatum primarum in corpore animalis: quia tunc sanitas cordis ⁊ sanitas cerebri essent eiusdem speciei ꝙ est falsum sed ille sanitates dicuntur eiusdē speciei que proueniūt ex mixtiōibus eiusdē speciei: mixtiōes autem eiusdē speciei ex quibus prouenit sanitas dicunt respectus ad subiecta eiusdē speciei ⁊ formas eiusdem rationis. ¶ Contra ista dicta de sanitate ⁊ egritudine arguitur ꝙ non sunt qualitates positiue secunde cōsurgentes ex mixtione qualitatum primarū: ⁊ primo sic stat vnum membrum esse sanū ⁊ reliquū infirmum per Aristo. 5° huius ⁊ per experientiam. igitur contingit medietatem animalis esse sanam ⁊ aliam infirmā vel equiualenter ⁊ per cōsequens cōtingit animal esse neqꝫ sanum neqꝫ egrum: sed in medio sicut dicunt medici de tempore conualescentie ⁊ neutralitatis: sed illud est falsum: quia sanitas ⁊ egritudo sunt cōtraria immediata per Aristo. in postpredicamētis capitulo de oppositis. Secundo nulla qualitas positiua crescit in infinitū: sed in infinitum cōtingit egritudinem crescere versus mortem hominis: igitur egritudo nō est qualitas positiua: patet cōsequentia cum maiori inductiue ex detractione cōmentatoris .6. huius dicentis ꝙ non solum quantitas sed etiam qualitas est terminata: minor vero est euidens: quoniam in morte hominis bona proportio humorum decrescit in infinitum versus non gradum: nō igitur egritudo est qualitas positiua sed priuatio sanitatis. Tertio sequitur ꝙ egritudo esset qualitas sensibilis de tertia specie cōsequens cōtra philosophum hic ponentem illam in prima specie: ⁊ probatur consequentia: quia ponentes egritudinem aut morbum esse qualitatem habent ponere ipsum esse acutum sicut patet de febribus quas au-

mores dicunt esse qualitates tangibiles q non eēt nisi egritudo aut morbus ponerētur in tertia specie qualitatis inferēs passionē sensibus. ¶ Quarto. nō īplicat ꝯ radicionē aīa. hic humores ꝛ reliq̄ mēbra ꝓportionata ꝑter hoc q resultet ex illis quedā qualitas scōa cū oē prius ꝓportionata ꝑter hoc q resultet ex illis quedā qualitas scōa cū oē prius stet esse sine suo posteriori: sed eo ipso q est talis ꝓportio est aīal sanum igitur sanitas non est qualitas distincta a ꝓportione ꝛ primis qualitatibus vt ponit. si eniz ex huius proportione humoꝝ necessario poneret qualitas positiua per idez ex illa ꝛ aliis ꝓportionatis poneret 3ᵃ ꝛ sic in infinituz. ¶ Ad primū dicit q sicut est possibile vnuz corpus esse nō calidū neq̄ frigiduz: aut non esse albuz neq̄ nigrū: dato q vna medietas sit calida ꝛ alba: ꝛ alia frigida ꝛ nigra: ita cōtingit aliquod aīal esse non sanuz neq̄ egrū: si haberet vnaz partez sanaz ꝛ aliquā equiualētem egrā: nec ex hoc colligitur quin sanitas ꝛ egritudo sint cōtraria imediata cum inter sanitatem ꝛ egritudinez non sit mediū forme: neq̄ etiā medium subiecti ad hunc intellectum q sit aliquod corpus sanabile ꝛ egrotabile q̄d in se non habet sanitatez neq̄ egritudinem: sed cōsistit in aliquo medio sensibili: vel insensibili inter illas: ꝛ hec fuit intentio Aristo. in ꝑdicamentis. ¶ Ad scōm negatur q cōtingit egritudinez crescere in infinitum: ꝛ tunc ad argumētuz bona ꝓportio humoruz decrescit in infinituz igitur ꝛ egritudo. negat ꝯsequētia. vnde caliditas generat ꝛ crescit ex remissione frigiditatis: ꝛ remissio frigiditatis vadit in infinituz: igit caliditas tm̄ nō crescit in infinituz. Similiter ignis assimilat sibi aquā ex proportione agentis ꝛ passiui: ꝛ ꝓportio agētis ad passiuz crescit in infinitum: ꝛ tamē nulla qualitas inducta ab igne in aqua crescit in infinitum. augmentū enim egritudinis nō sequitur diminutionē ꝓportionis bone humoꝝ ꝺz geometrice: sed tm̄ arismetrice: eo modo quo augmētū caliditatis sequitur diminutionē frigiditatis vel econtra. ¶ Ad tertiū negat ꝯsequētia: lz enim esse egritudinis aut morbi sint de tertia specie qualitatis tamē egritudo est de prima specie: ꝛ cū dicunt auctores morbū eē acutum: aut febrem esse qualitatē tangibilē intelligunt illas ꝓpositiones in ꝑdicatione causali. vz morbū eē ex qualitate acuta: ꝛ febrez esse ex qualitate tangibili. vnde febris in rei veritate non est calor accēsus in corde: neq̄ in alia parte corporis: sed est qualitas secunda ꝓueniens ex tali calore accenso. ¶ Ad quartū respondet q sicut non stat per viam nature alterum esse debite ꝛ cōplete ꝓportionata vt sit lapis frigiduz: vel aliud mixtū cū hoc q nō sit forma substātialis superaddita sic non stat per naturā qualitates primas esse debite ꝓportionatas in tali vel tali mixto absq̄ superadditione qualitatis secūde: ꝛ ꝯr̄ nō stat per naturam illas qualitates in corpore aīalis debite cōcurrere quin ab illis fluat qualitas secūda que dicitur sanitas: neq̄ oportet ꝓcedere in infinituz: quia ex mixtione qualitatuz primarū generant qualitates secunde: ꝛ ex mixtione qualitatū secūdaruz cōtrariarū generantur qualitates medie: non autē ex aliqua qualitate secunda ꝛ qualitatibꝰ primis generatur alia qualitas dato enim illo modo arguēdi ꝓbaretur ex mixtione qualitatū primarū non generari colores: odores: ꝛ sapores ꝯ determinationē Arist. in lib. de sensu ꝛ sensato. Et notāter dixi per viam nature: quia per potentiā dei stat elementa inuicē debite ꝛ complete misceri absq̄ generatiōe forme substātialis mixti: stat etiā q̄litates primas ꝛ prime ꝓportionari ad generationē [illegible] ꝛ [illegible] ex tunc [illegible] q i corpore aīalis p diuinā potētiā in tali cōmixtiōe humoruz absq̄ qualitate sequēte ꝛ tūc tale aīal nō eē sanū neq̄ egrū ex quo in eo nō esset sanitas neq̄ egritudo. ¶ Sed adhuc dubitatur arguēdo q sanitas ꝛ egritudo aut nō sunt qualitates positiue ꝯtra opinionem: aut q nō sunt cōtraria imediata cōtra determinationez philosophi in postpredicamētis. nam pono q sortes sit sanus [illegible] sanitas [illegible] quousq̄ fiat eger. Et quero vtrū incipiet eē eger per positionem de ꝑsenti: vel per remotionē. si per positionē cū tunc non erit in īfinituz remisse eger: nec egritudo cōpatit sanitatem: sequit q subito acquiritur certa latitudo egritudinis: q videt īpossibile cuz inducens egritudinē per tēpus: postmodū erit potētius q̄ tūc ad inducēdū egritudinez. Si per remotionē de ꝑsenti sequit ceteris paribus q subito ꝯm totaz deperdet certa latitudo sanitatis q est iterū incōueniēs. primo qꝛ de ꝯtrarijs tm̄ inducitur de vno quātū educit de reliquo. Scdo qꝛ sanitas ꝛ egritudo in sua acquisitiōe ꝛ deperditiōe consequunt ꝓportionē inter qualitates primas. sed cōtinue successiue ꝛ nō subito acquiritur vel deperdit talis ꝓportio igit ꝛ sanitas vel egritudo. ¶ Rn̄det q sortes incipiet esse eger per positionē de ꝑsenti: ꝛ q subito inducet certa latitudo egritudinis ꝯm se totuz: ꝛ q agēs etiā post subito inducet aliā latitudinez egritudinis ꝯz se totaz que cuz priori faciet intēsiorē egritudinē. vnde sanitas ꝛ egritudo nō acquirunt neq̄ deperdunt successiue successione cōtinua sed discōtinua. ita q dantur minima tam in egritudine q̄ in sanitate que subito ꝯm se tota acquiruntur ꝛ deperdunt: sic minima formaꝝ substātialiū: ꝛ lz de cōtrarijs ad que est per se motꝰ verum sit q tm̄ inducit de vno q̄tū educitur de alio: non tamē est verū de cōtrarijs ad q̄ nō est per se motꝰ: qm̄ tota latitudo sanitatis deperdit anteq̄ aliquid de egritudine introducat ꝛ ecōtra. Et lz sanitas ꝛ egritudo sequātur ꝓportionē qualitatuz primarū nō tamē cōsimiliter generant ꝛ corrūpunt sanitas ꝛ egritudo quo modo acquiritur ꝛ deperdit ꝓportio qualitatuz primarū. quoniā sanitas ꝛ egritudo nō sequitur omnē ꝓportionē qualitatū primarū sed determinatā: ꝛ sic forme substātiales. ideo nō oportet q sit talis successio ī acquisitiōe ꝛ deperditiōe sanitatis ꝛ egritudinis qualis est in acquisitione ꝛ deꝑditione ꝓportionū qualitatum primarū. Consimiliter dicatur de fortitudine ꝛ debilitate: aut de pulchritudine ꝛ turpitudine q sunt qualitates positiue ꝛ contraria imediata nō potētia simul stare ꝯm aliquē gradum intensum vel remissum ꝛ q acquisitio vel deꝑditio taliū non est cōtinua: sed tm̄ discōtinua per subitam acquisitionē ꝛ deperditionem maioꝝ naturaliū de predicamēto qualitatis.



Neq̄ itaq̄) Postq̄ philosophus probauit q ꝯm virtutes ꝛ malitias corporales nō est per se alteratio que sunt in potētia naturali corporis. consequēter probat idem de virtutibus ꝛ vitijs moralibus que sunt in parte appetitiua anime per tres rationes: quarū secūda icipit ibi. (Sit quidē igit.) Et tertia ibi. (Et totā moralē.) Primo igitur arguit ꝑhus sic [illegible] ad quod est per se [illegible] tio nō est per se alteratio sed virtus moralis est [illegible] Tex. com. 17.

inest congruitas ad consimilitudinem scientie. Sicut ergo ad visum scientie facit quies et tranquillitas non motus: sic et acceptio scientie a principio fit in quiete et tranquillitate excludente motum corporalem et passiones. T.e.li. Sicut ergo neque) vtitur scientia dormiens ebrius aut eger: (sed cum dormiens excitatur aliquis iam factus vigilans (aut ebrius pauset) per resolutionem vini (aut infirmans ordiet) per sanitatem (factus est et sciens) quo ad visum scie (quis prius non poterat vti) scia sua (et secundum scientiam agere: sed mutata perturbatione et in statum) i. in quietem (veniente mente inerat potentia) cuilibet illorum (ad scientie cognitionem) sic (et huius igitur aliquid fit) quo ad acquisitionem scientie (et ex principio inscientie ex natura et residentia) i. in tranquillitate et quiete. ¶ Tertium signum respicit infantes pueros et adolescentes qui non possunt de nouo addiscere et bene iudicare sicut senes. Cuius causa non potest esse alia nisi quia in pueris habundant turbationes et motus multo magis quam in senibus. Propterea quanto magis et citius cessat in eis motus et turbatio tanto fiunt habiliores et ad discendum et iudicandum. Talis autem turbatio et motus cessat in eis aliquando quidem a natura secundum quod ad senectutem peruenitur seu ad perfectam etatem aliquando autem a seipsis vz per visum et exercitium consuetudinem et disciplinam cum dant se exercitio studij et bonis moribus deprimentes passiones illaudabiles et immoderatas. Et siue cessatio a motu et turbatione fiat a natura siue a consuetudine non est acquisitio scientie in pueris per alterationem nisi per accidens. Alterant dormientes ebrij et egrotantes ad visum scientie: quia cedant motus eorum sicut cedant motus dormientis cum surgat et fit vigilans. aut motus ebrij et egrotantis cum liberatur ab egritudine et ebrietate. Est tamen differentia in his motibus: quoniam perturbatio motus infantium et dormientium est magis naturalis. egrotantium autem et ebriosorum est magis per accidens et extra naturam. T.e.li. Neque igitur infantes possunt addiscere neque iudicare sensibus similiter senioribus. Multa enim perturbatio et motus circa ipsos et motus. statur autem pausatur aliquando quidem a natura: aliquando ab inuicem per consuetudinem in vtrisque enim hoc videlicet natura et consuetudine alterant aliquid ac adiu circa doctrinam et disciplinam in pueris sicut cum dormiens surgat et fiat vigilans ad actum scientie et doctrie.

Notandum

secundum commentatorem commento .. quod exercitium largitur ratione hominis preparationem que in ea non erat (prius et non est remotum vt virtus. s. moralis operatur in hoc et maxime castitas.) ¶ Duo sunt secundum commentatorem que preparant hominem ad doctrinam et disciplinam et faciunt eum scientem: vz exercitium studij et virtus moralis et maxime castitas. Sicut enim libido propter nimiam turbationem anime et corporis maxime abstrahit a scientia: ita castitas per contrarium maxime promouet ad illam. Uiri enim continentes et casti faciliter scientes. sic incontinentes raro sunt studiosi et scientes iuxta illud: In maliuolam animam non introibit sapientia neque in corpore subdito peccatis. (Manifestum igitur.) ¶ Quarta ratio. Tantum qualitates de secunda vel de tertia specie qualitatis est per se alteratio. probatur secundum qualitates de secunda vel de tertia specie est per se alteratio et non secundum qualitates alterius speciei igitur etc. ptz pna cum vtraque pte antecedentis ex determinatis ante. Ad duritiem enim et mollitiem est per se alteratio que sunt qualitates secunde speciei. et ad caliditatem et frigiditatem est per se alteratio que sunt qualitates de tertia specie non autem est per se alteratio ad formas vel figuras neque ad virtutes corporales morales vel intellectuales. et quia ex mixtione in corpore animalis talium qualitatum sensibilium resultat pars anime sensitiua non potens a corpore separata separari neque ab huius proportione qualitatum primarum dicit alterationem per se fieri non tantum in corpore sensibili aut in qualitatibus sensibilibus sed etiam quodammodo in parte sensitiua anime. in qualibet autem alia parte anime vtputa intellectiua non potest fieri alteratio nisi per accidens. Et notanter dicitur quodammodo quia in parte sensitiua non fit alteratio realis nisi ratione organi non autem ratione virtutis sensitiue: quia secundum philosophum: si senex acciperet oculum iuuenis videret sicut et iuuenis. in intellectiua autem non fit alteratio ratione sui neque ratione organi cum non sit virtus organica sed si contingit alteratio intelligendo hoc est omnino per accidens vz ratione sensus et fantasie quibus vtitur intellectus in suis operationibus Intendit ergo philosophus quod tam in corpore sensibili quam in qualitatibus sensibilibus est tantum alteratio per se: in intellectu est alteratio omnino per accidens. in parte vero sensitiua est alteratio quodammodo per se ratione organi et quodammodo per accidens ratione sensus. T.e.li. Manifestum igitur quod alteratio motus in sensibilibus est tantum secunde vel tertie speciei qualitatis (et in sensibilis parte anime) ratione organi (in alia autem nulla) vz intellectiua vz secundum accidens.

Notandum

secundum commentatorem commento .. quod aristoteles intendit per sensibilia tangibilia et colores et odores et sapores et per partem corporalem anime passiones factas in virtute concupiscibili que sequuntur passiones corporales: vt rubor verecundiam et pallor timorem. et vocauit hanc partem corporalem quia digestio corpore et ideo nullus estimat quod ista pars possit separari.) Istud commentum est clarum ex doctrina aristo. in predicamentis ponentis in tertia specie qualitatis passiones et passibiles qualitates intelligendo per passibiles qualitates omnia sensibilia propria habentia esse fixum in subiecto. et per passiones vero consimilia sensibilia propria prouenientia ex passionibus anime habentia esse debile in subiecto et non permanens: vt rubedo proueniens ex verecundia et palledo ex timore aut iracundia. ideo in parte sensitiua anime dicitur esse alteratio. quoniam in virtute concupiscibili sunt passiones que sequuntur passiones corporales ad quas est per se alteratio siue sint passiones siue passibiles qualitates.


Dubium

vnum mouet hic commentator propter quid aristo. tacuit secundam speciem qualitatis que dicitur naturalis potentia vel impotentia. Ad istam dubitationem sunt tres modi respondendi quorum primus est alexandri dicentis. vt recitat comme. hic. quod ideo non fecit mentionem de secunda specie qualitatis quia naturalis potentia vel impotentia sunt substantie et non accidentia: quoniam res agunt per suas formas et patiuntur per suas materias ideo forma est naturalis potentia si per eam agens faciliter agit. si autem difficiliter vocatur naturalis impotentia. materia autem dicitur naturalis potentia si per eam bene resistitur corrumpenti. Est autem naturalis impotentia si per eam bene resistitur corrumpenti. Potest etiam intelligere alexander inquit commenta. quod naturalis potentia et impotentia non sunt qualitates alterabiles i. sunt qualitates determinate et proprie prouenientes formas speciales. Constat autem quod ad qualitates proprias et determinatas non est per se alteratio. et hunc modum exponendi sequuntur albertus et philosophi antiqui. Secundus modus exponendi est Egidij dicentis quod ideo philosophus non facit mentionem de secunda specie qualitatis quia naturalis potentia et impotentia acquiruntur per solam mutationem et alterationem factam in qualitatibus primis. Ex eo enim quia aliquis fit calidus aut frigidus acquirit naturalem potentiam vel impotentiam vt fit salubris vel insalubris: pugil vel non pugil: cursor vel non cursor. deinde naturalis potentia vel impotentia videtur sequi ad primam et quartam speciem qualitatis vt ex eo quod quis acquirit bonum habitum et bonam dispositionem corporis efficitur pugil aut cursor et ex eo quod habeat debitam formam vel debitam figuram cor-

poris est magis aptus & dispositus ad currendū vel ad pugnandū. ¶ Tertius modus exponēdi est cōmētatoris di. q aristoteles facit mentionē de secūda specie sicut de tertia: qm per qualitates sensibiles intelligit tangibilia & colores & sapores & odores. Constat autem q nō sunt tangibilia tantū qualitates prime speciei [illegible] alique secūde [illegible] rarū & densum: lubricū & aridū: asperū & lene iuxta determinationē aristotelis .2. de genera. sed determinatū est in predicamētis ca° de qualitate q durū & molle sunt de secūda specie qualitatis: q2 durum dicit potentiā nō cito secandi & mollē naturalē in potentia vt cito seccetur. Et si querit ppter quid cōmentator in mouēdo dubiū dedit tm̄ responsionē alexandri & non propriā. dicit q nō fuit expediens: qm̄ .5. huius determinauit cōmētator q ad qualitates de secunda specie est per se motus & q ita sensit aristoteles. In principio aūt hui° capituli dicit q ad duriciē & ad molliciē est p se alteratio & magis p se q̄ ad colores odores & sapores. Ultimo vero dicit q aristoteles intelligit p qualitates sensibiles omēs qualitates tangibiles & omnes colores odores & sapores. Dicendū igitur cum philosopho & cōmētatore q est p se alteratio tam in secūda q̄ in tertia specie qualitatis: qm̄ nō oēs qualitates tangibiles sunt de tertia specie sed alique de secūda. Qualitates eñ tangibiles que sunt sensibilia ppria sunt de tertia specie sicut & omnia alia sensibilia ppria sunt in eadē specie. Qualitates aūt tangibiles que sunt sensibilia cōmunia vident esse in secūda specie cū dicāt naturalem potentiā vel impotētiā. Sicut eñ durū & densum dicunt naturalē potentiā passiuā resistendi diuisioni. & molle aut rarū dicit naturalē impotentiā passiuā resistēdi diuisioni. ita graue dicit naturalē potentiā actiuā diuidēdi mediū & descēdendo deorsum. leue aūt dicit naturalem potentiā actiuā diuidēdo mediū & descēdēdo deorsum. Et sicut nō ad quālibet qualitatē de tertia specie est p se motus: quia nō ad solē neqꝫ ad lumen neqꝫ ad lucē: ita nō ad quālibet naturalē potentiā vel impotentiā est per se alteratio. Ad habilitates eñ naturales insequētes formas substātiales aut formas vel figuras & habitus corporales nō est per se alteratio. Ad qualitates aūt tangibiles que etiā sunt naturalis potētie vel impotētie cōsequētes qualitates primas est p se alteratio eque bene sicut ad colores odores & sapores. Si igit ad naturalē potētiā vel impotētiā que est habilitas vel inhabilitas naturalis ad currēdū saltādū aut pu[illegible] nō est per se alteratio [illegible] quia ad [illegible] sunt etiā naturalis potētie vel impotētie nō fit p se motus cū iste sint qualitates tangibiles & nō ille sequant etiā immediate qualitates primas & nō ille.

Sed dubitatur. quoniam

aristoteles in ca° pcedēti nominauit oēs qualitates ad quas est per se alteratio inter quas nominauit sonum: igit ad sonū est p se alteratio. ¶ Itē aristo. in pdicamētis capitulo de qualitate ponit calorē & frigus esse de prima specie qualitatis: sed iā determiatū est q ad qualitates prime speciei nō est p se alteratio: igit ad caliditatē & frigiditatē nō est p se alteratio. ¶ Ad primū dicit q phs nō ibidē nomiat oēs qualitates sm̄ quas ē per se alteratio: sed oēs qualitates sm̄ quas inuicē corpora accipiunt differūt que sunt qualitates sensibiles inquātum sensibus passionē inferūt. s. in mutationē aut sensationē ad quā sequit delectatio vel tristicia ex cōuenientia vel discōuenientia potētie ad obiectū. ¶ Ad secundū respōdet Burleus ibidē q nō incōuenit eandē formam esse de plurib° speciebus qualitatis diuersis rōnibus: cū ille nō sint pprie species sed modi qualitatū. Unde idē calor nūero inq̄tū perficit subiectū ē in prima specie qualitatis: & inq̄tum est principiū opationis realis est in secūda specie: & inq̄tū est principiū opationis intētionalis est i tertia specie. Modo aūt videt q nō intelligit aristo. calorē neqꝫ frigus esse formaliter i prima specie qualitatis: qm̄ tunc eque bene esset per se motus ad primā spēm sicut ad tertiā: sed intelligit calorem aut frigus esse de prima specie qualitatis tm̄ cāliter inq̄tū est cā virtutū corporaliū q sunt formalr i spē illa.



Dubitauit [illegible] Hic ē secūdus tractat° hui° septimi in quo phs determinat de compatione motuū mobiliū & motorū postq̄ demōstrauit q nō cōtingit pcedere in infinitū in mo[illegible] & motore localiter sed q est deuenire ad primū motorē motuū in loco. Et diuidit i duo ca° in quorū primū determinat de cōpatiōe motuū inuicē. in secūdo vo de cōpatiōe mobiliū & motorū. ibi: (qm̄ aūt motus.) Primū ca™ diuidit in q̄tuor ptes: in quarū prima phs querit vtrū cuilibet motui quilibet mot° sit cōpabilis: arguēdo ad vtrāqꝫ ptē. In secūda soluens ad qōem ponit regulas de compatione rerū inuicē. ibi: (Sed quecūqꝫ.) In tertia applicat regulas ad motū. ibi: (Sic & circa motū.) In q̄rta spāliter determinat de motu alteratiōis. s. penes quid habet attendi velocitas illius. ibi: (De alteratione aūt.) Quātū ad primā partē aristoteles facit duo: nā primo arguit q nō quilibet motus cuilibet motui est cōpabilis. s. in velocitate & tarditate. Secūdo arguit cōtrariū vꝫ q qlibet motus cuilibet motui est cōpabilis. ibi: (In circulo autē.) Data igit pte affirmatiua qōis: aristo. infert duo incōueniētia quorū primū est: In motib° eiusdē generis vꝫ si mot° circularis ē cōpabilis motui recto sm̄ velocitatē & tarditatē. q spaciū circulare ē cōpabile spacio recto sm̄ eq̄litatē maioritatē & minoritatē. q istud sequat pbat. nā motib° equeuelocib° ptrāseunt spacia eq̄lia. 6. hui°. Si igit aliqs mot° circularis ē equeuelox motui recto opꝫ p illos spacia eq̄lia ptrāsiri: sed p motū rectū ptrāsit spaciū rectū & p motū circularē ptrāsit spaciū circulare: igit spaciū rectū ē eq̄le spacio circulari & eꝫ: qd est impossibile. 1. e. li. Dubitabit aūt aliqs vtiqꝫ vtrum ois mot°) oi motui (cōpabilis sit aut nō: si igit ois cōpabilis ē) sm̄ velocitatē & tarditatē (& eq̄liter velox est q ineq̄li tpe eq̄le mouet) i. eq̄le spaciū ptrāsit (erit circularis [illegible] recto & maior & minor.

Notandū

primo sm̄ cōmētato. cōmē. 2. q [illegible] q̄ [illegible] tractat°. In prīa eñ declarauit q oē motū hꝫ motorē.) In secūda vero q (oīa mota in loco reducunt ad primum motū qd mouet a motore in tpe.) Tertia autem est q (omīs motor ē insimul cū eo qd ab eo mouet in loco.) q̄rta vo ē ista: (Utrū ois mot° habeat pportiōē cū oi motu.) Iste ergo 7° phisicorū pōt dupl'r diui[illegible]

vno modo in duos tractatus eo mō quo dictum est. alio mō in quattuor questiones iuxta diffinitionē cōmentatoris quaꝝ prima est: Utrū omne motū habeat motorē distinctū a se. Secūda questio: Utrū in mouentibus ⁊ motis localiter sit deuenire ad primū motum quod mouetur a principio intrinseco. Tertia questio. Utrū in oīm motu mouens ⁊ motum sint simul. Quarta questio. Utrum oīs motus sit compabilis cuilibet motui in velocitate ⁊ tarditate: aut sm equalitatē vel ineqlitatē. Prime tres qōes sūt determinate in primo tractatu. quarta vero determinatur in secūdo tractatu: cuius intellectus est iste: Utrū quibuscūq̧ duobus motibus datis verū sit dicere ꝙ vnus illoꝝ motuū est altero velocior aut tardior aut equeuelox cū illo.

Notandum secundo sm commentatorem eodem commento ꝙ (aristoteles intendit per cōiunctionē suppositionem ⁊ mensurationē ita ꝙ oīes motus possunt diuersari sm magis ⁊ minus.) Intendit ergo philosophus per compationē suppositionē ⁊ cōmensurationē ita ꝙ equalia si supponantur neutrū illoꝝ excedit reliquum: vt patet de duabus lineis equalibus: que si supponātur nō se excedant. Inequalia sūt se excedunt si supponantur. Et hec est causa sm cōmentatorē quare nō inuicem compantur sm equalitatē spacium rectum ⁊ circulare quia nō possunt inuicē supponi stante rectitudine ⁊ circularitate: cum nō sit possibile lineā rectā tangere circularē nisi in puncto. Ex quibus sequitur ꝙ philosophus per equale nō intelligit equalitatē continentie sed cōmensuratōnis: quia philosophus intendit illam equalitatē que est passio quātitatis continue. Passio autē quātitatis continue est equalitas cōmensurationis ⁊ nō continētie sm illud philosophi in predicamentis: Propriū est quātitati sm eam equale vel inequale dici. In linea quidē recta est equalitas ⁊ nō continentie sed cōmensurationis. Et ꝓpter hoc dicit Burleus ꝙ nulla duo corpora possunt esse simpliciter eq̄lia equalitatē cōmensurationis quia equalia simpliciter equalitate cōmensuratōnis sunt illa quoꝝ vnum supponitur alteri ⁊ neutrū ex aliqua parte excedit reliquum quod esse nō potest nisi talia sint in eodē loco vel situ: ⁊ quia corpa nō possunt esse simul in eodē loco vel situ: ideo duo corpa nō possunt esse simpliciter equalia equalitate cōmensurationis: bene autem due linee vel due superficies quia duo talia possunt esse in eodem loco vel situ. Sed mihi videtur ꝙ duo corpora possunt esse simpliciter equalia equalitate cōmensurationis: quoniā corpus habet tres dimensiones quarum quelibet mēsuratur per lineam rectā: sed due linee recte possunt esse simpliciter equales equalitate cōmensurationis: igitur ⁊ duo corpora: neq̧ oportet si duo corpa sunt simpliciter equalia ꝙ vnū alteri supponatur sed sufficit ꝙ linee cōmensurātes magnitudinē corporis possunt q̄tum est ex se inuicē supponi que nō se in aliq̄ parte excederent si inuicē supponerentur.

Dubitatur probādo ꝙ linea circularis aut curua sit cōpabilis linee recte sm equalitatē vel inequalitatē: q̄m dicitur communiter ꝙ arcus est lōgior chorda ⁊ ꝙ circulus ē maior suo diametro tripla sexquialtera. Itē si ad equalitatē vel inequalitatē requiritur ꝙ vnū possit alteri supponi sm totū vel sm partem: sequitur ꝙ non datur quadratum equale circulo contra doctrinā mathematicoꝝ. ⁊ cōsequēter ꝙ nō datur equale circulo cōtra doctrinā mathematicoꝝ. ⁊ pariter ꝙ nō dantur duo circuli ineq̄les: quia quadratū ⁊ circulus nō possunt inuicem supponi neq̧ circulus maior ⁊ minor sm totum: nec sm partē. ¶ Ad primū dicitur ꝙ linea habet duplicem passionē vnā inseparabilem que est rectitudo vel curuitas. a prima passione fluit equalitas ⁊ inequalitas potētialis: a secūda sūt equalitas ⁊ inequalitas actualis semp intelligēdo posito termino: quia relatio non fluit a subiecto vel fundamēto nisi posito termino. Due ergo linee recte vel circulares aut curue se respiciunt vtraq̧ equalitate vel inequalitate. Si autē lineaꝝ vna est recta ⁊ alia curua nō se respiciūt nisi sm primam eq̄litatem vel inequalitatē sm quā nō oportet ꝙ tales linee nec alique eiusdē rationis cū illis possunt inuicem supponi stante rectitudine ⁊ circularitate: sed sufficit ꝙ si ambe essent consimilis dispositiōis quo ad rectitudinē curuitatē aut figurā possunt inuicem supponi vel alie eiusdē rōnis. Posita autē equalitate vel inequalitate actuali necesse est ꝙ ille sub illis dispositionibus vel alie eiusdē rationis possunt inuicē supponi. ⁊ quia nō est possibile lineā rectā supponi linee curue equalitate actuali: de qua loquitur philosophus cum dicit lineā rectam nō esse equalē linee circulari. ⁊ consequēter nō eē maiorē vel minorē illa scilicet maioritate ⁊ minoritate in actu: quia loquēdo de maioritate ⁊ minoritate i potentia que sunt relatiōes cōsequētes primā passionem linee. sic nō incōuenit lineā rectam esse maiorē aut minorem esse circularē. ad quē sensum concedūt philosophi ⁊ geometre ꝙ arcus est longior chorda: ⁊ ꝙ circulus est maior suo diametro. ¶ Ad secundū dicit burleus ꝙ quadratū nō est equale circulo equalitate cōmensurationis sed tm̄ equalitate cōtinentie. Et cōsequēter diceret ꝙ nullus circulus est altero maior maioritate cōmensurationis sed bene cōtinentie. Istud posset esse dubiū q̄m archimenides ⁊ aliī geometre nō itēdūt demōstrare quadraturā circuli tm̄ sm continentiam sed magis sm cōmensurationē eo modo quo aristoteles secundo de anima docet demonstrare equalitatem quadranguli de quadrato per mediā rei inuētionem eo ꝙ tanta extensio ⁊ tanta quātitas inuenitur in vno sicut in alio. Dicendū igitur ꝙ aliquod q̄dratū ē eq̄le circulo eq̄litate cōmēsuratōis: nō q̄dem in actu sed in potētia ad hunc intellectū ꝙ si linea q̄drata ⁊ linea circularis fierent linee recte aut ambe quadrate vel circulares possent inuicem supponi aut alie consimilis dispositionis ⁊ rationis absq̧ aliquo excessu quantitatiuo vnius supra aliam. ⁊ sicut aliqui duo circuli sunt equales equalitate actuali: ita vnus est altero maior maioritate actuali. neq̧ oportet ꝙ possint inuicem supponi sed sufficit ꝙ aliī eiusdem rationis: due igitur linee circulares sunt equales vtraq̧ qualitate scilicet potentiali ⁊ actuali. ratōe equalitatis actualis possunt inuicem supponi stante figura circulari. ratione vero equalitatis potētialis possunt inuicem supponi si reducantur ad rectitudinē. cognoscitur tamen equalitas vel inequalitas circuloꝝ ex equalitate ⁊ inequalitate diametrorum licz non generaliter qualitas est proportio diametroꝝ: talis est proportio circulorum ⁊c. (Amplius alteratio.) ¶ Secundum inconueniens est ꝙ qualitas passibilis est equalis lineali spacio quod quidem [illegible] in motibus diuersorum generum. Si enim alteratio et motus localis inuicem comparantur in velocitate et tarditate sic ꝙ aliq̄s motus alteratiōis est equeuelox cum motu locali. ⁊ motibus equeuelocibus acquirun

tur equalia in eodē tempore. Cum igitur per motū alterationis acquiratur equalitas passibilis ꝛ per motū localem spaciū lineale sequitur equalitatem passibilem equalē esse spacio lineali: quod est impossibile cū proprium sit quantitati ſm eam equale vel inequale dici: ꝛ propriū est qualitati ſm eam simile vel dissimile dici vt est declaratū in predicamētis. ideo due qualitates sunt equales vel inequales ꝛ due qualitates sunt similes vel dissimiles. nō aūt quātitas est similis vel dissimilis qualitati neqȝ dissimilis est equalis vel inequalis quātitati. l.e.li. Amplius alteratio ꝛ loci mutatio quedam equalis (idest equeuelox: dicit cum equali tempore aliud quidē alteretur aliud vero ducat) scȝ per acquisita equalis. (Erit ergo passio) idest qualitas (equalitas longitudini) idest linee. (sed impossibile) est sic.

Dubitatur quia pħs dicit in predicamentis ꝙ quanta fuerit superficies tantā albedinē eius esse dices. igit albedo est equalis superficiei: ꝛ cōsequenter qualitas est equalis longitudini. Respōdetur cōmuniter ꝙ aristoteles hic procedit disputatiue ꝛ inquisitiue: ideo nō oportet dictum suum autenticū esse in hac parte: quia nō loquit hic nisi inquirēdo ꝛ nō veritatē determinādo. Sȝ burleus dicit duplicē equalitatē esse. s. quantitatiuā ꝛ qualitatiuam. Equalitas quātitatiua est equalitas extensionis. Equalitas qualitatiua est equalitas intensionis scilicȝ in gradu forme. Unde caliditas vniformiter extensa in aliquo subiecto est equalis qualitatiue cū caliditate extensa per medietatē illius subiecti ꝛ nō quantitatiue cum sit dupla ad illam. Loquitur ergo pħus inquit burleus de equalitate qualitatiua ꝛ nō quantitatiua cum dicit qualitatē nō esse equalē longitudini: tamen longitudo proprie non sit intēsibilis neqȝ remissibilis. ℭ Prima responsio nō est tenenda: quia licet philosophus procedat disputatiue tamē istud dictū est autenticū: non ex determinatione aliqua facta in hac prima parte huius capituli: sed ex determinatione facienda in secunda ꝛ tertia parte huius capituli. Secunda responsio est dubia: quia philosoph9 loquit hic de equalitate proprie dicta ꝛ nō de equalitate improprie dicta. Constat autem equalitatē quātitatiuā esse equalitatem proprie dictā ꝛ nō equalitatē qualitatiuā: cum dicat philosoph9 in predicamētis ꝙ propriū est quātitati ſm eam equale vel inequale dici. Proprie igitur reperitur equalitas in quātitate ꝛ nō in qualitate: sicut proprie reperitur similitudo in quātitate ꝛ nō in qualitate. neqȝ due alterationes dicuntur equales ratione qualitatū eque intensaꝝ vt ipse dicit terminātiū illas. sed ratione equalitatis temporis ꝙ vere ꝛ per se dicit quantitas ſm aristo. i pdicamētis. ꝛ i hoc differūt duo mot9 locales a duabus alterationib9: qꝛ duo motus locales sunt equales vel inequales ratione subiectoꝝ magnitudinū ꝛ temporꝝ: sed due alteratiōes proprie loquēdo nō dicunt equales vel inequales nisi rōne tēporꝝ ꝛ subiectoꝝ. ℭ Dicendū igit ꝙ nō incōuenit qualitatē esse equalē quātitati aut lōgitudini nō per se sed per accidēs: ꝛ quia sermo aristotelis est per se ꝛ nō per accidens: qꝛ de his que sunt per accidēs nō est sciētia: vt habetur. j. poste. iō aristo. intendit hanc esse impossibilē: qualitas est per se equalis quātitati vel lōgitudini. q̄ mi sequit ex rōne cōcedente alterationē esse equeuelocem motui locali: qm̄ motibus equeuelocib9 acquiruntur termini per se equales: sed alteratiōe per se acqrit qualitas ꝛ motu locali per se acqrit quātitas localis seu longitudo linealis: igit qualitas est per se equalis quātitati vel longitudini. ℭ Et ꝙ illa ppositio sit impossibilis arguit: qꝛ data illa sequunt quattuor impossibilia quoꝝ primū est ꝙ qualitas est per se diuisibilis ꝛ per se habet partē extra partē: quia oē quod est per se eq̄le alicui est per se quantū: cū equalitas sit ppria passio quātitatis ſm pħm in pdicamentis: ꝛ oē quod est per se quantū loquēdo de quātitate cōtinua est per se indiuisibile ꝛ habet per se partē extra partē: si igit qualitas est per se equalis alicui habet intentum impossibile. Secundū impossibile ꝙ superficies aut corpus potest esse simpliciter equale linee: quia omne quod est per se equale alicui potest esse illi simpliciter equale sed per se qualitas est per se equalis linee: igitur potest esse illa simplr equalis. cum igitur oīs qualitas per se acqsita motu sit necessario supficialis aut corpalis seqt superficiē aut corpus habere equalitatē simpliciter cū linea. Tertiū impossibile est ꝙ ps quātitatiua est equalis suo toti: ponēdo ꝙ per motū localē acquirat spacium pedalis quātitatis: ꝛ ꝙ per alterationē equeuelocē acqrat caliditas tm̄ i medietate illi9 spacij ꝛ sequit spaciū pedale ꝛ qualitatē acqsitā esse equalia. sed qualitas acquisita est eq̄lis medietate spacij pedal: qm̄ accidēs adeqt̄ur suo subiecto vt iā allegatū est: igit medietas toti9 spacij pedalis est eq̄lis illi spacio q̄d erat probandū: ꝛ patet ꝯña: qꝛ quecūqȝ sunt equalia vni tertio sunt eq̄lia inter se. Quartū impossibile est ꝙ q̄litas est de pdicamēto q̄ntitatis: cū q̄litas est per se eq̄lis alicui cū hoc nō videat nisi pseitas secundi modi seqt ꝙ eq̄litas est ppria passio q̄litatis: sed etiā eq̄litas est ppria passio q̄ntitatis ꝯtinue: igit eiusdē pdicamēti sunt q̄litas ꝛ q̄ntitas ꝯtinua. ptȝ ꝯña: qꝛ nulla passio pdicamētalis inest vniuoce duab9 nisi ambo illa sint eiusdē pdicamenti: si vnū illoꝝ est in aliquo pdicamēto vt inductiue liquet. (Si ergo cū.) ℭ Ex pdictis pħs infert ꝯtē negatiuā q̄ōnis vȝ ꝙ nō omis motus cuilibet motui cōparabilis est in velocitate ꝛ tarditate: qꝛ mot9 rectus nō est cōpabilis motui circulari in velocitate ꝛ tarditate neqȝ mot9 alterationis motui locali: qm̄ si tales mot9 sunt inuicē cōpabiles in velocitate ꝛ tarditate: igitur possunt esse eq̄ueloces. quo cōcesso arguat sic: Motib9 eq̄uelocib9 acqrunt eq̄lia in eodē tpe per diffinitiōē equeuelocis assignatā. 6. hui9: sed linea recta nō est eq̄lis linee circulari: nec q̄litas est eq̄lis linee vt pbatū ē: igit mot9 rect9 nō est eq̄uelox motui circulari: neqȝ mot9 alteratiōis motui locali. Et sicut pbat tales mot9 non posse esse eq̄ueloces: ita pbari pōt nullū eoꝝ posse esse altero velociorē aut tardiorē: qꝛ motib9 inequeuelocib9 acqrunt eq̄lia in eodē tpe: sed linea recta nō est ineq̄lis linee circulari: neqȝ q̄litas est ineq̄lis linee: igit mot9 rectus nō est velocior neqȝ tardior motu circulari, ꝛ ꝯñt neqȝ mot9 alteratiōis est velocior aut tardior motu locali. tenet ꝯña cū maiori ex diffinitiōe in eq̄uelocis data. 6. hui9. minor vero ē euidēs: qꝛ linea recta nō est eq̄lis linee circulari: neqȝ alteratio motu locali: igitur nō maior neqȝ minor: ptȝ ꝯña: qꝛ inter quecūqȝ inuenitur mai9 ꝛ min9 inter illa inuenit eq̄le. l.e.li. Si ergo cum i eq̄li tpe eq̄le moueat). i. ptrāseat (tūc eq̄lis velox ē) motus (eq̄lis aūt nō est passio oīs lōgitudini quare non erit alteratio loci mutatiōi eq̄lis ꝛ minor quare non oīs mot9 cuilibet motui ē cōpabilis. Te. c.x

Notandū ꝙ licet isti mot9 nō sint inuicē cōpabiles in velocitate ꝛ tarditate tm̄ sūt inuicē incōpabiles i magnitudine ꝛ puitate

nō per se sed p accidēs ⁊ hoc ratōne subiectorum: aut spacio⁊ aut tempo⁊. Duo enim motus quicūq̄ sunt illi dicūt eque magni si sunt in subiectis eque magnis aut si fiant per spacia eque magna aut si fiant in temporibus eque magnis: aut si fiant per spacia eque magna: aut si fiant in temporibus eque magnis: et vnus motus est altero maior si est in subiecto maiori vel in tempore maiori: aut si fiat per spaciū maius. (In

Te. co. 11 circulo aūt.) ¶ Ad partem affirmatiuā qōnis arguit phs sic: Motus rectus est cōpabilis motui circulari i velocitate ⁊ tarditate: igit per oēs motus sic sunt inuicem compabiles. patet ɔ̄ña: ⁊ antecedēs declarat: Velocitas dicit de motu recto ⁊ circulari sicut de duobus rectis contrarijs: sed duo recti cōtrarij compant inuicē in velocitate ⁊ tarditate: igit ⁊c. maior tenet qz sicē motus recti cōtrarij dicunt veloces ita motus rectus ⁊ circularis. minor vero est euidens qm̄ signatis duobus motibus rectis cōtrarijs quo⁊ vnus est sursum ⁊ alter deorsum statim conceditur vnū altero esse velociorem aut tardiorē. Motus em̄ terre deorsum est velocior motu terre sursum: cū primus sit naturalis ⁊ secundus violentus. immo etiā est velocior motu ignis sursum ceteris paribus licz vterq̄ sit naturalis: quia grauitas potentior est ad diuidendū medium q̄ leuitas. Te. li. In circulo autem ⁊ in recto quō cōtinget) q̄ in his nō fiat compatio (incōueniens em̄ est nisi sit in circulo) compatio respectu recto quia videmus (Similiter aliquid moueri ⁊ hoc in recto) sicut in circulo (Sed mox necesse est aut velocius aut tardius) esse in motu recto ⁊ circulari (sicut si hoc deorsum hoc aūt sursum) feratur motu ɔ̄trario. ¶ Ad hanc obiectionem posset aliquis r̄ndere ɔcedēdo q̄ motus rectus ⁊ circularis sunt inuicē compabiles ſm velocitatē ⁊ tarditatem in plus ⁊ in minus nō aūt in equali. vl. q̄ motus rectus est velocior aut tardior circulari ⁊ ecōtra. nō aūt eque velox: sicut linea recta est maior aut minor linea circulari ⁊ ecōtra non autem equalis.

Contra hanc respōsionē arguit phus q̄ si datur velocius ⁊ tardius q̄ detur eque velox: ⁊ si datur maius ⁊ minus q̄ detur equale ponēdo q̄ aliqō mobile in a tempe pertrāseat b lineā circularē ⁊ vnū aliud pertrāseat in eodē tempe c lineā rectā ⁊ arguit sic: Motus b erit velocior motu c p riāsionem: igit in equali tempe plus pertransiet de spacio b q̄ de spacio c ⁊ tamē in minori per diffinitionē velocius datā sexto huius. sed ɔ̄tinue pertrāsiet lineā circularis ⁊ linea recta: igitur aliqua linea circularis ē equa


Te. co. 3 lis recte. Semp em̄ a longiori licz breuiorē abscindere a ɔ̄pertiori: ergo excessu remanet equalitas. Te. li. Am plius nihil differt in ratione si aliquis dicat necessariuz esse velocius mox aut tardius moueri: erit aūt maior et minor circularis recto) per illā r̄nsionē (quare ⁊ qualis. Si em̄ in a tempe ipm b) spaciū circulare aliqō mobile pertransit aliud aūt ipm c maius erit b ipo c: sic em̄ velocius esse dictū est). s. in sexto huius (ergo si in minori) tempe pertransibit (equale velocius) motum (quare erit aliqua pars ipius a) tempis (in quo ipiuſ b circuli pertransibit) mobile velocius (⁊ tamē) idest sicut (in toto a ipm c) spacium rectum.

Notandum ex hoc loco accipi q̄ vbicunq̄ est dare maius et minus ibi est dare equale. nam si duo⁊ vnū sit maius ⁊ auferatur a maiori precise excessus residua sūt equalia: vt patet tam in quātitate cōtinua q̄ discreta. Quia em̄ tripedale est maius bipedali cuius excessus est tātū pedale: si auferatur pedale que remanēt sunt equalia. Et quia ternarius excedit binariū tm̄ in vnitate: si ternario transferatur vnitas binarij remanentes sunt equales. ¶ Sed contra. Aliquis angulus rectilineus. s. rectus vel obtusus est maior angulo portiōnis qui fit ex circūferentia circuli ⁊ diametro. ⁊ aliquis angulus rectilineus est minor illo. s. acutus: quia angulus semicirculi omniū acuto⁊ est amplissimus ⁊ tamē nō datur angulus rectilineus equalis angulo portionis: vt patet inductiue: cum omis angulus rectilineus sit rectus obtusus vel acutus igitur ⁊c. Secundo contingit dare quadratū maius circulo ⁊ quadratū minus circulo vt patet de duobus quadratis quo⁊ vnū est intra circulum ⁊ reliquū extra ⁊ tamen non contingit dare quadratuz equale circulo quia nō potest supponi quadratum circulo neq̄ econtra ſm totum nec ſm partē cum inter illa nō possit esse contractus nisi in puncto igitur ⁊c. ¶ Ad primū respondet Egidius q̄ hec propositō circa qcūq̄ reperitur maius ⁊ minus circa idē reperitur equale: nō est vera nisi in his que sunt eiusdē rationis: ⁊ que sunt proprie compabilia: ⁊ in quibus proprie inuenitur maioritas ⁊ minoritas. Constat autē q̄ angulus portionis ⁊ angulus rectilineus nō sunt ɔ̄prie compabiles in maioritate ⁊ minoritate cum sint diuersarum rationū: ideo nō mirū si inter illas nō inuenitur equalitas. ¶ Et licz istud sit bene dictū potest tamen largius responderi: q̄ nō oportet illud tertium ad qō duo compantur in maioritate ⁊ minoritate esse eiusdē ratōnis cū illis duobus sed sufficit q̄ illa duo sint eiusdem rationis quia nō sequitur: contingit dare elementum maius elemēto aeris: ⁊ ɔ̄tingit dare minus igitur ɔ̄tingit dare equale: ⁊ hoc ideo quia elementū maius aeris ⁊ elementū minus sunt diuersarū rationū: tamē bene sequitur: ɔ̄tingit dare ignē maiorem aere: ⁊ cōtingit dare ignem minorē aere: igitur ɔ̄tingit dare ignem equalem aeri. ita in proposito nō oportet q̄ detur angulus rectilineus equalis angulo portionis. si datur angulus rectilineus maior ⁊ minor: ⁊ hoc ideo quia angulus rectilineus maior angulo portionis: ⁊ angulus rectilineus minor nō sunt eiusdem rationis cum differant specie angulus rectus acutus ⁊ obtusus vbi tamen essent duo anguli rectilinei eiusdem rationis quorum vnus esset maior angulo portionis ⁊ alter minor necessario contingeret dare angulum rectilineū equalem triangulo portionis. Ad secundum dicit Burleus q̄ non datur quadratum nec maius nec minus nec equale circulo ſm cōmensurationem sed tantum ſm continentiam: quia possibile est duo esse vasa tantumdem continentia precise quoruz vnum esset figure quadrate ⁊ reliquum figure circularis ſm superficiem concauam. Ista responsio apparens est: sed videtur implicare: quia si a quadratum tantū continet sicut b circulare: igitur contenta sunt equalia equalitate continentie aliter procederetur in infinitum: igitur sunt equalia equalitate cōmensuratōnis: tunc sic illa contenta sunt equalia equalitate cōmensurationis: sed illorum contentorum vnum est quadratum ⁊ alterum circulare: igitur quadratum est equale circulo equalitate cōmensurationis. Item mensurare est motus ɔ̄dicamēti qn̄titatis: vt colligitur a pho. x. metaph. ⁊ oia quanta sūt eq̄lia vel inequalia ſm phm in ɔ̄dicamē. igit oia q̄nta sunt equalia vel inequalia ſm cōmensurationē. sed quadratū ⁊ circulus vel circulare sunt quanta: igitur sunt

equalis vel inequalis ſm cōmenſurationē. Itē quelibet linea pedalis quātitatis eſt equalis cuilibet linee pedalis quātitatis ſm cōmenſurationē; ſed aliqua linea recta eſt pedalis quātitatis ⁊ aliqua quadrata ē pedalis quātitatis ⁊ aliqua circularis eſt pedalis quātitatis: igitur omnes iſte linee ſunt equales ſm cōmenſurationē. Et ita debet cōcedi ꝙ quadratū eſt equale circulo: nō ſolū equalitate cōtinētie ſed etiā cōmēſurationis. tamē vbicūqȝ eſt equalitas cōmēſurationis eſt equalitas cōtinentie vel econtra: vt patuit in primo huius.

Tex. co. 4 (At vero ſi.) Probato ꝙ motus rect⁹ ⁊ circularis nō ſunt compabiles in velocitate ⁊ tarditate ⁊ itez ꝙ ſūt compabiles cōſequēter phs manifeſtat que iſtaꝝ partium eſt tenēda dicens ꝙ ſuſtinēda eſt pars negatiua videlicȝ ꝙ nō ſunt compabiles in velocitate ⁊ tarditate aliter linea recta eſſet equalis circulo: vt probatum eſt. neqȝ ſequit velocitas dicit de motu recto ⁊ circulari ſicut de duobus motibus rectis contrariȝs: ſed duo motus recti cōtrariȝ ſunt inuicē compabiles in velocitate ⁊ tarditate: igitur motus rect⁹ ⁊ circularis ſunt etiā compabiles: qm̄ linee deſcripte per duos mot⁹ rectos cōtrarios ſunt eiuſdē rationis ⁊ ſunt inuicē equales vel inequales in actu. nō autē linee deſcripte per motuȝ rectum ⁊ circularē motū. vbi tamē velocitas vniuoce diceretur de omnibus motibus nominatis argumentū eſſet bonum: ſed equiuoce dicitur vt videbitur in lectione ſequente. Le. li. At vero ſi ſunt compabilia) ſcȝ mot⁹ rectus ⁊ circularis (accidit) illud quod eſt (modo dictū) videlicȝ equale eſſe rectum circulo.)

Contra predicta arguitur omnes mot⁹ eſſe inuicē compabiles in velocitate ⁊ tarditate quia omnibus motibus correſpōdet eadē diffinitio motus vt patuit tertio hui⁹. ⁊ omnibus velocitatibus ⁊ tarditatibus correſpōdet eadē diffinitio velocis vel tardi: vt colligitur a philoſopho ſexto huius. igitur ⁊c. Secundo: Motus velocitatis inſequit proportionem: ſed quelibet proportio cuilibet proportioni eſt comparabilis: igitur quilibet motus cuilibet motui eſt compabilis in velocitate: tenet cōſequētia cum maiori per ariſtotelem in hoc ſeptimo: ⁊ minor eſt clara ex eo quia omnis proportio fundatur in numero; vt colligitur a philoſopho ſecundo ⁊ tertio huius. Conſtat autē quelibet numeꝝ cuilibet numero eſſe compabilem. Ponatur igitur ꝙ a moueatur motu recto a proportione dupla: ⁊ b motu circulari etiam a proportione dupla: ⁊ c motu alterationis a proportiōe quadrupla. Iſto caſu admiſſo. videtur ꝙ motus a ⁊ b ſint equeloces quia coꝝ quilibet fit a proportione dupla et quelibet proportio dupla eſt equalis cuilibet alteri proportioni duple. Motus autem c fit a proportiōe quadrupla: ⁊ quoniā proportio quadrupla eſt dupla cuilibet proportioni duple: ideo motus c eſt in duplo velocior motu b. ¶ Ad primū negatur cōſequētia quia diffinitio motus nō eſt vniuoca: vt teſtatur cōmentator tertio huius. neqȝ diffinitio velocis eſt vniuoca ſed equiuoca vt colligitur a philoſopho in parte ſequenti. ideo nō oportet omnes motus eſſe compabiles in velocitate ſicut nō compantur omnes termini motuum in equalitate. Ad ſecundū negatur conſequētia ſed ſolum ſequitur ꝙ omnis motus cuilibet motui eſt comparabilis in proportione ita ꝙ motus a ⁊ b ſunt comparabiles in proportione equali: ⁊ motus b ⁊ c ſunt compabiles in proportione inequali. Equali enī proportiōe mouentur a ⁊ b ſed nō equali velocitate ⁊ in duplo velocius proportionabiliter mouetur c ꝙ b: nō tamē in duplo velocius: qm̄ proportio velocitatis c eſt dupla ad proportionē velocitatis b: nō tamē velocitas c eſt dupla ad velocitatem b ⁊c.



Et quecū ꝙ nō equiuoca. Iſta ē ſecūda pars huius capituli in qua ariſtoteles ſoluit queſtionem tradens quatuor regulas de comparatione motuū ad inuicē quarū prima eſt iſta: Ad hoc ꝙ ſint aliqua cōpabilia requirit ꝙ illa nō ſint equiuoca. Secūda regula: Ad hoc ꝙ ſint aliqua comparabilia requirit ꝙ habeant idē ſubiectū primū. ibi (Qm̄ propter quid.) Tertia regula. Ad hoc ꝙ aliqua ſint compabilia requirit ꝙ habeant eandē naturā. ibi (Aut manifeſtū eſt.) Quarta regla. Ad hoc ꝙ aliqua ſint cōpabilia requirit ꝙ ſint eiuſdē ſpeciei ſpāliſſime. ibi: (Si ergo nō ſolū.) ¶ Prima igit regula eſt iſta: Ad hoc ꝙ aliq̄ ſint cōpabilia reqrit ꝙ nō ſint equiuoca idest de illis nō dicat nomē equiuocū in q̄ ſit compario. Iſta regula exēplariter declarat qm̄ ſi de aliqb⁹ dr̄ nomē equiuocū: illa nō cōpant in illo: ſed bene ſi de illis dr̄ nomē vniuocū. vbi grā. Acutū equiuoce dr̄ de ſtilo vino ⁊ corda. ſ. quo ad ſonū ⁊ nō cōpant in illo igit ⁊c. prima ps antecedētis patet: qm̄ qlibet illoꝝ triū ē acutū ſed nō eadē rōne ⁊ diffōne: qꝛ ſi qrit propter qd ſtil⁹ eſt acut⁹ rn̄det ꝙ fortiter penetrat tactū. ⁊ ſi qrit propter qd vinū ē acutū; rn̄det ꝙ fortiter penetrat guſtū. ſi vo querit propter qd chorda cythare ē acuta: rn̄det qꝛ fortiter penetrat auditū. ⁊ nō accipit hic penetrare vt dicit actū ſed potētiā vel aptitudinē. ecce ꝙ primus aſſignat diuerſa rō ad qōem propter quid querētē de acuto. ideo acutū ſm idē nomē equiuoce dr̄ de ſtilo vino ⁊ chorda. propterea nō cōpant in acuto: qꝛ nō bene dicit ſtilus ē acutior vino. neqȝ ꝙ vinū ſit minus acutū q̄ chorda. Secūda ps antecedētis declarat. nā qꝛ acutū vniuoce dr̄ de duob⁹ ſtilis ſeu de duplici vino vel chorda: ideo ſm illud inuicē cōpant duo ſtili ⁊ duo vina ſeu due chorde: qꝛ bene dicit hic ſtilus eſt acutior illo ſtilo: et hoc vinū eſt magis acutū q̄ illud: ⁊ hec chorda ē magis vel min⁹ acuta illa chorda. nā vltima chorda cythare eſt acutior penultima. Qd̄ aūt acutū vniuoce dicat de duob⁹ ſtilis manifeſtū eſt qꝛ ſp rn̄det ſm eādē rōnē. ſ. qꝛ fortiter penetrat tactū. Et ita dicatur de aliis ſuo mō. Ideo enī vn⁹ ſtilus ē altero acutior qꝛ fortius penetrat tactū. ⁊ vnū vinū alio min⁹ acutū qꝛ min⁹ penetrat guſtū. ⁊ vna chorda eque acuta cū alia qꝛ equaliter penetrat auditū. Le. li. Sed quecūqȝ nō equiuoca oīa cōpabilia ſūt puta q̄re incōpabile) eſt alteꝝ iſtoꝝ cū altero vȝ ſtil⁹ vinū ⁊ chorda (vtrū acut⁹ ſtil⁹ aut vinū aut vltiā) chorda cythare ſit q̄ alteꝝ iſtoꝝ (qꝛ enī equiuoca ſūt nō cōpant inuicē ſed vina et q̄ ē iuxta vltimā cōpabilis ē qm̄ idē accidit acutū in vtriſqȝ. i. eadē eſt rō acuti in vtraqȝ dictaꝝ chordaꝝ.

Notandum ꝙ ſicut equiuoce dr̄ acutū de magnitudine ſapore ⁊ ſono qꝛ aliter dicit corpus acutū ⁊ aliter ſapor ⁊ aliter ſonus: ita equiuoce recipit oppoſitū. nā acutum in corporibus opponit obtuſo acutū: in ſaporibus oppo

Tex. co. 4

nitur dulci. acutū aūt in sonis opponitur graui.

Sed dubitatur qm̄ stilus ita fortiter penetrat tactum sicut vinū gustū ꝛ vinū fortius penetrat gustū q̄ sonus auditū: igit stilus est ita acutus sicut vinū ꝛ vinum est acutius sono: patet consequētia a diffinitione ad diffinitū: antecedēs aūt patet ex cōmuni mō loquēdi. Respondet negādo antecedēs qm̄ sicut acutus diuersimode reperitur in stilo vino ꝛ sono: ita ꝛ penetratō equiuoce inuenit in tactu gustu ꝛ auditu. ꝛ licz illa tria nō sint cōparabilia in acuto simpliciter tamē sunt compabilia in ꝓportiōe ꝛ in ꝓportionabilitate respciēte acutū: quia bene dicit stilus est ꝓportionabiliter acutior sono idest ꝓportio acuciei stili ad stilū est maior ꝓportione acuciei soni ad sonū. bene etiā dicitur sicut stilus est acutior stilo ita sonus est acutior sono: ita ꝙ equiuoca nō compantur in noīe equiuoco sed bene in ꝓportione que vniuoce dicitur de equiuocis ꝛ in proportionabilitate q̄ ē similitudo ꝓportionū. at vt tradit Euclides. 5. geo. Linea eñ non cōparatur numero in magnitudine s͡z ꝓportionē vl ꝓportiōabilitatē qz nō bene dicitur lineā esse maiorē aut minorē numero aut illi equalem vel inequalē: sed bene ꝙ vnus numerus est altero maior vel minor: sicut vna linea ē altera maior vl minor. ꝛ ꝙ linea ē ꝓportiōabilr maior nūero ad hunc intellectū ꝙ ꝓportio linee ad lineā est maior ꝓportione numeri ad numerū. (Ergo nō idem.) Ex ista regula ꝛ sua declaratiōe aristoteles infert motionē ad questionē dī. ꝙ nō quilibet motus cuilibet motui comparabilis est in velocitate ꝛ tarditate quia nō mot᷒ rectus motui circulari neqz motus alterationis motui locali ex eo quia velocitas dicitur de illis equiuoce s͡m diuersas rationes. Si eñ queritur propter quid mot᷒ rectus est velox: Respōdetur quia in modico tempe describit magnā lineā rectā. ꝛ ꝓpter quid motus circularis est velox: Respondet quia in modico tempe describit magnā lineā circularē. Si autem queritur propter quid motus alterationis est velox. Respōdetur quia i modico tpe inducz magnitudiē ꝛ latitudinē qlitatis. idē ptīgit de tarditate quod dicitur d̄ omibus istis motib᷒ equiuoce s͡m diuersas rationes. Ideo eñ motus rect᷒ est tardus quia i magno tempe describit paruam lineam rectam. Et motus circularis est tardus quia i magno tempe describit paruā lineā circularē. Motus autem alterationis ideo dicitur tardus quia in magno tēpore inducit paruā latitudinē qualitatis. (Te. c. li. Ergo nō idem velox hic ꝛ ibi) idest nō sumatur eadē ratio velocitatis in motu recto ꝛ in motu circulari. (multo autem adhuc minus in alteratione ꝛ loci mutatione.)

Notandum s͡m phm ꝙ minus sunt compabiles in velocitate ꝛ tarditate alteratio ꝛ motus localis q̄ motus rect᷒ ꝛ circularis: quoniā minorē equalitatē vel inequalitatem habēt linea ꝛ qualitas que acquirūtur per alterationem ꝛ motum localē q̄ linea recta ꝛ circularis que acquiruntur per motū rectum ꝛ circularē: cum inter lineam ꝛ qualitatē nō potest inueniri nisi equalitas vel inequalitas per accidens: sed inter lineā rectam ꝛ circularem potest inueniri equalitas vel inequalitas per se quoniā linea recta potest fieri circularis: ꝛ ecōtra. quo etiā ad equalitatē vel inequalitatem potētialē. Linea recta est equalis vel inequalis circulari nō per accidēs sed per se sicut nō per accidens sed per se competit cuilibet illarum lōgitudo a qua fluit per se equalitas ꝛ inequalitas potentialis vt dictum est supra.

Dubitatur circa illō quod dicit philosophus i regula videlicz ꝙ omnia nō equiuoca sunt compabilia ad veram comparationem ponat quattuor scilicz ꝙ sint nō equiuoca ꝙ habeant idem subiectū primū ꝛ sint eiusdē regule ꝛ eiusdem speciei specialissime. Nō ergo sufficit aliqua nō esse equiuoca ad hoc ꝙ sint compabilia. Respondetur ꝙ eoꝝ que predicānt de multis quedam sunt equiuoca tantū: quia dicuntur de illis tantum s͡m idem nomen: vt canis. quedaz sunt vniuoca ꝛ partim equiuoca: magis tamē vniuoca q̄ equiuoca quia sunt propinqua vniuoco puro: ꝛ remota ab equiuoco puro ꝛ generali. Dicit propterea Porphiri᷒ genus predicari vniuoce ꝛ nō dicit ipm̄ predicari equiuoce. Quedam autem sunt vniuoca ꝛ equiuoca magis tamen equiuoca q̄ vniuoca: vt transcendentia ꝛ alia que habēt diffinitiōes analogas: quia sunt ꝓpinqua puro equiuoco ꝛ remota ab vniuoco puro. Dico igit ꝙ lz illa quattuor requirant ad hoc ꝙ sint aliqua vere ꝛ ꝓprie cōpabilia tñ illa se cōsequunt accipiēdo equiuoca vt accipit hic phs ꝓ oib᷒ his q̄ insunt vere ꝛ ꝓprijssime vniuocata. Intēdit ergo phs ꝙ quecūq̄ nō sūt equiuoca. i. quecūq̄ sūt verissime vniuoca sūt ꝓprie cōpabilia qm̄ talia nō sūt equiuoca: ꝛ habent idē subiectū primū ꝛ dicūt eadē nām ꝛ sūt eiusdē spēi spālissime. (Aut primum idē.) Cōtra regulā arguit phs sic: Aliq̄ sūt nō equiuoca q̄ tñ nō sūt cōpabilia: igit nō oīa nō equiuoca sūt cōpabilia: antecedēs arguit: qz multū ꝛ duplū sūt nō equiuoca cū cuilibet illoꝝ corrn̄deat vna diffō: ꝛ tñ nō dicūt cōpatiue de aere ꝛ de aq̄ eo ꝙ aer nō est magis mult᷒ q̄ aq̄ neqz magis duplus q̄ aqua neqz etiā econtra: vt arguat sic: Multū dicit de aere ꝛ de aqua vniuoce: da s͡m eandē rem repertā in eis ꝛ tamen nō compant in multo cum nullū illoꝝ sit magis multū q̄ reliquum. ꝛ si dicit ꝙ multū est equocū ad aquā ꝛ aerē neqz hz eandē rōnē in eis fiat instantia de duplo q̄ð dicit de illis s͡m eadē rationē que ē ꝓportio duoꝝ ad vnū ꝛ tñ nō cōpant in duplo cū nullū illoꝝ sit magis vel min᷒ duplū q̄ reliquū. (Te. c. li. Aut) pro sed (primū idē hoc nō veꝝ ē) s͡m ꝙ appet vz (ꝙ si nō sint equoca) ꝙ illa sint (cōpabilia. multū eñ idē significat in aq̄ ꝛ in aere ꝛ nō sunt cōpabilia aqua) ꝛ aer in multo. (Si aūt nō significat) idē multū in aq̄ ꝛ in aere (duplū idē idē) significat in illis (duo eñ ad vnū) est diffō dupli (et nō compabilia sūt.) ¶ Ad istā obiectionem rn̄det phs dī. ꝙ multū ꝛ duplū sūt equoca. nec seq̄t illa dicunt de aq̄ ꝛ aere s͡m eadē diffinitionē: igit sūt vniuoca ad illa: qz illa diffinitio etiā ē equoca cū nō dicat de aq̄ s͡m eandē rōnē vniuocā s͡z tñ s͡m vocē. verbi gratia: Diffō multi ē illud q̄ð cōtinet tñ. i. q̄ð hz tātā qntitatē. ꝛ diffō dupli ē q̄ð ꝯtinet tantūdē ꝛ eq̄le q̄z vna pars est equiuoca. s. tñ cū diuersis ratiōib᷒ inueniatur in aq̄ et aere. Inuenitur eñ in aq̄ vt dicit multitudinē mediū cū pauca extēsione et in aere vt dicit multitudinē extēsionis cū pauca mā. et si dat alia diffō dupli q̄ ē ꝓportio duoꝝ ad vnū iteꝝ hec diffō ē equoca qz hz duas ptes equocas vz vnū et duo: cū q̄libet istoꝝ inueniat in aq̄ et i aere diuers rōib᷒. vnū eñ iueniť i aq̄ et equalet. x. aeris: et i aere inueniť et equalet. x. ignis dicēte pho. 2. de gene. ꝙ ex vno pugillo aq̄ generant decē pugilli aeris: et ex vno pugillo aeris generāt decē pugilli ignis. Cōsilr oī de duob᷒ ꝙ duo iueniūt equiuoce in aq̄ et in aere ꝓpter eadē rōnē ꝓpter quā vnū equoce repit i illis. Duo eñ

inueniunt in aqua vt equiualent .xx. aeris ⁊ inueniunt in aere vt equiualent .xx. ignis: cū ex duobus pugillis aque fiant .xx. pugilli aeris. ⁊ ex duobus pugillis aeris fiant .xx. pugilli ignis. multū ergo ⁊ duplum ⁊ diffinitiones istorū sunt equiuoca ad aquā ⁊ aerem quia nō dicunt de eis sm eādē rōnē vniuocā sed tm̄ sm vocem. Le. li. Aut) pro sed (⁊ in his eadem ratio) est idest
Tex. co. 26. diffinitio multi ⁊ dupli (⁊ nāq3 multū equiuocū est sed quocunq3 [illegible] multi ⁊ dupli etiam rationes idest diffinitiones (etiam equiuoce sunt vt qui dicat aliquis q multum est tantū) idest multū est q habet tantā quantitatē (⁊ adhuc duplū) est qd̓ continet (tātūdē ⁊ equale) quodlibet istorū est (equiuocū) ⁊ etiā diffinitio dupli que datur per vnū ⁊ duo equiuoca (⁊ vnū autē si contingit predicari de aqua ⁊ aere) statim equiuocū est. Si aūt ⁊ hoc) scʒ vnum ⁊ equiuocū (⁊ duo) etiam est equiuocum.

albedinis et dimittit illā et mouet etiā duobus motib⁹ contrarijs.) ¶ Duo inconuenientia infert cōmētator si motus cōtrarij possunt inuicē ptinuari. ¶ Primū inconueniens q simul per eundē motū acquirit albedo et deperdit albedo: pbatur: ponendo q duo motus contrarij continuent sic q in prima medietate hore sit motus de albo in nigrū et in secunda de nigro in album: et patet q in prima medietate deperdit albedo et q i eadem parte acquirat albedo: pbatur: qm per omnē albefactionē acquirit albedo: sed motus illius partis est albefactio: igit etc. pbatur minor. motus specificatur a termino ad quē: sed terminus ad quē totius motus est albedo: igit totus motus est albefactio. et per cōseqns prima medietas est albefactio. ¶ Secundū inconueniens q idem mouet motibus contrarijs qm in eodē casu mobile in prima parte hore nigrescit cū per illam partē continue depdatur albedo et acquirat nigredo: et per eandē partē albescit, ex quo totus motus est albefactio.

Notandum tertio sm cōmentatorē ex eodē cōmēto q cū duo mot⁹ nō fuerint insimul sequit vt inter eos sit tps necessario. et ista demōstratio nō debet intelligi nisi in eo moto q mouetur duob⁹ motibus cōtrarijs et habētibus principiū et finē nō in motibus successiuis qui sunt in pluribus motibus sicut motus chordarum. apud percussionem enim earū neqz in duobus motibus quorū vnus est pfectio alterius in eodē moto: qm inter omnes istos nō est tēpus neqz aliquis istorū cōtrariorū ē motus pfectus. s. habet principiū et finē. factus enim motus naturaliter nō est motus sed quies. et similiter principiū motus est ex nō motu nisi sit p accidēs.) ¶ Regula igitur cōmentatoris est ista: Si aliqui motus nō sunt simul necessario inter illos est tēpus medium: loquēdo de motibus eiusdē moti habētibus principiū et finē in actu quorū nullus est pfectio alterius. ¶ Prima conditio ponit quia duo motus cōtrarij nō simul existētes possunt esse immediati absqz tempe medio et hoc in diuersis mobilib⁹: vtputa calefactio in vna medietate hore et frigefactio in alia medietate. Aut mot⁹ contrarij diuersarū chordarū in pcussione illarū. Statim enim post motū vnius sequit motus ptrarius alterius. sed q in eodē mobili sint duo motus cōtrarij immediati absqz tempe medio illud nō est possibile. ¶ Secunda conditio ponit: quia partes eiusdē alterationis aut augmētatōis aut mot⁹ localis nō sūt simul et tamē inter illas nō est tēpus mediū immo inuicē cōtinuant. Ratio aūt quare inter illas nō est tēpus mediū: qz nō habēt principiū et finē in actu. prima enim medietas habet principiū in actu sed nō finem: quia finis in actu est quies. modo prima medietas nō terminat ad quietē sed ad motū. secūda medietas nō habet principium in actu sed bene finē: quia principiū motus in actu est qes et nō motus nisi p accidēs. ¶ Tertia conditio ponit: quia in eodē mobili possunt esse successiue diuersi motus habētes principiū et finē in actu sine tempe medio: sed vnus est pfectio alteri⁹ vel ex se vel ex ordinatione nature aut anime: qm in eodē animali post motū alterationis potest esse immediate mot⁹ augmētatōis et p⁹ motū augmētatōis mot⁹ localis. post motū etiā vni⁹ pedis ē imediate mot⁹ alteri⁹ pedis absqz tpe medio.

Dubitatur contra phm et cōmentatorē pbando q in eodē moto possunt esse motus cōtrarij successiue absqz tempore medio qm possibile est q a calefiat per totā vnā horā a nō gradu ad gradū summū caliditatis: et b frigidū summū in fine eiusdē hore sic applicatū ipsi a: quo posito et admisso: quero vtrū b tūc vel imediate post illud instās aget in a. aut nō. si sic: igit illi motus contrarij facti in a erūt immediati absqz tēpe medio. si nō: igit per tēpus erit aliqd agens sufficiēter applicatum suo passo et nō aget in id qd est falsum. Ista est illa ratio ppter quā phus et cōmentator nō tenentur in puncto isto. vnde cōmuniter concedit q inter quoscūqz duos motos cōtrarios eiusdē mobilis est quies media: nō tamē semp tēpus mediū: qm sicut duplex est mutatio quarū vna est diuisibilis mēsurata tempe et alia indiuisibilis mēsurata instāti: ita duplex est quies vz mēsurata tempe et mensurata instāti. quies mensurata tpe est illa que priuat mobile a motu per tēpus. quies mēsurata instanti est illa que priuat mobile a motu p instans. Unde in casu isto illi motus cōtrarij sunt immediati ideo inter eos nō cadit quies tempalis media sz tm instātanea qm in illo instāti medio a nō calefit neqz frigefit. si enim calefit et omē quod mouetur mouebit sexto huius: igit immediate post illud instās calefiet sed immediate post illud instās frigefiet: igitur simul calefiet et frigefiet: qd est falsum. Si aūt pro illo instāti frigefiet et omē qd mouetur mouebat: igit immediate ante illud instās frigefiet: et sic mouebit simul motibus contrarijs quod est impossibile. ¶ Sed quia molestū est audire in talibus mere naturalibus aristo. nō esse tenēdum ideo potest defendi per hunc modum dicendo q aristoteles opinatus est motus cōtrarios nō posse inuicem succedere in eodē mobili nisi per approximationem agentis ad passum: sicut cōtingit in casu dato: aut per remotionē agentis a passo sicut cōtingit in infrigidatione aque post calefactionē remoto calefaciēte: sed quia approximatio vel remotio cū sit motus localis nō pōt fieri subito ideo requirit tempus anteq agens cōtrariū incipiat agere in passum suū: quapropter inter tales motos necessario cadit mediū tempus. lz igit sit imaginabile absqz ptradictiōe duos motos cōtrarios esse immediatos in eodē mobili: non tamē est possibile naturaliter.

Contra possibile est naturaliter q in illo instanti in quo a habet caliditatē summā b sit primo sufficiēter applicatū licz approximatio fiat in tempe: igit a imediate post illud instās aget. vnde nō apparet incōueniēs qn possit applicari vnū calidū summū ipi aque dū se reducit ad frigiditatē: ita q dū est in via reductiōis et in medio sue latitudis frigiditatis applicet sibi ignis iterū calefaciēs aquā. Rñdetur q totū hoc est possibile naturaliter: et ex hoc nō sequitur q in tali instāti illud agēs sit sufficiēter applicatū: lz enim in illo instāti agēs sit sufficiēter applicatum ex pte distātie aut ppinqtatis inter agēs et passum: nō tn est sufficiēter applicatū ex pte instrumēti. Unde instrumentū agētis est species tāgibilis multiplicata ad ipm passum et in ipm passum: nō quidē qualitercūqz sumpta nec qualitercūqz multiplicata sed pluries reflexa et refracta per agens contrarium sicut contingit de lumine nunq inducente caliditatem nisi per reflexionem suorum radiorum: cum igitur huiusmodi reflexio vel refractio non possit subito fieri sed necessario requirit tempus. licet aliquando maius et aliquando minus sm maius vel minus dominium agētis supra passum: ideo tales motus cōtrarij nō possunt eē im

mediati sed necessario requirit tēpus mediū iuxta intē tionē phi τ cōmētatoris. Buridanus aūt saluat phm aliter di. φ duplex est tempus. s. diuisibile φ est mensura motus. τ indiuisibile φ est instans. Non ergo intendit phs φ inter quoscūq duos motus cōtrarios cadit tēpus diuisibile mediatū: sed φ cadit tēpus diuisibile vel indiuisibile φ est instās: ideo in casu signato de a τ b: inter calefactionē τ frigefactionē cadit tēpus me^m non diuisibile sed indiuisibile φ est instās. Sed indubie hec distinctio nō saluat: quia phs hic per tps intelligit tempus diuisibile τ nō indiuisibile vt est manifestū ex demonstratione quā facit in tertia cōclusione: pbans φ inter quoscūq duos motos reflexos cadit quies temporalis me^a. cōmentator etiā in cōmento allegato dicit φ demō^o phi est cōmunis oibus mutationib^s intēdens φ si aliqui motus nō sunt simul necessario inter eos est tempus mediū loquēdo de motibus eiusdem moti habētibus principiū τ finem in actu quorum nullus est pfectio alterius. constat autē φ motus cōtrarij diuersorum mobiliū τ motus nō habētes principium et finē in actu: ac etiā motus quorum vnus est perfectio alterius habent tēpus indiuisibile mediū qd est instans. frustra ergo cōmētator faceret illas exceptiones nisi p tempus intelligeret mensurā diuisibilem motus. Ideo oportet dicere eo modo quo dictū est φ agēs nō pōt ita bene applicari passo fm ppinquitatē distantie qn semper indigeat tempore per applicationem instrumēti. licz eī subito multiplicet species sensibilis que ē istrumentū agentis: nō tamē subito per illā agens agit qm species sensibilis nō est sufficiēs instrumentū agentis ad agendū nisi sit reflexa τ nō tantū semel sed pluries nunc aūt tanta reflexio τ totiens multiplicata non potest fieri in instāti. Et si queritur vnde prouenit necessitas huius reflexiōis dicitur φ ex ordine nature eo modo quo dictū est de lumine φ nō causat caliditatē nisi reflectatur: neq sonus auditur nisi species eius sensibilis reflectatur: vt ponit phs secūdo de anima. (Nihil
Tex. cō. 62. eī differt.) ¶ Circa predicta phus mouet quattuor difficultates quarum prima est ista: Uidetur φ mutationes opposite possint cōtinuari: quia motus oppositi nō possunt cōtinuari quia sunt cōtrarij: sed mutatōnes opposite nō sunt cōtrarie: igitur τc. patet ɔsequētia cū maiori: minor aūt est nota quia generatio τ corruptō τ alie mutatiōes indiuisibiles nō opponūtur contrarie sed cōtradictorie cū quelibet illarum sit de cōtradicto no in cōtradictoriū. Respōdet phs φ non est cura siue opponātur ɔtrarie siue cōtradictorie: qm necesse est nullas tales posse inuicē cōtinuari sed semp inter illas esse tps mediū. Si eī aliqd statim cū generatū est corrumpetur sine quiete media cū motus τ mutatio denominetur a termino ad quē vadit sine intermissione τ sine quiete media posset generatio denominari a corruptione τ a nō esse: τ sic illud qd generat corrūpit φ est possibile. φ eī corrūpitur est τ φ generat non est fm phm quinto hui^s. Te. li. Nihil eī differt cōtrarias aut nō cōtrarias esse fm cōtradictionē mutatiōis si solū impossibile sit eidē simul inesse: hoc eī) φ est cōtraria vel contradictoria esse presenti (rationi nihil vtile est.)

Dubitatur contra responsionem phi quia videtur non inter qscunq mutationes ɔtradictorias esse quietē mediā aut tempus mediū qm instās presens simul incipit τ desinit esse: igitur inter mutationē eius ad esse τ mutationē eiusdē ad nō esse nihil est mediū. Itē sit a vnū minimū naturale nūc primo genitū cui pro hoc instāti sit applicatum contrariū τ p[illegible] immediate [illegible] nō erit: igit inter gnātionē τ corruptionē eiusdē nō est tempus medium. ¶ Ad primū dicitur φ instās incipit τ desinit esse nō per aliquā mutationē que sit generatio vel corruptio sui sed eī propter successionē temporis τ quia repugnat nature sue durare per tps. ¶ Ad secundū. admisso illo casu dico φ a nō immediate post hoc corrūpetur: immo neq agēs cōtrariū imediate post hoc alterabit ipm: quia nō immediate post hoc habebit instrumentū sufficiēter applicatū eo modo quo dictum est ante τ postq habebit instrumentū sufficienter applicatū adhuc nō corrūpet a sed per tēpus alterabit anteq corrūpat. τ si ponit agens immediate agere cum applicatur ad passum debet admitti casus quia nō implicat cōtradictionē fm quē modū cōmuniter conceditur φ agens applicatū passo necessario agit. (Neq si
non.) ¶ Secūda difficultas. Dictū eī est φ semp mutans quiescit in contrariū vt mutans in sanitatē quiescit in sanitate prius φ moueatur in egritudinem. Sed istud nō videtur verum quia mutatū in corruptione de esse ad nō esse nō quiescit in nō esse cum nō sit. Secundo quia quies nō opponit motui vel mutationi cōtrarie sed priuatiue. Respōdet phus φ si mutatum contradictorie non necessario quiescit in cōtradictiōe: neq si nō est mutatio cōtraria quieti nō propter hoc motus vel mutatiōes contrarie ɔtinuātur inuicē sicut supra in alia difficultate dictū est de mutationibus indiuisibilib^s φ nō est cura si inuicē opponūtur ɔtrarie vel ɔtradictorie. sufficit eī φ nō possunt simul inesse neq inuicē cōtinuari in eodem. Stat igit solutio philosophi in hoc φ licz mutatū de esse in nō esse non quiescat in nō esse tamē quiescit in tempe medio inter generationē τ corruptionem: neq est cura si quies opponitur motui vel mutationi contrarie aut contradictorie aut priuatiue: sed sufficit φ mutatiōes opposite qualitercūq opponātur nō possunt inuicē continuari. Te. li. Neq si non necesse est quiescere in cōtradictione neq si est mutatio quieti contraria) aut non est contraria variatur propter hoc intentū. (non eī fortassis quiescit φ non est corruptio aūt in non ens sed si solū mediū sit tempus) inter generationē τ corruptionē (sicut eī) idest ppter hoc (non erit mutatio continua: neq eī ī prioribus) idest ī precedēti difficultate (contrarietas vtile fuit) ad probandū mutationes oppositas continuari (sed nō cōtingere sil esse) est necessariū qualitercūq opponāt.

Tex. cō. 62.

Notandum φ licz sit multiplex differentia inter contrarium τ contradictoriū: tamē ad presens hec ē differētia qm qd mutat de contrario in contrariū proprie quiescit in contrariū: sed non φ mutatur de cōtradictorio in contradictoriū proprie quiescit in suo cōtradictorio τ maxime in corruptione: φ eī non est nō proprie quiescit potest tamē dici φ quiescit aliquo modo exquo ante mutabatur: ideo dicit philosoph^s fortassis ad denotandum φ potest concedi quiescere φ non est. nec sequitur hoc quiescit igitur hoc est. sicut nō sequitur hoc generatur igit hoc est. nec sequit hoc quiescit igitur est aptum natū moueri. sed sufficit φ prius erat aptū moueri. (Nō oportet aūt.) ¶ Tertia difficultas. Dictū ē eī φ oportet mutatū quiescere in contrario idest in contrariū terminū τ in ɔtrā detēagit des ɔtriat motui: motus etiā ɔtrariatur motui vt patuit qnto hui^s: igitur idē a pluribus ɔtriat. Rñdet phs φ nō ē icōueniēs

Tex. cō. [illegible]

idē pluribus contrariari vz motū motui ⁊ quieti. ⁊ ad ppositionē famosam. vni tm̄ vnū est contrariū. dicitur q illa est intelligēda simpliciter ⁊ eque primo: quia nō est incōueniēs vnū plurib⁹ cōtrariari quodāmō. Eq̄le eñ cōtrariat magno ⁊ paruo. qm̄ mediū inter ꝯtraria ꝯtrariatur extremis. nā rubeū cōtrariat albo ⁊ nigro ⁊ etiā equale magno ⁊ paruo. ⁊ pñter quies medians inter sanationē ⁊ egrotationē cōtrariat vtriqꝫ illorū. cōtraria igit extrema cōtrariant simpliciter ⁊ per se primo: vt albū ⁊ nigrū: calidū ⁊ frigidū: motus sursum ⁊ motus deorsum. mediū aūt inter talia cōtrariat quodāmodo ⁊ p se nō primo vtriqꝫ extremoꝝ. Necesse est igitur accipe aliquid cōtrariari plurib⁹ s. quietem motibus cōtrarijs. ⁊ cōsequēter nullos motos cōtrarios neqꝫ aliquas mutatiōes oppositas posse inuicem cōtinuari. Le. li. Non oportet aūt turbari q idem plurib⁹ erit cōtrariū vt motus ⁊ motui ⁊ statui qui est in ꝯtrariū sed hoc solū est accipere qđ opponit quodammodo ⁊ motui ⁊ quieti motus ꝯtrarius sicut equale ⁊ mēsurabile excellēti ⁊ ei qđ excellit) idest magno ⁊ paruo (⁊ q nō cōtingit simul oppositos neqꝫ motos neqꝫ mutatiōes esse) in eodem.

Notandum ſm cōmentatorē cōmento. 62. q modus ſm q̄ motus est cōtrarius motui est alius a modo ſm q̄ motus est cōtrari⁹ quieti: ⁊ equale est cōtrarium magno ⁊ paruo ſm hoc q cōtrarietas que est inter equale ⁊ nō equale est vna. ⁊ similiter videt esse omnibus medijs cū extremis.) Nihil igit eodē modo cōtrariat plurib⁹ sed diuersimode nō est incōueniēs: ⁊ ex hoc cōcedit q motus quattuor ꝯtriat duob⁹ positiue ⁊ duob⁹ priuatiue. Motus eñ terre deorsum ꝯtriatur motui terre sursum ꝯtrietate terminoꝝ. ⁊ motui ignis deorsum ꝯtrietate ſm nām. ac etiā ꝯtrib⁹ istoꝝ motuū vt patuit. s. h⁹.

Sed dubitatur quia dicit philosophus primo metaph. q cōtraria sunt que posita sub eodē genere maxime a se distāt: sed in eodē genere nō est nisi vna maxima distātia: igit in eodē genere nō est nisi vna ꝯtrietas. Itē equale opponitur relatiue equali sicut simile simili per aristo. in p̄dicamētis ⁊ quinto metaph. igitur non opponit magno ⁊ paruo. ¶ Ad primū dicit q arist. diffinit ibi cōtraria simpliciter ⁊ nō ꝯtria ſm qd. ¶ Ad secundū respōdetur q equale dupliciter sumit vz positiue ⁊ priuatiue. si accipit positiue sic nō opponit magno ⁊ paruo sed equali eo modo quo vnū correlatiuoꝝ opponit alteri. si priuatiue sic opponit magno ⁊ paruo vt asserit phus primo metaph. quare ⁊c. (Qđ Tex. cō. 63.
aūt in generatiōe. ¶ Quarta difficultas q motus cōtrarij nō possint inuicē ꝯtinuari est ratio ex eo quia aliquid simul moueret motibus ꝯtrijs qđ est incōueniēs. modo nullū incōueniēs videt sequi ex hoc q mutationes opposite indiuisibiles cōtinuent. Rñdet phus q magnū incōueniēs sequit si generatio ⁊ corruptio inuicem cōtinuent: qm̄ dato illo sequit q deus ⁊ natura aliquid facit frustra vz illud quod generatur ⁊ subito dum est genitū corrūpitur sic q nō manet per tps. ⁊ sicut arguitur de generatione ⁊ corruptiōne q nō pñt inuicem cōtinuari ita de omībus alijs mutationib⁹ indiuisibilibus. De ratiōe eñ phie est q illud qđ inuenitur in aliquib⁹ inueniatur in omībus ꝯsimilib⁹. Sicut igitur est naturale q sit dare quietē mediā inter generationem ⁊ corruptionē: ita est naturale ⁊ philosophicū q sit dare quietē mediā īter omēs mutatiōes oppositas.

Le. li. Quod aūt in generatiōe ⁊ corruptiōe penitus incōueniens esse videbit si factū mox) idest subito (necesse est corrūpi ⁊ nullo tempe permanere: quare ex his vtiqꝫ fides alijs fiet). s. mutationibus (philosophicum eñ est q se habet in omnibus.)

Notanduz q cōmentator cōmento. 63 deducit tria incōuenientia ex illa ppositiōne: Res statim cū est genita corrūpitur. ¶ Primū inconueniēs est illud: Generatū nō habet esse in actu qm̄ existens tm̄ per instans nō habet esse in actu sed in potētia tanq̄ tendens ad vlteriorē terminū motus eñ est actus entis in potētia ſm q in potentia tertio huius. ⁊ q illud sit inconueniēs manifestum est: quia generatio terminat ad ens in actu. s. ad formaz ⁊ ad compositū substātiale. ¶ Secundū incōueniens q natura agit ociose. nā generatio est materie ad formā ⁊ quodlibet qđ trāsmutatur desinat quiescere in termino trāsmutatiōis frustra igit agit natura si postq̄ res est generata nō durat per tēpus. frustra eñ apponit nature tantū tempus in motu si effectus eius esse non habet nisi per instās. ¶ Tertiū incōueniens q necessario tollitur omīs generatio. nā cum generatio terminet ad esse in actu si statim cū res est genita corrūpat non erit res in actu ⁊ cōsequēter neqꝫ generatio. ⁊ si nō erit generatio substātialis nō etiā erit generatio accidētalis: qm̄ generatio accidētalis est propter generationē substantialem.

Contra predicta arguitur aliquā rem durare tm̄ per instans: qm̄ in motu locali tam superficies que acquirit q̄ vbi pueniēs ab illa durat tm̄ per instās: loquēdo de vbi ⁊ superficie i potentia ⁊ nō in actu terminātē totū motū. Similiter radius solaris ingrediēs domū per fenestrā nō durat nisi per instās: sicut neqꝫ aspectus solis ad eundē punctū domus durat nisi per instās: aliter radius transiret de subiecto in subiectū: aut nō depēderet a corpore luminoso in fieri ⁊ in facto esse quoꝝ quodlibet est falsum. Item nō incōuenit q termini qualitatū ⁊ q̄ntitatū durent tm̄ per instās per applicationē agētis ad passum statim incipientis agere post generationē taliū terminorum igitur ⁊c. Respōdet cōcedendo q aliqua res durat solū per instās: nec hoc est contra determinationez philosophi: quia phus loquitur de rebus que generātur per verū motū ⁊ verā generationē terminantē alterationē: qđ nō contingit de aliquo nominatoꝝ. Vult ergo phus q si aliquid generatur per verā generationē terminātem alteratione pcedentē ⁊ postea corrumpit per verā corruptionē etiā terminātē motū q tales mutatōes nō possunt inuicē cōtinuari: sed necessario iter illas daf tps mediū. ppterea res que generatur necessario durat per illud tempus.



Quoniaz contingit. Tertia cōclusio. Nullus motus localis alius a motu circulari est cōtinuus ⁊ perpetuus. Pro demonstratione huius conclusionis phus facit duo: qm̄ primo premittit vnā distinctionē. secundo exequitur de Tex. cō. 64

intento ibi. (Quod autez ꝙ fertur). Distinctio est ista ꝙ omnis motus localis est circularis aut rectus: aut mixtus ex recto ⁊ circulari: hec distinctio est manifesta qm̄ continuitas mot⁹ localis est ex cōtinuitate spatij: vt est probatū quarto hui⁹ ⁊ velocitas in motu locali habz attēdi penes lineaz descriptā ab aliquo pūcto corporis moti vt est ostēsuz sexto ⁊ septimo hui⁹: sed omnis linea est recta vel circularis aut cōposita ex recta ⁊ circulari: igitur oīs motus localis est rect⁹ vel circularis aut mixtus ex illis: cū autez motus sit act⁹ mobilis inquātuz mobile ex determinatis tertio huius: sequitur ꝙ oē motuz localiter mouet motu circulari aut motu recto aut motu mixto ex recto ⁊ circulari. Ex ista distinctione infert phs: ꝙ si motus rectus nō pōt esse cōtinuus ⁊ perpetuus ꝙ nec etiā motus mixtus ex recto ⁊ circulari: pbat si enī motus rectus nō potest esse cōtinuus ⁊ ppetuus: hoc est rōne reflexionis necessario discōtinuātis motuz vt videbit sed motus mixtus ex recto ⁊ circulari necessario est reflexus: igitur ⁊c. minor est clara: qm̄ sicut mot⁹ corde qui ē ab. a. in. b. ⁊ iterum ab eodē. b. in. a. est reflexus redeundo per cordaz ita redeundo p arcuz. Te. li. (Qm̄ cōtingit quidez esse infinitū motū vnū existētez ⁊ cōtinuū: ⁊ hic est circularis nō aūt alius motus localis. nec dicemus: oē quidē enī mouet ꝙ fertur aut circulariter aut ſm rectitudinē aut mixtū: quare si nec illoꝝ alter cōtinuus est). vz rectus neqꝫ ex vtrisqꝫ: possibile est compositum esse continuum ⁊ perpetuum.

Notandum ſm cōmētatorē cōmento. 64. ꝙ motū esse mixtum ex motu recto ⁊ circulari pōt tripliciter intelligi: primo ꝙ neuter illoruz sit vincens aut victus sicut ē motus factus sup arcū ⁊ cordā: ⁊ sic bene sequit. mot⁹ rectus nō pōt esse cōtinuus ⁊ perpetuus: igitur nec mot⁹ mixtus ex recto ⁊ circulari: patez consequentia: quia si motus mixtus ex recto ⁊ circulari pōt esse continuus ⁊ perpetuus aut igitur rōne recti vel ratione circularis: nō ratione recti: quia repugnat añcedēti: neqꝫ ratione circularis: quia repugnat supposito: quoniā tunc circularis esset vincens ⁊ rectus eēt victus. ¶ Secūdo potest intelligi motum illum esse compositū ex recto ⁊ circulari sic: ꝙ motus rectus sit vincens ⁊ circularis victus: ⁊ sic iterū illa consequētia est bona. motus rectus nō potest esse cōtinuus ⁊ perpetuus: igitur nec mixtus ex recto ⁊ circulari: qꝛ ex opposito cōsequentis sequitur oppositum antecedētis: tunc enī motus rectus est vincens quādo magis denominatur rect⁹ ꝙ̄ circularis ⁊ tunc est victus ⁊ circularis vincēs quādo magis denominatur circularis ꝙ̄ rectus. ¶ Tertio pōt intelligi motum illū eē mixtū ex recto ⁊ circulari: sic ꝙ circularis sit vincens ⁊ rect⁹ sit victus: ⁊ tunc est difficile videre istā cōsequentiaz esse bonā: motus rectus nō potest esse cōtinuus ⁊ perpetuus: igitur nec mixtus ex recto ⁊ circulari: sed bonitas illius cōsequentie pōt sic probari inquit cōmentator si aliquis motus mixtus ex recto ⁊ circulari pōt esse cōtinuus ⁊ perpetuus: ⁊ omnis potentia aliqñ exibit ad actū: igitur aliquādo erit aliqs motus mixtus ex recto ⁊ circulari cōtinuus ⁊ perpetuus ꝙ est falsum cū talis motus nō inuenietur in sphera elementoꝝ neqꝫ in sphera corporum celestiū.

Tex. (Quod aūt ꝙ fertur). Ista distinctio p̄missa arguit phus conclusionē dupliciter: ⁊ primo sic: nullus motus rectus potest esse cōtinuus ⁊ perpetuus: igitur nullus motus mixtus ex recto ⁊ circulari pōt esse cōtinuus ⁊ perpetuus patet cōsequentia ex correlario distinctionis premisse tunc sic: nullus motus rectus pōt esse cōtinuus ⁊ perpetuus: nec aliquis mixt⁹ ex recto ⁊ circulari pōt esse cōtinuus ⁊ perpetuus: igitur nullus motus localis alius a motu circulari pōt esse cōtinuus ⁊ perpetuus: pz consequētia: qꝛ omnis motus localis est rectus vel circularis aut mixtus ex recto ⁊ circulari vt suppositum est in distinctione premissa: antecedēs aūt principale: videlicet ꝙ nullus motus rectus ⁊ perpetuus: arguit phs sic: nullus motus rectus pōt esse perpetuus nisi reflectatur ⁊ cōponatur ex motibus cōtrarijs: sed nulli motus cōtrarij possūt inuicem cōtinuari: igitur nullus motus rectus pōt esse cōtinuus ⁊ ppetuus sic ꝙ si est continuus nō est perpetuus: ⁊ si est perpetuus nō est cōtinuus: prima pars añcedētis declaratur: ꝙ enī motus rectus nō possit esse ppetuus nisi reflectatur notuz est de se: ex quo nō potest esse linea recta infinita vt ostensum est tertio huius: ⁊ ꝙ talis motus cōponatur ex motibus contrarijs arguit: qm̄ cōtrarietas motuū hz attēdi penes cōtrarietatē terminoꝝ ad quid: sz signatis quibuscunqꝫ duob⁹ motib⁹ reflexis localibus termini ad quid illoꝝ sūt cōtrarij: igitur signatis quibuscūqꝫ duobus motib⁹ localib⁹ reflexis illi sūt cōtrarij: ⁊ per cōsequēs motus cōpositus ex illis cōponitur ex motib⁹ cōtrarijs: tenet cōsequētia cuz maiori ex determinatis tertio huius: ⁊ minor probatur: nā differētie loci sūt. 6. vz sursum ⁊ deorsuz ante ⁊ retro dextrū ⁊ sinistrū: quarum sūt tres cōtrarietates: prima est inter sursū ⁊ deorsū. secūda inter ante ⁊ retro: tertia inter dextrū ⁊ sinistrum igitur oīs motus localis rectus ē ad aliquā istaꝝ differentiarum loci: ⁊ omnis duo recti reflexi sūt contrarij: patet cōsequētia: qꝛ oēs tales duo sunt inter terminos cōtrarios. Si igitur motus sursum cōtrariat motui deorsum ⁊ motus qui est in añ cōtrariatur motui qui ē in retro: ⁊ motus qui est in dextrum contrariat motui qui est in sinistrum ⁊ nunꝙ̄ sit motus rect⁹ reflexus dū fiat aliquis istoꝝ modoꝝ: igit oīs motus rect⁹ reflexus cōponitur ex motibus cōtrarijs ꝙ erat probandum. Te. li. (Quod aūt ꝙ fertur ſm rectuz ⁊ finitū). i. ſz magnitudinē finitaz nō feratur cōtinue ⁊ per tēpus infinitum: manifestū est sic: reflectitur enī motus rectus reflexum aūt mobile ſm rectū cōtrarios mouet motus. cōtrarius enī ſm locuz est qui est sursū ei qui est deorsuz: ⁊ qui est ante ei qui est retro: ⁊ qui est ad sinistruz ei qui est ad dextrū: loci enī cōtrarietates hec sunt. ¶ Probata prima parte antecedētis: vz ꝙ nullus motus rect⁹ potest esse ppetuus nisi reflectatur ⁊ cōponatur ex motibus cōtrarijs: pbat secūda pars eiusdē antecedētis. s. ꝙ nulli motus cōtrarij possūt inuicē continuari: nā ad cōtinuitatē motus ⁊ vnitatē mālē motus tria requirūtur vt est ostēsum quinto huius: vz vnitas materialis mobilis cuiusmodi est homo aut celum ⁊ vnitas materialis tēporis sic ꝙ tempus nō sit interruptum ⁊ vnitas materialis termini ad quē. s. forme substantial aut quantitatis aut qualitatis aut vbi: sed motuū cōtrariorum termini ad quē sunt contrarij nō potentes inuicez continuari: sicut neqꝫ possunt facere vnum numero cū sint diuersarum specierum: igit etiam motus contrarij non possūt inuicem cōtinuari. Te. li. (Quod autem est vnus ⁊ continuus motus prius diffinituz est. s. in quinto: ⁊ qꝛ qui est vnius mobilis: ⁊ in vno tēpore ⁊ indifferēti ſm spēm. i. non habente differētiā specificaz: tria enim erāt: qꝛ ꝙ mouet vt homo aut deus. i. celum: ⁊ quādo vt tēpus: ⁊ tertiū in quo. s. terminus ad quē: hoc

autem est locus si est motus ad vbi: aut passio si ē mo
tus ad qualitatē: aut species si est motus ad substātiā3
aut magnitudo si est motus ad qualitatē: cōtraria au
tem differūt spē ⁊ nō vnū sunt: loci aūt hec dicte differē
tie cōtrarie sunt ⁊ diuersarum specierum. ¶ Dubium
vnum circa dicta soluit phus: dictū3 enī3 est ꝙ nulli mo
tus recti reflexi possunt inuicē cōtinuari. ¶ Cōtra ali
qui motus reflexi facti super linea3 circularē pñt inui
cē continuari: igit̄ et facti super linea3 rectam: patet cōse
quentia: quia non apparet rō diuersitatis: ⁊ antecedēs
declaratur: nā sicut in linea recta motus qui sunt ab. a.
in. b. ⁊ econtra ab ipso. b. in. a. sunt mot⁹ reflexi: ita in li
nea circulari motus qui sunt ab. a. in. b. ⁊ iterum. a. b.
in. a. debent esse motus reflexi: constat autē tales eē cō
tinuos: quoniam motus celi: quorum vnus est ab ori
ente in occidēs ⁊ alius est ab occidente in oriens inui
cem continuātur vt notu3 est. Respōdet phus ꝙ nulli
motus locales reflexi possunt inuicē continuari siue fi
ant super lineam rectam siue super lineā circularē: qm̄
nulli motus contrarij possunt inuicem continuari vt
probatum est: sed omnes motus reflexi locales sūt cō
trarij siue fiant per lineam rectam siue circularem: igi
tur ⁊c. secūda pars antecedentis arguitur a signo: na3
illi motus sunt cōtrarij qui se impediunt in via ⁊ faci
unt mobilia sistere ⁊ pausare: sed oēs motus locales
reflexi per quancunqȝ linea3 fiant se impediunt in via
si fiāt simul ⁊ faciūt mobilia sistere ⁊ pausare: igit̄ ⁊c.
patet cōsequētia cū maiori: qr contraria se impediunt
⁊ corrūpunt: ideo enim motus sursū ⁊ motus ad lat⁹
non sunt motus cōtrarij: qr nō impediunt. minor aūt
est de se nota: qm̄ si aliqđ mobile moueat̄ sup lineā re
ctam ab. a. in. b. ⁊ aliud per eandem lineam a. b. in. a.
necessario obuiabunt sibi in via ⁊ se impedient ⁊ vnū
eorum faciet alterum quiescere: similiter si esset vna li
nea circularis. a. b. c. ⁊ fierent duo motus reflexi: quo
rum vnus esset ab. a. in. a. per. b. c. ⁊ alius esset ab. a. in
. a. per. c. b. indubie isti motus essent contrarij: quia se
impedirent in via: quoniā mobile transiēs per. b. in. c.
⁊ mobile trāsiens per. c. in. b. se inuicem impedirent: ⁊
vnum eorum aliud faceret sistere ⁊ pausare: ex quo nō
est possibilis penetratio corpor̄: motus autē celi ab
oriente in occidens: ⁊ motus eiusdem ab occidente in
oriens inuicem continuātur neqȝ sunt motus reflexi: qr
nō fiunt ab eodem in idem per eandem viam: cum mo
tus qui est ab oriente in occidens fiat per meridiem ⁊
motus qui est ab occidente in oriens fiat per septētrio
nem. Ubi ergo describatur vnus circulus. a. b. c. d. sic
ꝙ. a. c. sint puncta opposita ⁊. b. d. sint puncta opposi
ta non contrariatur motus qui est ab. a. in. c. p. b. mo
tui qui est ab ipso. c. in. a. per. d. neqȝ dicuntur mot⁹ re
flexi: sed motus qui est ab. a. in. c. per. b. contrariat̄ mo
tui qui est ab eodē. c. in. a. per. b. quia se impediunt neqȝ
possunt inuicē continuari. Lege litteram: (Signum au
tem qđ motus contrarius est qui est ab. a. ad. b. ei qui
est ab ipso. b. ad. a. quia stant ⁊ repausant adinuicem
si simul fiant ⁊ in circulo: similiter vt qui est ab. a. in. b.
ei qui est ab. a. in. c.) i. vt motus qui est ab. a. in ipsum
. a. per. b. contrariatur motui qui est ab. a. in. a. per. c. si
stunt enim ⁊ se impediunt ⁊ si continui sint ⁊ non fiat
reflexio nō se impediunt: propter id ꝙ contraria se se cor
rumpunt ⁊ prohibent adinuicem: sed non motus qui
est in lat⁹ opponit̄ ei qđ est sursu3: qr non sunt mot⁹ cōtrarij.

Notandum ꝙ Commentator com
mento. 64. mouet vnum
dubium: quoniam dictum est ꝙ non solum motus re
flexi super lineam rectam contrariantur inuicem: sed
etiam super lineam circularem cum primo celi philo
sophus determinauerit oppositum: videlicet ꝙ motui
circulari nullus motus contrarius ē alioquin motui
celi aliquis posset esse motus contrarius: quod est fal
sum: quoniam tunc corpora celestia possent inuicem
contrariari sicut alia corpora simplicia: vt3 aqua ⁊
ignis. ¶ Respondet Commentator di. ꝙ motum esse
contrarium motui intelligitur dupliciter: scilicet contra
rietate subiecti ⁊ contrarietate modi procedendi. Pri
mo mō nō contrariatur motus aliquis motui circula
ri: sed bene secundo modo: scilicet quo ad modu3 pro
cedendi duorum mobilium se impedientium in via.
Sed ista responsio est dubia: quoniam tunc motus
duorum ignium: quorum vnus est sursum ⁊ alter de
orsum non magis contrariarentur ꝙ̄ duo motus cir
culares nisi per subiectum Commentator intelligeret
spatium: quia spatium in motu circulari non est inter
terminos contrarios sed bene in motu recto: dicatur
ergo ꝙ Aristoteles solum probat primo celi ꝙ motui
circulari non contrariatur per se aliquis motus: quo
niam tunc motui celi contrariaretur aliquis motus ꝙ
est falsum cum quo stat ꝙ alicui motui circulari con
trariatur per accidens aliquis motus: quia enim cui
libet motui sursum contrariatur aliquis motus deor
sum: ⁊ econtra: alicui autem motui circulari contraria
tur aliquis motus circularis ⁊ alicui motui circulari
non contrariatur aliquis motus: ideo accidit motui
circulari ꝙ sibi contrarietur aliquis motus: non aute3
accidit motui recto.

Contra predicta arguit̄: ⁊ pri
mo ꝙ mot⁹
diuersarum specierum possunt inuicem continuari: sci
licet motus rectus ⁊ motus circularis: quia linea recta
⁊ linea circularis possunt inuice3 continuari: igitur per
idem motus rectus ⁊ motus circularis: pat3 consequē
tia: quia motus rectus fit super lineam rectam ⁊ mot⁹
circularis super lineam circularem ⁊ sunt diuersarum
specierum linea recta ⁊ circularis s̄m philosophum
septimo huius: antecedens patet: quia sicut continuan
tur inuicem tres linee recte facientes triangulu3 ita dya
meter ⁊ linea semicirculi. ¶ Secundo arguitur ꝙ mo
tus contrarij inuicem continuantur: quia motus celi
ab oriente in occidens ⁊ ab occidente in oriens inui
cem continuantur ⁊ illi sunt contrarij: igitur ⁊c. patet
consequentia cum maiori: ⁊ minor arguitur: quoniam
ante dextrum ⁊ sinistrum sunt differentie contrarie per
Aristotelem in littera: sed oriens est dextrum celi: ⁊ oc
cidens sinistrum per eundem secundo celi: igitur ⁊c.
¶ Tertio arguitur ꝙ motus contrarij non se impedi
unt in eadem linea recta ponendo ꝙ lancea proijcia
tur sursum in cuius sūmitate sit musca incipiens descē
dere versus alterum extremum lancee: ⁊ arguitur sic:
motus sursum ⁊ motus deorsum non se impediunt in
eadem linea recta ⁊ motus sursum contrariatur mo
tui deorsum: igitur ⁊c. patet consequentia cum minori
per Aristotelem in littera: ⁊ maior est euidens: quia in
casu isto musca simul mouetur sursum ⁊ deorsum.
¶ Quarto arguitur ꝙ motus contrarij facti in eade3
linea circulari non se inuicem impediunt: quoniam sol
simul mouetur ab oriente in occidens: ⁊ ab occidente
in oriens vt testatur philosophus secundo celi: ⁊ ꝙ il
li sint motus contrarij ostensum est: quia sunt ad termi

nos contrarios. ¶ Ad primum dicitur negando consequentiam: quia licet motus rectus fiat super lineam rectam: et motus circularis super lineam circularem: tamen inter tales duos necessario cadit quies media: vt probabitur in secunda ratione: linea autem recta et linea semicirculi possunt inuicem continuari: quia licet sint diuersarum rationum secundum formam: tamen sunt eiusdem rationis secundum subiectum et materiam: quoniam et si rectitudo et curuitas sunt diuersarum rationum: tamen linee subiecte illis sunt eiusdem speciei specialissime.

¶ Ad secundum dicitur quod licet termini indiuisibiles illorum motuum sint contrarij: non tamen termini adequati illis motibus: quoniam linea ab oriente in occidens non contrariatur linee ab occidente in oriens: neque modi procedendi inuicem contrariantur cum non sint reflexi formaliter neque equiualenter. ¶ Ad tertium dicitur secundum Egidium et Burleum: quod si motus lancee et musce sunt eque veloces: musca non ascendit neque descendit: si autem motus lancee sit velocior tunc musca simpliciter ascendit: videlicet ratione vniuersi et secundum quid descendit: scilicet ratione lancee: si vero tardius mouetur lancea: tunc musca simpliciter descendit et nullo modo ascendit: dicunt ergo quod non est inconueniens moueri duobus motibus contrarijs: vno simpliciter et alio secundum quid vt in casu quo lancea velocior ascendat quam musca descendat. ¶ Item solet dici quod non est inconueniens aliquid moueri motibus contrarijs: vno per se: et alio per accidens: sicut patet de homine moto in naui in partem contrariam et sic dicitur de musca quod mouetur deorsum per se et sursum per accidens ad motum lancee. ¶ Sed dicatur in casu isto quod illi motus non sunt contrarij: licet enim motus qui est a centro mundi: et motus qui est ad centrum mundi per lineam rectam sint contrarij: non tamen motus qui est a centro mundi: et motus qui est ad extremum lancee sunt contrarij: ideo si motus lancee est velocior quam motus musce: dicatur quod musca simpliciter ascendit non per se: sed per accidens: et quod nec per se neque per accidens descendit quo ad totum vniuersum: sed bene descendit quo ad extremum lancee.

¶ Ad quartum conceditur quod sol mouetur ab oriente in occidens: et econtra: sed illi motus non sunt contrarij: quia sol mouetur ab oriente in occidens super polos mundi: et ab occidente in oriens super polos zodiaci: ex quo sequitur quod non mouetur illis motibus super eandem lineam circularem: sicut neque eisdem motibus mouetur ad eundem punctum orientis neque ad eundem punctum occidentis. (Maxime autem). Ista

Tex. co. 65. est secunda ratio quam Aristoteles facit ad conclusionem sic: inter quoscunque motus reflexos cadit quies media: igitur nullus motus alius a motu circulari potest esse continuus et perpetuus: et per maxime motus rectus: patet consequentia: quia omnis motus alius a motu circulari est rectus aut mixtus ex recto et circulari per distinctionem datam: si est rectus et perpetuus ille non est continuus ex quo cadit quies media: si est mixtus ex recto et circulari: iste non est continuus et perpetuus: si motus rectus non est continuus et perpetuus vt patuit ex correlario distinctionis antedicte: antecedens autem philosophus dupliciter probat: et primo per sensum: secundo vero per rationem ibi. (Quod autem necesse). Quantum ad sensum manifestum est quod inter quoscunque duos motus reflexos cadit quies media siue reflexio fiat in linea recta siue in linea circulari: et si fiat in linea circulari siue fiat circulo siue secundum circulum. Est enim differentia inter moueri circulo et secundum circulum: illud enim mouetur circulo quod mouetur super circulum siue moueatur super partem tantum siue super totum: illud vero mouetur secundum circulum quod mouetur super totum circulum: ita reflexio facta in linea circulari potest fieri circulo vel secundum circulum: si enim aliquid moueatur tantum super medietatem circuli: videlicet ab .a. ad .b punctum: oppositum sibi et econtra ab ipso .b. ad .a. ista reflexio fit circulo: si autem aliquid moueatur ab .a. in .a per .b.c. et iterum reflectatur veniens in .a. per .c.b. hec reflexio est secundum circulum: sicut ergo omne quod mouetur secundum circulum mouetur circulo et non econtra ita omnis reflexio facta secundum circulum est reflexio facta circulo: et non econuerso: differunt igitur moueri circulo et moueri secundum circulum aut reflecti circulo et reflecti secundum circulum eo modo quo differunt genus et species aut superius et suum inferius. ¶ Et quod huiusmodi reflexiones habeantur per sensum: quarum quietes cognoscantur per experientiam: manifestum est in motu animalis siue fiat per lineam circularem siue rectam: experimur enim nos quiescere in puncto reflexionis: per tactum etiam cognoscimus quietem mediam in motibus reflexis pulsus: quorum vnus vocatur systoles et alter dyastoles secundum medicos si etiam pila balneata proijciatur ad parietem et reflectatur cognoscimus per visum intercidere quietem mediam: quoniam videmus parietem balneatum: constat autem balneationem fieri non posse in instanti: quoniam balneatio includit tam motum localem quam motum alterationis: quorum nullus potest fieri in instanti secundum philosophum sexto huius. Lege litteram. (Maxime autem manifestum quod impossibile est continuum et perpetuum esse qui est in rectitudine motum: quia reflexum necesse est stare non solum in recta: sed et si secundum circulum feratur: non enim idem est circulo ferri et secundum circulum: est enim aliquando quidem conuertere). id est reflecti secundum partem tantum circuli quod mouetur: aliquando autem in idem veniens: vnde motum est reflecti iterum secundum totum. Prima reflexio fit circulo: et secunda secundum circulum.

Notandum secundum Commentatorem commento sexagesimoquinto: quod apparet sensu quod omnia mota eundo et reuertendo habent duas quietes: et hoc manifestum est in eis que mouentur motu voluntario scilicet in animalibus et in eis que mouentur naturaliter istis duobus motibus vt pulsus: medici enim fingunt comprehendere sensu duas quietes: scilicet in fine systoles et dyastoles. ¶ Et circa hoc mouet Commentator hoc dubium: si est manifestum sensum quod inter quoscunque motus reflexos cadit quies media: propter quid igitur Aristoteles laborat illud probare ratione. ¶ Respondet Commentator dupliciter: primo quod non tantum per sensum est manifestum illud: sed per sensum et intellectum: sic quod sensus est testimonium intellectus et rationis: quia non per sensum cognoscimus generaliter inter omnes motus reflexos esse quietem mediam: quoniam reflexio poterit esse tantum remota a sensu. quod per sensum non estimabitur quies media: sed credetur motus illos continuari sicut contingit in proiectione lapidis vel sagit

te. ¶ Secundo respondet Commentator: quod per sensum possumus illud generaliter cognoscere: videmus enim aliqua duo equevelociter moveri: unum per lineam rectam ⁊ alterum per lineam reflexam: ⁊ quod movetur per lineam rectam citius venire ad terminum suum: ⁊ ex hoc concludimus motum reflexe quievisse in medio: ⁊ licet inquit Commentator illud cognoscatur ad sensum: adhuc est adhibenda ratio ut causa talis quietis cognoscatur ⁊ potest exemplificari snia Commentatoris: quoniam lunam eclipsari ⁊ tonitrua fieri sunt manifesta sensu: ⁊ tamen horum ratio ⁊ causa investigatur: noticia enim habita per sensum ⁊ rationem est magis certa quam noticia habita per sensum tantum aut per rationem tantum. (Quod

Tex. cō. 65. autem necesse). ¶ Secundo arguit philosophus per rationem quod inter quoscunque motus reflexos cadit quies media premittens duas suppositiones: quarum prima est ista: omnis motus localis alius a motu habet principium ⁊ finem ⁊ medium: quod quidem est aliquo mō unum ⁊ aliquo modo duo: est enim unum numero ⁊ duo ratione inquantum est denominative utrūque extremorum: quod quidem est manifestum tam in motu continuo quam in motu discontinuo: medium enim unum numero ⁊ subiecto est principium ⁊ finis respectu diversorum: est enim principium respectu ultimi extremi quod dicitur finis ⁊ finis respectu primi extremi quod dicitur principium. Lege litteram. (Quod autem necesse est stare ⁊ quiescere inter motus reflexos fides est certitudinis ⁊ evidentie nō solum in sensu ut ostensum est: sed in ratione: primum autē): hoc est quod supponitur: tribus enim existentibus in motu principio medio ⁊ fine: mediū ad utrūque comparatum utrunque est ⁊ unum numero: ratione autem duo. ¶ Secunda suppositio, quod medium in motu non semper consimiliter dicitur: quoniam aliqd est medium in actu ⁊ aliquod medium in potentia: medium in actu est illud quod discontinuat partes motus invicem: medium in potentia est illud quod continuat partes motus invicem: unde si debeat fieri aliquis motus super unam lineam rectam non dabitur mediū i actu nisi dividatur linea aut mobile quiescat reincipiendo motum: quolibet enim istorum modorum daretur medium in actu faciens discontinuitatem in motu: quod quidem medium est principium ⁊ finis principium quidem posterioris motus ⁊ finis precedentis: verbi gratia ponatur quod .a. mobile moveatur .a.c. in .b. ⁊ quiescat in .b. deinde revertatur ad .c. in casu isto .b. est medium in actu: medium quidem cum sit finis motus precedentis qui est .a.c. in .b. ⁊ principium sequentis motus qui est ab eodem .b. in ipsum .c. In actu vero quia facit illos motus esse discontinuos cum in instanti medio non fit motus sed quies. Sed si motus .a.c. in .b. ⁊ econtra esset continuus non diceretur .b. medium in actu: sed tantum in potentia: quoniam medio in actu mobile adest ⁊ abest in actu: sed ipsi .b. mobile .a. non adest nec abest in actu: quod declaratur: nam adesse vel abesse alicui medio in actu ē esse in illo medio per tempus: constat autē quod si totus motus ab ipso .c.b. ⁊ ab eodem .b. in .c. esset continuus non esset mobile .a. in ipso .b. medio per tunc: sed tantum per instans: videlicet per illud instans quod dividit totum tempus in quo fit totus motus. Lege litteram. (Amplius aliud est medium quod est potentia ⁊ quod actu: quare recte motus facti supra magnitudinem medium quod infra est terminorum quodlibet signum: potentia quidem medium: actu autem non ē nisi dividat hanc magnitudinem aliquis ⁊ stans iterum ceperit moveri: sic autem medium principium fit ⁊ finis: principium quidem posterioris: finis autem primi motus: dico autem), idest expono si quod fertur .a. mobile stet in .b. ⁊ iterum feratur in .c. Cum autem continue idest motu continuo feratur neque tactus esse neque abesse, idest nō adesse neque abesse in actu: possibile est .a. secundum .b. signum: sed solum esse in nunc: in tēpore autem nullo preter id quod ipsum nunc est divisio in toto, idest .a. non est in ipso .b. in aliquo tempore adequate: sed tantum in eo instanti quod dividit totum tempus totius motus. ¶ Istis suppositionibus premissis philosophus sic arguit: si .a. movetur de .c. in .b. ⁊ iterū revertatur de .b. in .c. oportet quod in termino reflexionis adsit ipsi .b. ⁊ iterum ex quo reflectitur oportet q absit ⁊ recedat ab ipso .b. sed īpossibile est q .a. simul adsit ⁊ absit ipsi .b. igitur in aliquo instanti .a. est in .b. ⁊ in aliquo alio separatur .a.b. sed inter omnia duo instantia cadit tempus medium: igitur inter instans in quo .a. est in .b. ⁊ instans in quo separatur vel incipit separari ab ipso .b. est tempus mediū: sed in illo tempore quiescit .a. i .b. qr quiescit in omnibus instātibus intermediis cū sit eadem ratio in omnibus ex quo quiescit in instanti in quo adest: ⁊ in instanti in quo abest: igitur ⁊c. Lege litteram. (Si autem concedat aliquis adesse ⁊ abesse ipsum .a. ipsi .b. sicut est cōcedendum semper stabit .a. quod fertur), idest ipsum .a. quiescit per tempus in .b. Impossibile enim est .a. simul adesse in .b. ⁊ abesse: in alio ergo ⁊ in alio signo temporis), idest instanti aderit ⁊ aberit ipsi .b. tempus utique erit quod in medio talium instantium: quare quiescit .a. in .b. in illis instantibus: similiter autem ⁊ in aliis signis instantaneis intermediis: eadem enim ratio in omnibus. ¶ Et confirmatur ponendo quod magnitudo reflexa sit .a.b.c. sic quod aliquod mobile incipiat moveri ab .a. ⁊ moveatur ad .b. deinde reflectatur ⁊ moveatur ad .c. ⁊ arguitur sic: mobile signatum quiescit per tempus in .a. ex eo quia .a. est principium motus in actu ⁊ quiescit in .c. per tempus quia .c. est finis motus in actu: sed .b. cum sit medium in actu est principium ⁊ finis in actu per primam suppositionem ⁊ secundam: igitur id mobile quiescit per tempus in .b. si igitur inter hos motus reflexos cadit quies media temporalis per idem inter quoscunque alios motus reflexos locales sive fiant super lineam rectam sive curvam erit quies media. Lege litteram. (Cū utatur .a. quod fertur ipso .b. medio ⁊ principio ⁊ fine necesse est stare propter id quod duo facit in actu scilicet principium ⁊ finem: sicut utique si ⁊ intelliget aliquis principium in actu ⁊ finem in actu seorsum: sed ab .a. quidem signo abfuit principio in actu in quo quievit per tempus ⁊ in .c. aūt affuit cum perficiat motum ⁊ stet per tempus in .c. igitur per idem quievit ⁊ stetit per tempus in .b.

Dubitatur contra rationē philosophi


quia eodem argumento contingit probare quod non potest dari motus continuus localis: quoniam quocunque dato ⁊ signato .b. medio puncto: probatur quod mobile quiescit in .b. per tempus quia aliquando adest ⁊ abest ipsi .b. ⁊ non simul adest ⁊ abest: igitur tempus medium inter instans in quo adest ⁊ in-

stans in quo abest. ¶ Respondetur negando consequentiam quia in motu reflexo .b. punctus est medium in actu: et in motu continuo est medium in potentia: ideo cum medium in potentia continet motum: et medium in actu discontinet: ideo in motu continuo non assignatur quies media: bene autem in motu discontinuo cuiusmodi est motus reflexus.

Contra dicta arguitur probando quod inter motus reflexos non contingit dare quietem mediam: et hoc quibusdam casibus: quorum primus est ponendo quod Sor. moveatur ab .a. in .b. in una hora adequate et in fine hore in quo Sor. non movetur. Plato incipiat moveri ab eodem .b. in .a. et patet quod illi sunt motus reflexi inter quos non datur quies media: scilicet temporalis ad modum loquendi philosophi. ¶ Secundus casus est ponendo quod Sor. movetur in navi quiescente ab oriente versus occidens in hora sic: quod in fine hore quando Sor. desinit moveri navis incipiat moveri ab occidente versus oriens: et patet quod Sor. in his duabus horis movetur motibus reflexis inter quos non datur quies temporalis media. ¶ Tertius casus est de pila proiecta in terram quiescentem aut sursum: cum enim reflectitur pila repercussa a terra non apparet causa propter quam aliquo tempore debeat quiescere in contactu terre: et postea moveri: similiter quando proiicitur sursum non apparet causa propter quam in aliquo puncto aeris quiescat per tempus: et postea moveatur: cum inter instans quo primo desinit moveri sursum: et instans quo incipit moveri deorsum habeat continue proportionem maioris inequalitatis supra medium resistens sicut post. ¶ Quartus casus est de faba proiecta sursum contra molare descendens seu de lapillo proiecto contra turrim cadentem quoniam queritur si in puncto reflexionis quiescat faba aut lapillus per tempus aut non: si non: igitur non inter quoscunque motus reflexos cadit quies temporalis media: si sic: igitur faba facit magnum molare et lapillus magnam turrim per tempus quiescere: quod est inconveniens. ¶ Ad primum respondetur secundum Commentatorem quod Aristoteles loquitur de motibus reflexis eiusdem mobilis: constat autem quod Sortes et Plato sunt diversa mobilia: quorum nulla posset moveri reflexe ex voluntate absque quiete temporali media. ¶ Ad secundum dicitur consimiliter: quod Aristoteles loquitur de motibus reflexis inexistentibus eidem mobili: modo et in casu isto unus istorum motuum inest Sorti: alius autem inest navi: neque inconvenit quod aliquid mobile moveatur motibus reflexis absque quiete media temporali: quorum uno movetur per se et altero per accidens: philosophus autem intelligit de ambobus per se existentibus in eodem mobili. ¶ Ad tertium dicitur quod Aristoteles intelligit de motibus reflexis: quorum nullus provenit ab extrinseco in puncto reflexionis: terra autem repercutiens est motor extrinsecus: cum autem movetur sursum non inveniens obstaculum a quo repercutiatur: dico quod quiescit per tempus: nam in instanti desinitionis motus ascensus versus impellens lapidem sursum est tante potentie quante est gravitas pile et immediate post illud instans est minoris potentie: non tamen propter hoc descendit lapis seu pila: quia resistentia aeris una cum virtute motiva sursum est maior quam sit potentia descensiva gravitatis: ideo stat et quiescit tantum in aere quousque tota resistentia est maior vel equalis: cum vero incipit minorari: tunc pila incipit descendere. ¶ Ad quartum sunt multi modi respondendi. prima responsio est communis: videlicet quod in descensu molaris aut turris pellitur aer deorsum qui inveniens fabam aut lapillum impedit eorum sursum: non tamen trahit deorsum: ideo quodlibet illorum quiescit per tempus antequam tangat molare aut turrim cadentem. ¶ Ista responsio habet instantiam ponendo quod aer tanto impetu moveatur: et sit ita fortis quod sufficiat trahere deorsum fabam et lapillum licet forte non tanta velocitate quanta molare aut turris: aut ponatur quod molare non descendat neque incipiat descendere nisi in illo instanti in quo faba deberet tangere ipsum: et idem dicatur de turri: et sic non habet locum fantasia de aere moto. ¶ Secunda responsio est Egidii dicentis quod inter illos motus non est quies media: neque instantia contradicit philosopho quia ipse loquitur de mobili quod movetur per se tam antequam post reflexionem modo faba et lapillus post reflexionem continue movetur per accidens: videlicet ad motum turris aut molaris. ¶ Hec responsio etiam posset impediri: quoniam non est verum: quod inter illos motus non sit aliqua quies: licet enim non sit quies temporalis: tamen est quies instantanea: aliter tam faba quam lapillus moventur in illo instanti contactus: et consequenter continuarentur invicem motus sursum et deorsum: quod est contra determinationem Aristotelis hic. ¶ Est etiam dubium quomodo lapillus motus deorsum dicatur moveri per accidens: licet moveatur ab extrinseco: quia movetur partim ab intrinseco secundum inclinationem propriam: quando etiam movetur sursum dicitur moveri per se non obstante quod moveatur ab extrinseco violenter. ¶ Tertia responsio est Burlei dicentis quod inter illos motus est quies instantanea non temporalis. Et ad philosophum dicentem quod inter quoscunque motus reflexos cadit tempus medium in quo mobile quiescit. Respondet quod illud est intelligendum sine impedimento: videlicet ratione obstaculi ut quando pila proiicitur in terram quiescentem: aut ratione motoris extrinseci in contrarium moti: ut si terra moveretur contra pilam: aut molare contra fabam: aut turris contra lapillum. ¶ Ista responsio salvat philosophum: quo ad motum localem: sed non quo ad alios motus: quoniam philosophus vult generaliter inter quoscunque motus contrarios et reflexos esse quietem mediam temporalem: sive fuerit motus ad ubi: sive ad formam: tam ad quantitatem quam ad qualitatem quam ad substantiam: hic autem asserit duos motus reflexos ad formam immediatos esse absque quiete media temporali: ubi non est aliquod impediens quietem temporalem. ¶ Quarta responsio dicit quod inter quoscunque motus reflexos est per se quies temporalis media: et huiusmodi est intentio philosophi: quoniam ea que sunt per se acceptanda sunt in scientia speculativa: et ea que sunt per accidens relinquenda: ideo dicta Aristotelis sunt intelligenda per se et non per accidens. Si igitur inter aliquos motus reflexos non est quies temporalis media: hoc est per accidens ratione alicuius motoris extrinseci impedientis quietem temporalem: ideo Aristoteles in sua demonstratione nunquam facit mentionem nisi de uno mobili eunte ab uno termino ad alium terminum: iterum redeunte ad primum

terminum vel ad alium modo retrogado ꝛ reflexo tā in motu recto ꝙ̄ in motu circulari. Commentator autem loquitur de motibus naturalibus aut volūtarijs excludendo motorem extrinsecum in puncto reflexionis. Inter quoscunqꝫ igitur motus reflexos est per se quies tpālis media: licet aliqñ per accidens non sit quies media mensurata tempore: absolute tamen est necessariū quod inter quoscunqꝫ motus reflexos sit quies instantanea. Et si allegetur philosophus sexto huius dicens quod non datur motus neqꝫ quies in instanti. Respondetur quod loquitur ibi de motu ꝛ quiete stricte: iuxta determinationem quinti physicorum ponentis motum tantum in tribus predicamentis: videlicet in quantitate qualitate ꝛ vbi: hic autē loquitur de motu ꝛ quiete large secundum determinationem tertij huius ponentis in quatuor predicamentis motum: videlicet in substantia quantitate qualitate ꝛ vbi: sicut igitur datur aliquis motus mensurabilis instanti: ita ꝛ aliqua quies ꝛc.

Tex. cō. 66.



Vnde ꝛ ad

dubitationem. Ex distinctione data de medio in actu ꝛ medio in potentia: philosophus soluit vnū dubiū possibile fieri circa dicta: ꝛ facit quatuor: primo facit quod dictum est: secundo ex solutiōe illius dubij: respondet ad rationes Zenonis probātis impotentialitatem motus ad vbi: tertio soluit rationes eiusdem de motu ad formam: quarto regreditur ad precedentia probans rationibus alijs necessitatem quietis medie inter quoscunqꝫ motus reflexos ibi. (Rationabiliter autem). Dubitatio est ista quoniam ex dictis sequitur hoc inconueniens quod aliqua duo mobilia equeuelociter mouebuntur ꝛ simul per spatia equalia: ꝛ tamen vnum eorum prius veniet ad finem sui spatij quam reliquum: quod istud sit inconueniens manifestum est ex determinatis sexto huius: si enī illa mobilia simul mouebuntur per spatia equalia ꝛ vnum eorum citius veniet ad finem sui spatij quam reliquum: sequitur quod in temporibus inequalibus pertransibunt spatia equalia: ꝛ per consequens non equeuelociter mouebuntur. ¶ Et quod illud sequatur arguit philosophus dupliciter: primo quidem in motu continuo ponendo quod.b.c. sit vnum spatium pedalis quantitatis pertranseundum ab.a. mobili in hora gradu velocitatis vt.2. ꝛ sit.z.i. vnum aliud spatium minus illo semipedalis quantitatis eq̄le spatio.e.b.c. quod est medietas totius spatij.e.b.c. ꝛ sit istud spatium.z.i. pertranseundum.a.d. mobili eodem gradu velocitatis continue.f.vt.2. Isto modo q̄ cum.a. erit in.b. puncto medio sui spatij quod tunc.d. incipiet moueri super spatio.z.i. recedendo ab ipso.z. puncto versus.i. pūctū vltimū. ¶ Admisso isto casu patet quod.a. ꝛ.d. pertrāsibunt spatia eq̄lia simul ꝛ eq̄uelocit̄: videlicet.b.c. ꝛ.z.i. sed quod.d. veniet citius ad finem sui spatij quam.a. probatur nam.d. prius recedit a principio sui spatij: scilicet ab ipso.z. quam.a. ab ipso.b. ꝛ equeuelociter mouebuntur: igitur ꝛc. patet cō sequentia cum minori: ꝛ maior arguitur: quia cum.a. erit in.b. tunc non recedet.a.b. quia non simul adest ꝛ abest: quiescet igitur in.b. sed tunc.d. recedet.a.z. igitur prius.d. recedet a principio sui spatij quam.a. ab ipso.b. Lege litteram. (Unde ꝛ ad dubitationem hoc dicendum). idest ad dubitationem de mobilibus equeuelociter motis ꝛ non eque primo venientibus ad finem suorum spatiorum est respondendum. (Habet enim dubitationem hanc: si enim sit quod est.c. magnitudinis aliqd.e.b.c. ei quod ē.z. equale ꝛ.a. feratur cōtinue ab extremo.e. ad.c. similiter autem sit.a. in.b. signo ꝛ.d. feratur continue.i.z. extremo ad.i. regulariter ꝛ velocitate simili ipsi.a. ante veniet.d. in.i. quam.a. in.c. primum enim mouens ꝛ discedens primum venire necessarium est ad terminum sui spatij. Non ergo simul affuit.a. in.b. ꝛ absuit ab eodem: vnde posterius est in motu.a. quam.d. si enim simul non posterius est sed necessitas est stare ipsum.a. in.b. puncto.

Respondet

philosophus dicēs quod ista ratio continet duo falsa: quorum primum est cum.a. erit in.b. tunc.d. recedet.a.z. puncto: quoniam tunc.d. non mouebitur: sed immediate post illud instans mouebit: ideo tunc nō recedet: sꝫ imediate post illud istās recedet: secūdū falsū ē quod cum.a. erit in.b. tunc quiescet. quia non simul aderit ꝛ aberit ipsi.b. licet enim non simul erit in.b. ꝛ abscens ab ipso.b. non tamen sequitur quod quiescet in.b. quia non stabit in.b. per tempus: sed tantum per instans: si enim in.b. puncto quiesceret per idem quiesceret in quolibet alio puncto.e.b.c. magnitudinis: ꝛ sic continue in tota hora.a. mobile moueretur ꝛ quiesceret quod est impossibile. Lege litteram. (Non ergo ponendum est cum.a. affuit secundum.b. ipsum.d. simul moueri.a.z. vltimo). idest extremo sui spatij. (Si enim affuit.a. in.b. erit ꝛ abesse eiusdem ab ipso.b. ꝛ non simul: sed erat in decisione temporis). idest in instanti tantum in ipso.b. ꝛ non in tempore ꝛc.

Contra hanc

responsionem posset aliquis istare ponens quod.i.d.c. sit vnum spatium pedalis quantitatis: sed reflexum: ꝛ quod.a. mobile moueatur ab.i. in.d. ascendendo: ꝛ iterum reflectatur descendendo vsqꝫ ad.c. ꝛ semper moueatur eadem velocitate qua mouetur super.i.b.c. Et arguitur sic: quanta velocitate mouebitur.a. super spatiū.e.b.c. tanta mouebitur per spatium.i.d.c. ꝛ econtra: sed.a. quiescet in medio spatij.i.d.c. videlicet in.d. ex determinatis: igitur per idem quiescet in medio spatij.e.b.c. videlicet in.b. ¶ Respondet philosophus admittendo casum ꝛ negando consequentiam: ꝛ ratio dissimilitudinis est ista: quia motus factus super spatium.e.b.c. est motus continuus: ideo impossibile est quod fiat quies in puncto.b. motus autem factus super spatium.i.d.c. est motus discontinuus ratione reflexionis facte in.d. ideo de necessitate oportet quiescere in.d. accipiendo.d. punctum pro duobus signis: in quorum vno desinit motus ascensus: ꝛ in alio incipit motus descensus: ita quod non sunt duo signa: in quorū vno incipit motus ꝛ in alio desinit: sed est idem punctus numero qui est finis motus precedentis ꝛ principium sequentis in quo puncto.a. mobile quiescit ratione reflexionis cum non possint continuari motus reflexi neqꝫ contrarij vt probatum est. ¶ Et licet isti duo motus non conueniant in quiete medij signi tamen conueniunt in accessu ꝛ re

cessu ab eodem signo: quoniam sicut in motu facto su
per .a.b.c. spatium mobile .a. non simul adest ⁊ abest
ipsi .b. ita in motu facto super spatium .i.d.c. non simul
adest ⁊ abest idem mobile .a. quoniam aliter pro eo
dem instanti mobile .a. esset in .d. puncto ⁊ non esset in
.d. puncto quod est impossibile. Lege litteram. (Hoc qui
dem igitur est impossibile sic dicere in cõtinuo motu). s.
quod mobile quiescat in medio puncto: sed in reflecten
ti necesse sic dicere sicut quod est. i. fertur ad ipsum .d. ⁊
iterum reflectens deorsum feratur vltimo .d. quod est
.c. tunc enim ⁊ fine vtetur ⁊ principio vno signo vt duo
bus: vnde stare necesse est ipsum mobile in .d. puncto.
neqꝫ simul adfuit ipso .d. ⁊ abiit ab ipso .d. ibi .n. simul
esset ⁊ non esset in eodem nunc). idest in eodem in
Tex. cõ. 67. stanti quod est impossibile. (At vero olim). ¶ Secũ
do arguitur ad idem inconueniens in motu discon
tinuo ponendo vt supra quod magnitudo .e.b.c. ⁊ ma
gnitudo .i.d.c. sint spatia pertranseunda equalis quã
titatis preter hoc quod magnitudo .e.b.c. sit continua
⁊ magnitudo .i.d.c. sit reflexa. Et incipiant moueri .a.
.ȝ. super istas magnitudines .a. super primam. ⁊ .ȝ. su
per secundam: sic tamen quod regulariter ⁊ equeuelo
citer mouebuntur vsqꝫ ad fines dictorum spatiorum:
⁊ patet quod .a.ȝ. sunt duo mobilia que simul moue
buntur ⁊ equeuelociter: ⁊ quod .a. citius veniet ad fi
nem sui spatij quam .ȝ. arguitur: quoniam .a. in nullo
punto medio inter extrema sui spatij quiescet .ȝ. vero
quiescet in .d. puncto: igitur ⁊c. patet quelibet pars an
tecedentis ex dictis.

Respondet philosophus quod in ca
su isto non est danda so
lutio precedens: quando enim ponebatur quod .a.
mouebitur super spatium .b.c. ⁊ .d. super spatium .i.ȝ. di
ctum est quod non prius veniet .d. ad finem sui spatij
quam .a. neqꝫ econtra: nunc autem aliter dicitur: videli
cet quod .a. citius veniet ad finem sui spatij quam .ȝ. qꝛ
medium in motu .a. erit mediũ in potentia continuans
partes motus inuicem: sic quod tam in .b. quam imme
diate post .b. mouebitur .a. medium autem in motu .ȝ.
erit medium in actu discontinuans partes motus inui
cem sic quod in .d. non mouebitur .ȝ. neqꝫ immediate
post instans quod tunc erit mouebitur: sed tempus
erit antequam .ȝ. mouebitur: ⁊ hoc ideo quia primus
motus erit sursum ⁊ secundus deorsum: modo inter
quoscũqꝫ motus reflexos cadit quies temporalis me
dia: quia igitur .a. mobile nunquam aderit neqꝫ aberit
medio sui motus in actu: sed tantum in potentia .ȝ. ve
ro aderit ⁊ aberit medio sui motus .s. d. in actu ⁊ non
in potentia: propterea veniet citius .a. ad finem sui mo
tus quam .ȝ. Lege litteram. (At vero olim solutio nõ
danda est). idest que dabatur in primo casu. Non eniꝫ
contingit dicere quod secundum ipsum .d. ipsum mobi
le fuerit potentia in decisione. idest in instanti diuiden
te tempora motus sursum ⁊ deorsum: non affuit au
tem neqꝫ defuit in .d. signo in potentia: necesse enim est
in finem venire motus sursum .s. in .d. qui actu est non
potentia: quod quidem igitur in medio est motus con
tinui .s. ipsum .b. potentia est: hoc autem quod mediat
inter esse motum sursum ⁊ deorsum est actu vt duo ⁊
finis quidem motus incipientis deorsum: principium
autem motus incipientis sursum ⁊ motuum aliorum
ergo similiter: quod si reflectantur erit ibi medium in
actu. ¶ Ex quibus infert philosophus ⁊ non contin
git motum rectum esse perpetuum ⁊ continuum: quo
niam non potest esse motus rectus perpetuus quin re
flectatur: ⁊ si reflectitur est quies media: ⁊ si est quies
non est continuus: igitur a primo ad vltimum si ẽ mo
tus rectus perpetuus ille non est continuus: non igitur
inconuenit motum rectum eẽ perpetuum: neqꝫ incon
uenit motum rectum esse continuum: immo necessari
um est aliquem motum rectum esse continuum: sed in
conuenit aliquem motum esse rectum continuum ⁊ per
petuum: ex quo non est dabilis in actu linea recta in
finita vt est oñsũ 3° hui°. Lege litterã. (Necesse est ergo
stare reflectens in recto). Non ergo contingit continu
um motum in recto perpetuum esse.

Circa dicta dubitatur ⁊ primo:
in primo casu:
si enim .a. erit in .b. puncto medio potentia ⁊ non actu
⁊ omne quod est potentia album vt homo non est
album neqꝫ est homo: sequitur quod .a. nunquam erit
in .b. in hora signata: ⁊ consequenter in nullo alio pũ
cto inter .e. ⁊ .c. quo dato: sequitur quod .a. non moue
bitur pertranseundo .e.b.c. spatium quod est contra
casum. ¶ Secundo arguitur in secundo casu ponen
do quod motus sursum .i. in .d. ⁊ motus deorsum .d.
in .c. sint immediati ⁊ discontinui ex aliquo motore ex
trinseco: ⁊ queritur vtrum .a. primus veniet ad finem
sui spatij quam .ȝ. vel non: si sic contra: sit illud instãs
.p. in quo erit .ȝ. quando primo tanget .d. ⁊ arguitur
sic. immediate ante .p. instãs .ȝ. mouebitur ⁊ immedia
te post idem instans mouebitur: igitur non citius veni
et .a. ad finem sui spatij quam .ȝ. patet consequentia:
qꝛ .a. non plus mouebitur quam .ȝ. nisi per istans: qꝛ
mouebitur in .p. instanti ⁊ non .ȝ. sed indiuisibile addi
tum diuisibili non facit maius per Aristotelem sexto
huius: igitur ⁊c. Si dicitur quod .a. non citius veniet
ad finem sui spatij quam .ȝ. contra .a. nunquam quie
scet in tota illa hora: ⁊ .ȝ. aliquando quiescet antequaꝫ
veniat ad finem spatij: igitur citius veniet .a. ad finem
sui spatij quam .ȝ. quare ⁊c.

Ad primum respondẽt negantes
instantia indiuisibi
lia quod .a. non erit in .b. quia non in prima medieta
te hore: nꝫ in scd'a: si .n. in pª medietate erit in .b. igit' ve
locius mouebitur in prima quam in secunda medietate:
⁊ si in secunda medietate erit in .b. igitur velocius mo
uebitur in secunda medietate quam in prima: quo
rum quodlibet est contra casum. ¶ Sed istud non
est possibile quoniam tunc aliquod mobile mouere
tur de extremo ad extremum ⁊ non per mediuꝫ quod
est contra philosophum quinto huius dicentẽ. medi
um est illud in quod mutans prius veniet quam in ex
tremum. Ideo dicitur quod ẽ quadruplex actualitas
cui opponitur quadruplex potentialitas. quãtum ad
propositum spectat: prima est actualitas essendi cui op
ponitur potẽtialitas ad esse eo modo quo dicitur om
ne quod est esse in actu actualitate presentialitatis ⁊
existentie: ⁊ omne quod non est sed potest esse in potẽ
tia: sicut antichristus ⁊ dies iudicij. ¶ Secunda est
actualitas per se subsistendi cui repugnat potentiali
tas ad per se existere: ⁊ sic dicimus ipsum totum per se
existens esse in actu: partes autem esse in potentia: qua

rum alique possunt venire ad actum vt partes quantitatiue: ⁊ alique non possunt venire ad actum vt partes qualitatiue. ¶ Tertia est actualitas denominationis cui opponitur potentialitas denominandi eo modo quo dicimus in calido remisso esse caliditatem in actu ⁊ frigiditatem in potentia non sic quod ibi non sit caliditas ⁊ non frigiditas: sed quia est ibi caliditas denominās in concreto ⁊ non frigiditas. ¶ Quarta est actualitas terminationis cui opponitur potentialitas copulationis: dicimus enim illud terminare in actu quod terminat ⁊ non copulat: id autem terminare in potentia quod terminat ⁊ copulat. ⁊ sic accipitur in proposito cum dicitur .b. esse medium in potentia: ⁊ .d. esse medium in actu respectu illorum motuum: quoniam .d. terminat motum ⁊ non copulat partes motus .b. vero facit vtrunqꝫ: ideo non est similitudo de eo quod est potentia homo aut album: ⁊ de eo quod est potentia in .b. signo: cum potentia homo vel potentia album sit potentia ad esse vel ad formam: potentia autem essendi in .b. signo est potentia terminationis.

¶ Ad secundum dicitur quod in casu illo non prius veniet .a. ad finem sui spatij quam .ȝ. non obstante qđ .ȝ. quiescet in medio sui motus ⁊ non .a. quoniam talis quies non erit temporalis: sed instantanea. Et si queritur vtrum tunc quiescet in actu vel in potentia: dicatur quod quiescet in actu non per se: ex quo non quiescet per tempus sed per accidens: quia in instanti quiescet ratione motoris extrinseci ⁊c̃. (Eodem autem modo). Tex. cō. 67. Soluta dubitatione que erat de mobilibus eque velocibus quandoqꝫ venientibus equecito ad fines suorum spatiorum: ⁊ aliquando non equecito: consequenter ex illa solutione respondetur ad duas rationes Zenonis probantes impotentialitatē motus ad vbi: quarum prima erat ista: si contingit aliquē pertrāsire aliqđ spatiū necesse ē anteq̄ totū spatiū ptranseat quod prius pertranseat medietatem spatij ⁊ antequaȝ transiuerit totam medietateȝ quod pertranseat medietatem medietatis: ⁊ sic in infinitum cum spatium sit diuisibile in infinitum: sed non contingit in infinita pertransire: igitur non contingit pertransire aliquod spatium. ¶ Secunda ratio erat coincidens cuȝ priori: nā ille qui mouetur super aliquod spatium potest numerare medietatem spatij antequam numeret totum spatium ⁊ potest numerare medietatem medietatis anteq̄ numeret totam medietatem ⁊ medietatem illius medietatis antequam numeret illam medietatem: ⁊ sic in infinitum: quo concesso: sequitur quod si aliquis potest pertransire aliquod spatium quod ipse potest numerare numeꝝ īfinitū ꝙ ē īpossibile. Le. li. (Eodeȝ aūt modo obuiandum est ad interrogantes per obiectionem ⁊ inquisitionem Zenonis rationem ⁊ volentes si semp mediūȝ transiri oporteat antequaȝ perueniatur ad terminum: hec autem infinita sunt: infinita autem transire impossibile est aut sicut ipsam hanc rationem quidam aliter interrogant). idest formant volentes simul cum Zenone quod sicut prius est moueri. idest pertransiri medietatem quam totum: ita est prius numerare secundum vnumquodqꝫ factum medium: quare ab eunte tota magnitudine in infinitum accidit numerare numerum: hoc aūt concesso īpossibile est concedere veꝝ.

Notandum quod hee rationes in fundamento non differunt ⁊ facte sunt aduersis non mutando sententiaȝ: sed tantum variando verba: vnde qꝛ concedebatur prioribus quod contingit in tempore finito pertransire infinita arguebātur posteriores: quod etiam in tempore finito contingit numerare numeruȝ infinitum quod iam nullus cōcedit. (In primis igitur). Tex. cō. 68. Ad ambas rationes simul respondet philosophus dando duas responsiones: quarum prima est ad interrogantem: ⁊ secunda est ad rem ⁊ ad veritatem: cum ergo inferūt Zeno ⁊ aliꝫ interrogantes rationem Zenonis quod contingit in tempore finito pertransire ⁊ numerare infinita spatia seu infinitas magnitudines: concedatur conclusio eo modo quo concessa est sexto huius: sed hec responsio tantum obuiat interroganti: non auteȝ est simpliciter ad rem ⁊ ad veritatem manifestandam: vnde si aliqua est questio cuius solutio completa indigeat distinctione non respondet ad rem nisi per distinctionem: si autem absolute respondetur absqꝫ distinctione talis responsio potest satisfacere interroganti: sed non rei ⁊ veritati: verbi gratia aliquis potest querere vtrū possibile sit duo corpora esse in eodem: si respondeatur absolute concedendo quod sic ex eo: quia omnia elementa sunt in celo locante totam spheram generabilium ⁊ corruptibilium hoc modo est ad interrogantem tantum: sed si distinguatur de loco dicendo quod duplex est locus: videlicꝫ proprius ⁊ communis: ⁊ quod plura corpora sunt in eodem loco communi: nō auteȝ est possibile plura corpora esse in eodeȝ loco proprio iam est responsum ad rem ⁊ ad veritatem: sic in proposito quando Zeno querit vtrum contingat in tempore finito pertransire magnitudines infinitas ⁊ numerare spatia infinita: qꝛ solutio huius questiōis indiget distinctione: ideo absolute respōdere concedēdo partē affirmatiuam ex eo: qꝛ in tempore finito sunt infinita tempora cū ipsuȝ sit diuisibile in infinitū: sicut ⁊ ipsum spatium super ꝙ fit motus est satisfacere questioni tantum ad interrogantes: si auteȝ respondeatur per distinctionem tunc soluta est questio secunduȝ reȝ ⁊ veritatem: sicut etiaȝ si dimittatur magnitudo ⁊ fiat eadem questio de tempore vtruȝ contingat pertransire infinita tempora in tempe finito: ista questio erit soluta quo ad interrogantes concedendo parteȝ affirmatiuaȝ absolute absqꝫ aliqua distinctione, ꝓpter istam causaȝ: qꝛ tempus finituȝ quocunqꝫ sit illud est diuisibile in infinitum: vt probatuȝ est sexto huius: si autē respondeat per distinctioneȝ soluta est questio ſm rē ⁊ ſm veritatē. Lege litteram. (In primis igitur rationibus de motu vꝫ sexto huius: has rationes soluimus per hoc ꝙ tempus infinita habet in seipso: non eniȝ inconueniens est si infinito tempore). i. in tempore finito infinituȝ transit aliquis: similiter auteȝ infinituȝ vtiqꝫ in longitudine est ⁊ tēpore: sed hec solutio ad interrogantes quidem se habet sufficienter. Interrogabat enī Zeno si infinito tēpore infinita transire atqꝫ numerare contingit: ad rem aūt ⁊ veritatē nō sufficit: si enim aliquis dimittēs magnitudineȝ interrogās si infinito tpe cōtingit īfinita trāsire interroget in ipo tpe eadē: hꝫ .n. tēpus īfinitas diuisiones nec adhuc sufficiēs hec solutio ē ad rē ⁊ ad vītatē sed tm̄ ad interrogantē. ¶ Secūda rñsio ē ad rē ⁊ ad veritatē manifestādā ex distinctiōe supꝰ data: vꝫ ꝙ duplex est mediū: vꝫ in poᵃ ⁊ ī actu: mediū in poᵃ ē illud ꝙ facit vnū ꝯtinuū: meᵐ in actu ē illud ꝙ facit pl'a cōtinua ⁊ nō vnū cōtiᵐ: vbi grā si aliqs diuidat vnā lineā in duas medieᵗᵃˢ faciēdo duo signa ex vno .i. duo pū

cta ex vno puncto quoꝝ vnū fit prin^m vnius linee ⁊ reliquum finis alterius tunc tale medium est medium in actu: dicitur autem medium continuans in potentia: q2 est possibile ad aliquid medium: medium vero discontinuans dicitur medium in actu: quia non est impossibile ad aliud medium terminat enim ⁊ non copulat.

¶ Ista distinctio ponitur vt sciatur ꝙ diuidere numerare ⁊ pertransire contingit dupliciter, videlicet actu ⁊ potentia: diuidere enim medietates alicuius linee in potentia est tangere illas per motum successiuum absque discontinuatione: diuidere autem illas in actu est tangere illas per motum cum discontinuatione earumdem: ⁊ sic linea non esset vna ⁊ continua neque motus esset vnus ⁊ continuus, discontinuatur enim motus ex discontinuatione magnitudinis per quietem ⁊ diuisionē realem hec enim est differētia inter lineam continuā ⁊ discontinuam: quoniam in linea continua sunt media in potentia facientia motum continuū: in linea autem discontinua sunt media in actu facientia motum discōtinuum. ¶ Item numerare medietates alicu^9 magnitudinis. s. medietatem: ⁊ medietatem medietatis ⁊ sic in infinitum est dupliciter, videlicet potentia ⁊ actu: potētia quidem est numerare illas per motum continuum absqꝫ quiete actu aūt numerare easdem est numerare illas per motum discontinuum sic ꝙ in fine cuiuscunqꝫ medietatis sit quies temporalis vt accipiatur vnū instans pro duobus: idest accipiantur duo instantia habentia denominationem vnius instantis: nā sicut vnū instans dicitur principium ⁊ finis: ita illorum duorum instantium inter que cadit tempus medium vnum sit finis motus precedentis: ⁊ reliquum sit principium motus sequentis ⁊ quoniam inter illa cadit tempus medium necessario datur quies temporalis inter quascūqꝫ duas medietates. Ex quibus sequitur ꝙ pertransire infinita spacia ē dupl'r. vz actu ⁊ potentia. actu quidē est in fine cuiuscūqꝫ illorum quiescere. potentia autem est continuare motum sic ꝙ cuilibet puncto pertrāseūdo spacij correspondeat in motu medium in potentia ⁊ non in actu. Le. tē. (Sed verum dicendum est ꝙ quidem diximus in modo rationibus) factis distinguendo mediū per actum ⁊ potentiam (si enim aliquis continuū quidē diuiderit in duo media hic vno signo tanq̄ duob^9 vtitur facit enim principium ⁊ finem) in actu (sic autem facit numerans: ⁊ in media diuidens, sic autem diuidēte) scilicet in actu (non erit continua neqꝫ linea neqꝫ motus continuus enim motus continui est. s. spacij super ꝙ fit motus. (In continuo autē sunt infinita media sed nō actu: sed potentia si vero facit) diuisionem (actu non faciet continuum) motū (sed stabit) in fine cuiuslibet medietatis (ꝙ quidem in numerante media) magnitudinis aut spacij (manifestum est ꝙ accidit vnum enim signum) temporis (necesse est ipsum numerare duo alterius quidem enim mediū finis alterius aut principium erit si non vnum cōtinuum numeret: sed duas medietates) cum quiete media. ¶ Ista distinctione premissa ⁊ declarata cum queritur vtrum in tempore finito contingat pertransire infinita tempora aut infinita spacia. respondetur per distinctionem datā ꝙ aliquo modo sic ⁊ aliquo modo non, videlicet ꝙ in tempore finito contingit pertransire infinita tempora nō actu sed potentia ⁊ in tempore finito contingit pertrāsire infinita spacia ⁊ infinitas magnitudines non actu sed potentia. si enim est possibile pertransire infinita spacia actu nisi in tempore infinito: ⁊ nisi ex illis fieri possit vna magnitudo infinita. Le. tē. (quare dicendum est ad interrogantem si contingit infinita transire in tempore finito ⁊ si (aut in tempore aut in longitudine) .i. in spacio: (quia est quidē .i. est aut non sic: actu enim cum sit non cōtingit potentia aūt contingit.) Et si hec responsio p distinctionem datam nō placet philosophus accipit aliam distinctionem dicens ꝙ pertransire spacia infinita seu infinitas medietates linee contingit dupliciter. vz per se ⁊ per accidens. per se quidem non contingit: sꝫ per accidens: accidit enim magnitudini ꝙ contineatur infinita spacia: ⁊ accidit linee ꝙ habeat infinitas medietates cum essentia linee ⁊ esse diffinitiuum eiusdem sicut altera ab huiusmodi infinitate partiū. diffinitio enim linee est ista: linea est q̄titas continua habens longitudinē sine latitudine ⁊ sine profunditate modo siue linea habꝫ medietates infinitas siue non habeat nō minus est q̄titas continua habens tantum longitudinem. Le. tē. (Quod enim cōtinue mouetur ſm accidens infinita trāsiuit simpliciter aūt non) idest per se (accidit autem linee infinita media esse substantia autem) .i. essentia linee (est altera) ab huiusmodi infinitate (⁊ esse) diffinitiuum eiusdem etiam est alterum.

Notandum primo ſm cōmentatorē commento. 67. ꝙ duplex est diuisio cōtinui, videlicet per se ⁊ p accidens. diuisio per se est illa que est in ptes nō cōmunicantes eiusdē q̄titatis ⁊ tales sunt finite ⁊ cōsumunt magnitudinē ⁊ numerant illam vtputa due medietates vel tres tertie: aut quattuor quarte ⁊ sic de alijs acceptis equalibus semper ſm numerum finitum. diuisio per accidens est illa que est in partes non cōmunicantes eiusdem proportionis ⁊ tales non cōsumunt continuū neqꝫ numerāt magnitudinem cum sint infinite vtputa medietas: ⁊ medietas medietatis ⁊ sic in infinitum. prime partes dicūtur ptes in actu: ⁊ 2^e ptes dicuntur partes in potentia. si ergo queritur vtrū continuum sit diuisibile in infinitū dicatur ꝙ est diuisibile in infinitum in partes in potentia ⁊ non in partes in actu: ⁊ ꝙ est diuisibile in infinitū in partes eiusdem proportionis ⁊ nō in partes eiusdem q̄titatis loquendo de partibus nō cōmunicantib^9. Isto modo locut^9 est philosophus. 3°. huius di. ꝙ infinitū aliquo modo est ⁊ aliquo modo nō est: est enim infinitum in potentia ⁊ non infinitum in actu ⁊ est infinitum ſm quid ⁊ nō infinitū simpliciter. Ita in proposito dicatur ꝙ non contingit numerare infinitas medietates in actu sed tantum in potentia ⁊ ꝙ non contingit pertrāsire infinita spacia simpliciter aut in actu aut per se: sed tantum in potentia ſm quid ⁊ per accidens.

Secundo notandum ſm cōmentatorem eodem cōmento ꝙ si mobile diuiserit magnitudinem in duas medietates in actu descendendo inter illas ⁊ sic in infinitum: tūc sequitur si omnes ille medietates sunt infinite ꝙ mobile motū nunq̄ perueniet ad extremū magnitudinis: patet quia necessario quiesceret in infinitis temporibus facientibus tempus infinitum simpliciter. ¶ Ex isto notabili sequitur ꝙ magnitudinem diuidi in duas medietates in actu cōtingit dupliciter aut intrinsece aut extrinsece: intrinsece quidem per separationem realem partis a parte ⁊ tūc diuidēs vtitur vno signo pro duob^9 in q̄tū corrūpit vnū ⁊ generat duo. Extrinsece vero per cōparationē ad motū: ⁊ sic dr̄ magnitudo diuidi in duas medietates in actu qn̄ in q̄libꝫ illarū medietatū mouet ⁊ in fine cuiuslꝫ illarū

quiescit: ⁊ sic diuidens vtitur vno signo pro duob⁹.i. vtitur vno puncto in duobus instãtibus in quoꝝ primo illud signũ ē finis ⁊ in secundo illud signum est principium.

Sed dubitatur circa dictum d diuisibilitate linee i infinitum quoniam linea est per se q̄titas continua ⁊ q̄titas continua est per se diuisibilis in infinitum: igitur linea est per se diuisibilis in infinitum. patet consequentia quia omnis passio per se competens superiori per se competit inferiori vt colligitur a philosopho primo posteriorum. maior tenet ex quo continuum est genus ad lineam per Aristo. in predicamentis. minor vero est Aristote. sexto huius. ¶ Respondetur ꝙ cum philosophus dicit ꝙ linee accidit habere infinitas partes ⁊ cõmentator ꝙ diuisio linee in infinitum est diuisio per accidens ipsi accipiunt per accidens vt oppõitur ei ꝙ est per se perseytate primi modi ⁊ sic non est incõueniẽs ꝙ linea sit per se ⁊ per accidens diuisibilis in infinitum accipiendo per se ⁊ per accidens vt non opponuntur: sed vt respiciunt diuersos modos: nam quia accidens accipitur aliquando nõ tantum pro accidente cõmuni sed etiam proprio potest concedi omnem propriã passionem inesse suo subiecto per accidens ⁊ si non subiecto conuertibili tamen subiecto non cõuertibili. conceditur enim ꝙ ysocheles per accidens habet tres angulos: quia hr̄e tres competit sibi per aliud subiectum. scilicet per triangulum cum ysocheles ſm ꝙ huius non habeat tres angulos equales duobus rectis sed ſꝫ ꝙ triangulus vt habetur primo posteriorum: ita linea ꝑ accidens est diuisibilis in infinitum inquãtum esse diuisibile in infinitum competit sibi per aliud subiectũ: nõ enim linea ſm ꝙ huius est diuisibilis in infinitum: sed ſm ꝙ est q̄titas continua.

Tex. 9. 69. 

Anifestuz autem:) solutis rationibus zenonis quibus ꝓbabat impossibilitatẽ motus localis cõsequẽter soluit rationes eiusdem suadentes impossibilitatem mot⁹ ad formam siue fuerit forma predicamenti substãtie siue q̄titatis siue qualitatis destruitq̧ fundamenta sue opinionis atq̧ suaruꝫ rationum per quattuor ꝯclusiones quarum prima est ista. in omni transmutatione mediuꝫ est in actu respectu posterioris ⁊ in potentia respectu prioris. secunda cõclusio instans distinguens tempus transmutationis a tempore transmutati habet esse indiuisibile ibi (et si fiebat) tertia conclusio tempus non est diuisibile in instãtia ex quibus componitur ibi (si autem quodcunque. Quarta conclusio. tempus in quo aliquid fiebat ⁊ est factum non est maius tempore in quo fiebat soluꝫ ibi. (manifestum autem.) Prima conclusio arguitur sic. in omni transmutatione qua aliquid transmutatur de cõtrario in contrarium aut de contradictorio in contradictorium necesse est assignare duo tempora immediata in quorum primo est forma precedens: ⁊ in secũdo est forma sequens: ⁊ cum hoc oportet assignare instãs copulans illa duo tempora ꝙ quidem est vnuꝫ ⁊ idē numero commune vtriq̧ tempori ratione autem non idem cum sit principium ⁊ finis: principium quidē posterioris temporis ⁊ finis preteriti. tunc arguitur sic. huiusmodi instans mediuꝫ necessario est in actu respectu prioris forme: aut posterioris: sed nõ est in actu respectu prioris forme: igitur est in actu respectu posterioris patet consequentia cum maiori: quia si aliquid transmutatur de forma ignis in formam aque: aut de calido in frigidum oportet in illo instanti illud esse aquaꝫ vel ignem calidum aut frigidum: sed minor ostenditur quia aliter duo cõtraria ⁊ contradictoria verificarentur de eodem ponendo ꝙ aliquid transmutetur de calido in frigidum: ⁊ sequitur dato opposito minoris ꝙ in illo instanti medio transmutabile datum erit calidum ⁊ immediate post illud instans erit frigidum: sed non subito potest deperdi tota caliditas denominans aliquid esse calidum: igitur immediate post illud instãs illō erit calidũ: licet remissius: sed immediate post idem instans illud erit frigidum per concessum: igitur simul erit calidum ⁊ frigidum: ⁊ sic duo contraria verificantur de eodem: ⁊ cõsequenter duo contradictoria: quia omne ꝙ est calidum est non frigidum ⁊ omne ꝙ ē frigidum est non calidum. ¶ Item pono qd̄.a. materia transmutetur de forma ignis in formaꝫ aque ⁊ quero vtrum in tali instãti medio sit sub forma aque aut sub forma ignis: si sub forma aque habetur intentũ: si sub forma ignis ⁊ cum illa forma non possit subito corrũpi sequitur ꝙ immediate post illud instãs erit sub vtraq̧ forma ⁊ tunc necessario aut idem erit aqua ⁊ ignis ꝙ non est possibile: quia cum vnuꝫ disperatorum semper inferat negationem alterius idem esset ignis ⁊ non ignis ens ⁊ non ens: ⁊ quando haberet eē haberet nõ esse que non sunt imaginabilia. Lege litteram. (Manifeste autē ⁊ quia nisi aliquis faciat temporis diuidēs signum prius posterius semper posterioris rei erit idē ens ⁊ non ens ⁊ quando fuit non est) construe sic ⁊ nisi signum temporis ꝙ est instans diuidens inter prius ⁊ posterius faciat aliquis esse posterioris rei manifestum est: quia sequitur hoc incõueniẽs ꝙ idem erit ens ⁊ non ens: ⁊ quando fuit ita ꝙ aliquid est tunc fuit ita ꝙ illud non est. (Signum quidem igitur vtrisq̧) temporibus commune est ⁊ priori ⁊ posteriori ⁊ vnum ⁊ idem numero: ratione autem non idem est huius: quidem enim finis est illius autem principium: rei autem semper posterioris ⁊ passionis est nõ autem prioris. ¶ Ex ista conclusione Aristote. soluit rationes zenonis probantes impossibilitatem motus ad formam: quarum prima probat ꝙ non est possibilis transmutatio ad formam de contradictorio in contradictoriuꝫ ponendo ꝙ.d. sit res transmutata a non esse in esse ⁊ sit a. tempus in quo.d. est sub nõ esse ⁊.b. tempus in quo est sub esse ⁊ sit.c. instans copulans illa tempora. ⁊ arguitur sic.d. est sub non esse in toto tempore.a. igitur.d. est sub non esse in quolibet instanti illius: sed.c. est instans ipsius.a. igitur.d. est sub non esse in.c. instãti. Iteꝫ.d. est sub esse in toto.b. tempore: igit̄ est sub esse in quolibet instanti illius: sed.c. est instans.b. temporis igitur d. est sub esse in.c. instanti: ⁊ ita si.d. transmutatur a nõ esse in eē oportet ꝙ.d. simul in eodem instanti sit sub esse ⁊ sub non esse: sed hoc est impossibile: igitur impossibile est aliquid transmutari a non esse in esse. ¶ Eodem argumento probabat Zeno ꝙ est impossibilis

transimutatio de esse ad non esse arguēs q nihil potest
transmutari de albo in non album alioquin in.c.instā
ti idem esset album τ non album formādo argumen-
tum factum.secunda ratio zenonis probat q non est
possibilis transmutatio ad formam de cōtrario in cō-
trarium:quia si sic ponatur q aliquid transmutetur de
albedine in nigredinem.s.d.τ sic.a.tempus in quo est
sub albedine:τ.b.tempus in quo est sub nigredine:τ.c.
instans copulans illa tempora inuicem τ arguitur vt
prius.si enim.d.erit in toto tempore.a.sub albedie:igi-
tur in quolibet instanti illius erit sub albedine:sed.c.erit
instans ipsius.a.igitur in.c.instanti erit sub albedine.
deinde in toto.b.tempore erit.d.sub nigredie:igit in q-
libet instāti illius erit sub nigredine:sed.c.erit instans il-
lius:igitur in instāti.d.erit sub nigredine τ sic in eodem
instanti erit sub albedine τ nigredine τ consequen-
ter album τ nigrum: quia illud argumentum q fit de
albedine in nigredine fit de albo τ nigro. videbatur
enim zenoni q si in duobus temporibus immedia-
tis aliquid est album τ nigrum: necessario in instan-
ti medio illud est album τ nigrum:τ qz illud est ipos-
sibile:ideo impossibile ē aliquid trāsmutari ad formā
de cōtrario in cōtrarium. Le.lit.(Tempus aūt in quo
est transmutatio de albo in nigruz sit.a.c.b.res in quo
d).i.res que transmutatur sit.d.(hoc aūt in.a.quidem
tempore album in.b.aūt non album in.c.ergo album
τ non albuz)in quolibet.n.ipsius.a.verum est dicere
album.si omni).i.toto.i.(tempore hoc erat album:τ
b.)tempore(non album.c.autem in vtrisqz)tempori-
bus est:igitur in.c.instanti:idem est album τ nō albuz.
¶ Respondet phs ad hec oīa vno verbo cōcedendo
q in.c.instanti.d.erit sub esse τ erit nō album τ erit ni-
grum τ tunc ad argumentū in toto.a.tēpore.d.erit sub
non esse:aut sub albedine:igitur in quolibet instāti illi⁹
erit sub non esse τ sub albedine negatur ꝯña:sed soluz
sequitur q in quolibet instāti preterq̄ in vltimo:quo-
niam vltimū instans tēporis.a.q est primū instās.b.
tpis:lz sit cōe vtriqz tpi nō tn̄ se hz eodem mō respectu
dispōnum eorūdem temporum:qm̄ respectu dispōnuz
a.tpis se hz in potentia τ respectu dispōnum.b.tpis se
hz in actu vt ꝓbatum est alioqn idem simul esset ens τ
non ens q est ipossibile. Le.lit.(Non ergo dādū est in
oī) instanti.a.tpis.d.erit album:(sed pter vltimū nūc
in quo est.c.)in omni tali instāti.d.erit albuz(hoc aūt
postremū)instans est totius.a.temporis.

Notanduz q ex ista ꝯclone colligunt due regule ō rebus pmanē
tibus ab ipso pho quo ad earū inceptionem:quarum
prima est ista.rei pmanentis hn̄tis esse post non eē da
tur primo instans ꝓbat ponēdo q.a.res pmanens i
cipiat esse per alterationē pcedentem terminatā ad.b.i
stans:τ quero vtrū.a.sit in.b.instanti p⁹:aut imediate
post.b.si primū habetur intentū.si scdm cum.a.nō ha
beat esse nisi per alterationē sequitur q reqritur vlteri-
or alteratio ad hoc q.a.hēat esse q est falsum:qz iam
supponitur q alteratio signata sit tota alteratio p q̄
a.habet esse. ¶ Scda regula.rei pmanētis habentis
esse post non esse non datur vltimū instans in quo nō
hz esse ꝓbatur:nam cum talis rei sit dare primū instās
vt ꝓbatum est:aut igitur idem instās est vltimū sui nō
esse τ primū sui esse aut aliud si est idem instans igitur
in eodem instanti eadez res ē τ nō est si ē alīqd instās.
igitur in tempore medio illa res nō hz esse nec hz non
esse q arguit sic:qz illud tps mediuz:necessario est añ
primū istans illius rei τ post vltimū nō eē illi⁹:sed res
non hz eē ante primū instans sui eē:nec hz non eē post
vltimū instans sui nō eē:igitur illa res in tali tempore
medio nō est nec nō est q est repugnās primis princi
pijs. Cōtra istas regulas arguit τ prio q rei pmanē-
tis hn̄tis eē post non eē non datur primū instans qm̄
5° huius dicit phs q illud q gñatur non est τ.6° hui⁹
q oē q mutatū est necesse est mutari prius τ hic q oē
q gñatur sit in tēpore quorꝫ nullum eēt verū si res p-
manens incipiat eē per positionē de presenti. Item po-
no q sor.augeatur vsqz ad.a.instans in quo instanti
desinat esse per remotionē de presenti τ accipiat tripe-
dalis q̄titas que sit maxima q̄ sor.haberet pro illo i
stanti si viueret:τ pz q illa q̄titas est acquisita p alte-
rationem:τ tn̄ illius non datur primū instans sui esse
qm̄ sor.acquisiuit illam ante hoc instans. ¶ Secūdo
arguit q rei permanētis datur vltimū non eē quoniaz
veritas ꝓpositiōis est res permanēs τ illius dat vlti
mum nō eē dato q sor.incipiat currere p remotionem
de presenti:hec.n.ꝓpositio sor.currit iam est falsa τ im
mediate post hoc erit vera:igitur veritas illius incipit
esse per remotionē de presenti.preterea ponat q.a.sit
vnum sūme frigidum in quo iducat partibiliter ab ex
trinseco tota latitudo caliditatis in hora τ arguitur q
gradus medius qui est res permanēs incipiet eē per re
motionem de pn̄ti:qz si incipiet esse per positionē de p
sent.sequitur q.a non prius habebit gradū medium
q̄ gradum vltimū medium q est impossibile:τ q illo
sequatur arguitur qm̄ quacunqz parte capta in quo est
gradus medius cū illa sit diuisibilis in duas medieta
tes quarꝫ ꝓpinquior agenti sit intēsior q̄ remotior ab
agente sequitur q si in parte remotiori est gradus me-
dius q in pte ꝓpinquiori est gradus intensior gradu
medio τ sic pro nullo instāti dabitur gradus medius
absqz gradu vltra medium. ¶ Ad primuz rñdetur q
res gñatur anteq̄ sit ideo rei pmanentis datur primuz
instans non obstante q ante illud instans gñatur τ p
hunc modum cōceditur q omne mutatū in aliquo in-
stanti necesse est prius mutari:non tn̄ omne q est in ali
quo instanti per mutationē fuit ante illud instans per
mutationez.cū vo dicit phs q oē q gñatur sit in tem-
pore illud est ꝯcedendum ex quo nō sequit q omne q
generat est in toto tpe in quo gñatur. ¶ Cuz vo argui
tur de tripedali q̄titate:dico q illa non fuit ante instās
desinitiōis sortis:nec seqtur sor.ante illud instans acq-
sиuit eam:igitur illa q̄titas ante illud instās fuit in sor-
te:qz sicut alīqd generat anteq̄ ipsum sit genitū:ita illa
q̄titas acqritur anteq̄ sit acqsita τc̄. ¶ Ad 2m respon
detur q regule iste intelligūtur de rebus permanentib⁹
non dependentibus a rebus successiuis modo veritas
illius propositionis sor.currit dependet a cursu sortis
qui est res successiua. ¶ Neqz argumentū ē gradu me
dio ꝯuincit quoniā ille inducetur per positionez de pre
senti τ in illo instanti in quo primo erit inductus non
erit adequate in aliqua parte.a.sz in qualibet parte ter
minata ad superficiem ꝓpinquissimam agenti:ideo q̄-
cunqz tali parte diuisa in duas medietates semper in
medietate propinquiori agenti est gradus medius
τ in remotiori est gradus remissior gradu medio. (Et
si fiebat)secūda ꝯ°.instans distiguēs tps trāsmutatio
nis a tpe trāsmutati hz eē indiuisibile ꝓbat:qz alr alīqd
moueret sil motib⁹ ꝯrijs τ duo ꝯdictoria vificarent sil

arguitur ⁊ ꝓmo ꝙ i motu recto reflexo possit seruari idem ordo partium mobilis quoniam reflexio potest fieri circulariter sic ꝙ dũ mobile fuerit motum per lineam rectam ab. a. in. b. poterit circulariter moueri supra. b. reddeundo ad. b. deinde ad. a. continue precedente eadem parte super lineam rectam. Item pono ꝙ motum motu recto cõtinue moueatur circulariter sicut contingit in motu pile mote sursum vel deorsum in casu isto non potest dici ꝙ aliqua pars in primo motu continue precedat: ⁊ in motu reiterato continue sequatur. ¶ Secundo arguitur ꝙ i motu circulari non seruatur idem ordo partium mobilis quoniam planeta mouetur circulariter in ecentrico ⁊ ñ seruat eundem ordinem partium mobilis: quoniam pars precedens aliquando est sequens propter motũ epicicli. ¶ Ad primum dicitur ꝙ philosophus loquitur de motu recto reflexo excludente omnem aliũ motum. constat autem in primo casu inter duos rectos reflexos mediare motum circularem: in secundo autem casu motus rectus ē admixtus motui circulari. ¶ Ad secũdum dicitur cõsimiliter ꝙ philosophus loquitur de motu circulari vnico ⁊ simplici non permixto alteri motui: constat autem planetam simul moueri duobus motibus circularibus. videlicet motu ecentrici ⁊ motu epicicli. (Non enim omnis) secundo arguit philosophus ꝙ ad motum circularem esse vnuz ⁊ semper continuum non sequitur idem moueri motibus cõtrarijs: quia si sic hoc est ideo quia sicut moueri in linea recta ex eodem in idem est moueri motibus contrarijs ita in linea circulari. Sed arguitur ꝙ non contrarietas motuum localium solum est accipienda secundum lineam rectam: aut secundum distantiam terminorum linee recte: sed motus circularis qui est ab hoc ⁊ motus circularis qui est in hoc non distant secundum lineam rectam nec secundum distantiam terminorum linee recte: igitur illud quod mouetur circulariter ab vno termino in eundem terminum non mouetur motibus contrarijs: patet consequentia cum minori ⁊ maior declaratur: nam contrarietas est maxima distantia: maxima autem distantia non potest accipi: nisi secundum lineaꝫ rectam quoniam non possunt aliqua distare tãtum secundum lineam curuam inter aliquos terminos quin possunt magis distare secundum lineam curuam inter eosdem terminos cum quacunqꝫ linea curua data iter aliquos terminos contingat dare maiorem inter illos terminos: ideo contrarietas motuum proprie dicta solum est accipienda secundum lineam rectam: quecunqꝫ enim distant secundum lineam rectam non possunt plꝰ distare secundum lineam rectam inter illos terminos: cum inter duo puncta non possit protrahi nisi vna linea recta ⁊ si plures possunt protrahi ille sunt equales Lege litteram. (Non enim omnis) motus (qui est in ꝙ ci qui est ex hoc contrarius est: neqꝫ oppositus: sed cõtrarius in recta quidem) linea est motꝰ ab eodez in idẽ. (huic enim est contraria) mutatio (secundum locũ: vt) mutatio (que est secundum dyametrum) est contraria mutationi reflexe per eundem dyametrum (distat enim plurimum) mutatio que est secundum lineam rectã opposita autem) est mutatio (que est secundum longitudinem eandem.)

Notandum

secundum cõmentatorem commento. 73. ꝙ hoc non contingit nisi in motu recto. s. vt motus ad aliquid sit contrarius motui ab illo: aut oppositus. ⁊ causa in hoc est: quia illud ex quo ē motus rectus ⁊ ad ꝙ est sunt loca contraria. ⁊ causa in hoc est: quia cõtraria sic describuntur. illa que maxime ⁊ maxima distantia nõ inueniũtur nisi in linea recta.) Intendit commentator ꝙ motus rectus ⁊ circularis aliquo modo conueniunt: ⁊ quodãmodo discõueniunt. conueniunt quidez quia quilibet eorum est ex aliquo in aliquid. disconueniunt vero: quia motus circularis qui est ex aliquo nõ contrariatur motui circulari qui est in idem: sed motus rectus qui est ex aliquo bene cõtrariatur motui recto ꝙ

est in idem. et ratio est duplex: prima, quia motus rectus est inter loca contraria et non motus circularis. secunda ratio, quia in motu recto inuenitur contrarietas et non in motu circulari cum contrarietas sit maxima distantia que non inuenitur in linea circulari: sed in linea recta vt patet. Item mensura non est accipienda secundum lineam circularem: sed secundum lineam rectam: mensura enim vt vult philosophus quarto metaphisice debet dicere quid certum sed secundum lineam circularem non potest accipi certa distantia terminorum cum ab eisdem punctis duci possint plures linee circulares quarum aliquae essent maiores et alie minores ideo si secundum tales lineas debemus mensurare distantiam terminorum eosdem terminos iudicaremus magis et minus distare quod est inconueniens: mensura igitur huius distantie erit linea recta: tunc arguitur sic: eo quod est mensura alicuius in aliquo genere accipitur minus et maius et maxime in illo genere: sed maiorem et minorem et maximam distantiam terminorum non accipimus secundum lineam circularem sed secundum rectam: cum ergo contrarietas accipienda sit secundum maximam distantiam non erit contrarietas secundum lineam circularem sed secundum rectam.

Dubitatur circa ista et primo quia non videtur quod contrarietas respicit maximam distantiam: quia motus elementorum sunt contrarij et tamen loca elementorum non maxime distant cum maior sit distantia in mundo quam distantia que est inter centrum mundi et concauum lune. ¶ Secundo videtur quod motui circulari sit aliquis motus circularis contrarius ponendo quod .a. et .b. moueantur super eundem circulum incipiendo ab eodem puncto: sed .a. per meridiem et .b. per septentrionem: et patet quod ista mobilia seinuicem impedient in via: igitur motus illorum inuicem contrariantur. ¶ Ad primum dicitur quod contrarietas non respicit maximam distantiam simpliciter: sed in genere vt colligitur de mente philosophi in postpredicamentis: albedo enim et nigredo contrariantur simpliciter: quia maxime distant in genere coloris etiam dulcedo et amaritudo contrariantur simpliciter: quia maxime distant in genere saporis propterea ignis et terra simpliciter contrariantur secundum locum et motus illorum simpliciter contrariantur secundum motum localem quia maxime distant in genere motus recti et sicut albedo et rubedo non contrariantur simpliciter: quia non maxime distant in genere coloris: ita motus ignis sursum et motus aque deorsum non contrariantur simpliciter: quia termini istorum non maxime distant in genere motus recti. ¶ Ad secundum dicitur quod contrarietas motuum localium proprie sumpta attenditur penes contrarietatem terminorum ad quem per lineam breuissimam: sed large sumpta penes impedimentum vnius contra alterum: et sic non est inconueniens aliquos motus circulares inuicem contrariari. loquuntur ergo philosophus et commentator proprie et non large de contrarietate motuum propterea argumentum nihil concludit. ¶ (Quare nihil.) Ex predictis Aristo. infert .4. corrolaria quorum primum est quod nihil prohibet motum circularem esse semper continuum et non motum rectum: primo quia circularis est ab eodem in idem rectus vero ab eodem in aliud seruata continuitate vtriusque motus. secundo quia motus circularis est ab eodem in idem per diuersa media: motus autem rectus est ab eodem in idem per idem medium: ideo non oportet mobile circulariter motum moueri simul motibus contrarijs si motus ille ab eodem in idem sit continuus: sed bene oportet mobile motum motu recto simul moueri motibus contrarijs si motus ab eodem in idem sit continuus: vt supra est demonstratum. Te. c. 73. Tex. co. 73. (Quare nihil prohibet moueri continue et nullo tempore deficere quod circulariter mouetur: circularis quidem motus ab eodem in idem: rectus autem ab eodem in aliud et qui quidem in circulo) motus est (nequaquam in eisdem) medijs est (qui vero secundum rectitudinem multotiens in eisdem) est scilicet quando fit motus ab eodem in idem. (cum quidem igitur) fuerit motus (qui semper in alio medio (fit contingit moueri continue) absque contrarietate (qui vero in eisdem multos) medijs fit (non contingit) absque contrarietate (necesse enim simul moueri) secundum motus contrarios.

Notandum quod ex isto loco habetur differentia inter medium et terminum: quoniam idemptitas termini facit idemptitatem motus et diuersitas terminorum facit contrarietatem motuum econtra autem contingit de medio quoniam idemptitas medij facit contrarietatem motuum: diuersitas vero facit idemptitatem motus. verbi gratia si aliquod mobile moueatur ab .a. in .b. per lineam rectam: et iterum moueatur ab ipso .b. in .a. per eandem lineam: illi motus sunt contrarij: vt est ostensum .5° huius. Si autem aliquid moueatur ab .a. in .b. per lineam circularem et reuertatur ad ipsum .a. absque reflexione motus erit vnus et continuus et media erunt diuersa. quoniam per vnum semicirculum mobile recedit ab .a. et per alium semicirculum accedit ad .a. (Quare neque) secundum corrolarium in semicirculo et in qualibet circulatione incompleta non potest fieri motus semper continuus. patet quia necessario fit reflexio et reiteratio per eandem viam ab eodem in idem sed iam probatum est quod inter quoscunque duos motus reflexos cadit quies media et quod non possunt inuicem continuari: quia aliter idem simul moueretur motibus contrarijs: signata igitur quacunque portione circuli quia finis non coniungitur principio non poterit esse motus ab eodem in idem nisi per eandem viam et consequenter motus erunt contrarij ex quibus non fit vnus motus continuus. ¶ Ex quibus sequitur quod sicut sola linea circularis est perfecta: quia copulat finem principio: ita solus motus circularis est perfectus: quia illius motus idem est principium et finis: alij autem motus siue sint recti siue circulares circulatione incompleta imperfecti sunt: quia non copulant finem principio. Te. c. lit. (Quare neque in semicirculo: neque in alia circulatione) incompleta (neque vna) idest neque in vna parte circuli (contingit moueri continue) motu perpetuo (multos enim necesse) per media (eadem moueri et) secundum (contraria mutari non enim copulat principio finem) motus qui est in parte circuli (qui autem) motus est completi circuli copulat) finem principio (et solus est perfectus.)

Notandum secundum commentatorem commento .73. quod punctus qui est finis et punctus qui est principium in motu non circulari sunt duo ratione et subiecto et non coniunguntur ad inuicem. scilicet ita quod sint idem in subiecto principium scilicet motus et finis alterius: motus autem qui est super circulum: punctus qui est in eo principium idem est cum fine. scilicet quoniam sunt vnum subiecto et duo ratione: finis igitur in eo est coniunctus cum principio. in circulo enim nullus est punctus naturaliter .i. in actu qui sit principium aut finis et cum fuerit imaginatus in circulo tunc erit principium et finis: extremitatis vero linee recte sunt duo puncta in actu) hec commentator. ¶ Duas differentias ponit hic commentator: quarum prima est inter motum circularem et motum non circularem: quoniam

in motu circulari punctus qui est principium ⁊ punctus qui est finis sunt vnum subiecto ⁊ duo ratiõe: in motu autem non circulari punctus qui est principium ⁊ punctus qui est finis sunt plura tam subiecto ꝙ ratione primum istorum est manifestum quoniam idem punctus numero ẽ a quo incipit mot⁹ circularis ⁊ ad quem terminatur motus circularis: lꝫ ratio sit diuersa: quoniaꝫ alia est ratio puncti vt est principium ⁊ alia vt est finis motus. Sm etiam patet quoniam in omni motu continuo non circulari semper alius est punctus numero a quo incipiet motus ⁊ alius ad quem terminatur mot⁹ ex quo finis non coniungitur principio: sed distat per lineam rectam vel curuam. ¶ Secunda differentia est inter lineam rectam ⁊ circularem quoniam linea recta habet principium ⁊ finem in actu. linea autem circularis non habet principium ⁊ finẽ in actu: nam illa linea habꝫ principium ⁊ finem in actu que habet puncta terminantia ⁊ non copulantia: ⁊ illa linea habet principium ⁊ finem in potentia que habet puncta non terminantia absqꝫ copulatione: ⁊ quia in linea recta sunt puncta extrema terminantia ⁊ non copulantia: ideo talia puncta sunt principium ⁊ finis in actu. in linea autẽ circulari non est aliquis punctus terminans quin ille idem sit copulans: ideo non datur in illa principiũ vel finis in actu: sed tantum in potentia. quoniam quilꝫ punctus linee circularis potest esse indifferenter principium ⁊ finis motus. (¶ Manifestum autem) tertiuꝫ Tex. cõ.74. correlarium: nullus motus aliu a motu locali potest esse semper continuus patet: naꝫ ideo motus circularis potest esse semper continuus: quia in motu illo potest fieri redditio ab eodem in idem per alia ⁊ alia media: sed hoc deficit in omni alio motu a motu locali: naꝫ in omni motu ad formam oportet ꝙ fiat redditio p eadem media: ⁊ non potest esse iteratio per eadem media nisi sit quies media ⁊ vbi est quies media ibi nõ est cõtinuitas motus. verbi gratia: in alteratiõe accidit moueri per eadem media Sm qualitatem. s. ab albo in nigrũ ⁊ ecõtra in motu etiam augmenti ⁊ diminutionis contingit moueri per eadem media videlicet per eandeꝫ ꝙtitatem ⁊ dimensionem magnitudinis: similiter ⁊ in generatione ⁊ corruptione accidit moueri per eadem media: sed identitas mediꝫ vt dictum est facit contrarietatem motuum: cõtrarij autem motus non possunt cõtinuari: igitur nullus motus aliu a motu locali potest esse semper continuus. Le. lit. (Manifestum auteꝫ ⁊ ex diuisione) idest ex differentia assignata inter motuꝫ rectum ⁊ circularem (quoniam non contingit alios motus) a motu locali (esse continuos semper) in omnib⁹ enim accidit) per media (eadem moueri multos vt in alteratione) per eadem (media) scilicet per eãdem qualitatem (⁊ in eo) motu (qui est ꝙtitatis) accidit moueri Sm medium magnitudinis: ⁊ in generatione ⁊ corruptione similiter.

Notandum secundum philosophuꝫ ꝙ nulla est differẽtia ꝙtum ad discontinuationem motus vtrum iteratio fiat per plura: aut per pauciora media potest enim esse per plura media: vt si fiat motus a nigro in album per omnes colores medios: ⁊ postea ab albo in nigrum per eosdem colores: si autem fiat motus ab albo in rubeũ ⁊ econtra non fit iteratio per tot media. reddire: igitur per plura: aut per pauciora media non facit diuersitatem in proposito: semper enim est quies media dummodo fit redditio per eadem media: non etiam est differentia in ꝓposito si apponantur vel auferantur media vt si ex igne fieret aer ⁊ ex aere aqua ⁊ ex aqua terra: si postea terra cõuerteretur in ignem nõ mediãte alio medio ex igne esset facta terra per appositõeꝫ plurium mediorum ex terra vero fieret ignis per ablationem mediorum. hec ergo non variant propositum. nam quocunqꝫ modo sumatur talis diuersitas mediorum nunꝙ fit redditio in talibus motibus ab eodem in ideꝫ: nisi reiterentur omnia vel aliqua media: non eniꝫ potest fieri ex igne terra ⁊ ecõuerso: nisi modo ꝯtrario vel per omnes aut saltem per aliquas easdem dispositiones per quas ibatur ab igne ad terra ⁊ quia omnis talis reiteratio mediorum arguit cõtrarietatem ⁊ reflexionem motus: ideo nulli tales motus possunt esse continui. Le. lit. (nihil enim differt pauca aut multa facere) media in quibus est mutatio: neqꝫ) est differentia (mediuꝫ ponere) idest apponere (aliquid aut auferre vtrobiqꝫ Tex. cõ.74. enim accidit (per media (eadem moueri multos. (Manifestum igitur) quartũ correlarium philosophiãti ꝙ male dixerunt omnia sensibilia semper moueri: quia si omnia sensibilia semper mouentur necesse est ea moueri secundum aliquem istorum motuum nunc nominatorum in quo potest saluari continuitas ⁊ maxime secundum motum alterationis iuxta opinionem eorum dicentium ꝙ omnia alterantur continue: dixerunt enim hoc ideo: quia videbant res esse in continuo fluxu ⁊ dixerunt generationem ⁊ corruptionem esse alterationem: sed isti reprehẽduntur ex ratione iam facta ꝓbante ꝙ nulla alteratio est semper continua quoniaꝫ nulla alteratio potest eẽ perpetua nisi sit reflexa: sed eo ipso ꝙ ipsa est reflexa non est continua: sed cadit quies media: ideo male dixerunt omnia semper moueri motu alterationis. Lege litteram. (Manifestum igitur ex hĳs ꝙ neqꝫ phisiologibꝰ dicunt omnia sensibilia moueri semper dicentes moueri enim necesse est (Sm) aliquẽ horuꝫ motuũ ⁊ maxime Sm illos est alterari fluere enim dicunt semper ⁊ corrumpi (hec sensibilia (adhuc autem ⁊ generationem ⁊ corruptionem alterationẽm dicunt: ratio autem nunc dixit vniuersaliter de omni motu ꝙ Sm nullum motum contingit semper moueri extra ꝙ circulo: quare neqꝫ secundum alterationem: neqꝫ secundum augmentum) contingit aliquid semper moueri: deinde philosophus epilogat circa determinata. di. (quod quidem igitur neqꝫ infinita sit mutatio neqꝫ vna neqꝫ continua extra circuli motum nobis dicta sint tanta.

Sed dubitatur quia videtur ꝙ philosophus non probauerit motum circularem esse vnũ ⁊ semper continuũ sed tantum ꝙ potest esse vnus ⁊ semper continuus. Respondetur ꝙ in perpetuis non differt esse ⁊ posse vt est ostensum tertio huius: ideo si motus circularis potest esse cõtinuus ⁊ perpetuus iam motus circularis est cõtinuus ⁊ perpetuus: frustra enim est illa potentia que non reducetur ad actum: ideo si motus circularis potest esse continuus ⁊ perpetuus ille aliquando erit continuus ⁊ perpetuus ⁊ per consequens iaꝫ est continu⁹ ⁊ perpetuus: quoniam ingenerabile ⁊ incorruptibile conuertuntur vt est demonstratum primo ce. Et si arguitur de motu celi incipiente a medio instanti crastine diei ꝙ ille erit perpetuus ⁊ continuus ⁊ iam nõ est cõtinuus nec perpetuus. dicendum ꝙ illud argumentum tenet de toto ⁊ non de parte: constat autem omne motum celi futurũ esse partem totius celi. deinde ⁊ si illud

argumentum non tenet generaliter respectu indiuidui: tamen tenet respectu subiecti: sufficit enim ꝙ motus eiusdem speciei sit continuus ⁊ perpetuus.

Tex. co.75.



QUod autem lationem. Iste ē quartus tractat⁹ huius .8. phisicorum in quo philosophus ex eternitate primi motus concludit infinitatem ⁊ impartibilitatem primi motoris ⁊ diuiditur in tria capitula in quorū primo probatur specialius ꝙ̄ ante motum circularem esse primuꝫ motum. In secundo declaratur infinitas primi motoris ibi (quod autem hic.) In tertia cōcluditur impartibilitas eiusdem ibi (de hijs autem que sequuntur.) ¶ Primum capitulum diuiditur in duas partes: quarum prima absolute ꝓbat motum circularem esse simpliciter primum motum per rationes proprias. secūda probat comparatiue idem per rationes dialeticas ⁊ cōmunes ibi) rationabiliter autem. ¶ In prima parte philosoph⁹ dupliciē probat intentuꝫ ⁊ primo sic: motus circularis omni alio motu locali est prior: igitur motus circularis ē simpliciter primus motuum: patet consequentia: quia motus localis est simpliciter primus motuum vt ostēsum est tertio tractatu: antecedens arguitur: motus circularis est prior motu mixto ex recto ⁊ circulari ⁊ etiaꝫ est prior motu recto: igitur omni alio motu locali ē prior. patet consequentia quia omnis motus localis: aut est circularis aut rectus aut mixtus ex recto ⁊ circulari: vt declaratum superius. ¶ Prima pars antecedentis arguitur quoniam partes sunt priores toto ⁊ generaliter omnia componentia sunt priora suo composito: sꝫ motus circularis est pars motus mixti ex recto ⁊ circulari cum motus mixtus sit constitutus ⁊ composit⁹ ex recto ⁊ circulari tanꝙ̄ ex suis partibus ⁊ ex suis cōponētibus: igitur motus circularis est prior motu mixto ex recto ⁊ circulari. Le. lit. (quod autem lationem circularis prima sit: manifestum est: omnis enim secūduꝫ locum motus: sicut ⁊ prius diximus aut in circulo: aut in recto: aut mixtus est: hoc autem). s. motu mixto (necesse est priores esse illos) videlicet rectum ⁊ circularē ex illis enim cōstitutus est.) ¶ Secūda pars antecedētis probatur. videlicet ꝙ motus circularis ē prior motu recto. Et primo ex parte simplicitatis: quoniam motus circularis est magis simplex ꝙ̄ motus rectus: est enim motus circularis vniuersalis ⁊ regularis a principio vsqꝫ ad finem: motus autem rectus est difformis ⁊ irregularis: quia aut est naturalis aut violētus si naturalis velocior est in fine ꝙ̄ in principio: si violentus velocior est in principio ꝙ̄ in fine. ¶ Secundo arguit idem ex parte perfectionis quoniam motus circularis est perfectior motu recto cum motui circulari non possit fieri additio motui autēꝫ recto possit fieri additio: nisi dicatur ꝙ motus rectus est infinitus ꝙ non contigit cum non detur spacium infinitum supra ꝙ fiat motus rectus ⁊ si daretur spacium infinitum frustra fieret motus super illud spacium cum non sit possibile aliquid ꝑtrāsiri: nisi illud possit esse pertransitum: sed impossibile est spacium infinitum esse pertransitum. igitur impossibile est spacium infinitum pertransiri. ¶ Tertio arguitur idem ex parte durationis quoniam motus circularis est incorruptibilis: omnis autem motus rectus est corruptibilis: quoniam motus rectus cum non fiat nisi super lineam rectam finitam: aut fit absqꝫ reflexiōe aut cum reflexione: si fit sine reflexione: necessario corrumpitur in fine spacij: si fit cum reflexione ille non est vnus ⁊ continuus: sed componitur ex duobus motibus inter quos est quies media de quo non fit hic mētio cum ꝯparetur motus circularis motui recto in vniformitate cōtinuitatis. ¶ Arguatur ergo sic: perfectum est prius imperfecto ⁊ icorruptibile corruptibili non solū natura: sed etiam ratione ⁊ tempore ⁊ motus auteꝫ circularis est perfectus ⁊ incorruptibilis: motus vero rectus est imperfectus ⁊ corruptibilis: igitur motus circularis est prior motu recto non tantuꝫ natura: sed etiam ratione ⁊ tempore. Lege litteram. Recto autem circularis) prior est. (simplex enim ⁊ perfectus magis ē) circularis ꝙ̄ rectus (in infinitum enim non est rectum fieri sic enim infinitum non est: sed neqꝫ si esset moueretur vtiqꝫ nihil ꝓm illud spacium infinitum: non enim fit impossibile transire autem infinitum impossibile est. Infinito autem recto) idest in linea recta finita) reflectens quidem compositus ⁊ duo motus: nō reflex⁹ autem imperfectus ⁊ corruptus: prius autem ⁊ natura ⁊ ratione ⁊ tempore perfectum quidem imperfecto corruptibili autem incorruptibile.

Notandum secundum commentatorem cōmento .75. ꝙ manifestum est per se ꝙ perfectum est prius diminuto natura ⁊ ratione ⁊ tempore: ⁊ intendit per rationem diffinitionem: motus enim circularis accipitur in diffinitōne motus recti: quoniam motus rectus est ille qui ē ad medium ⁊ a medio: ⁊ medium non inuenitur nisi in circulari.) Prima propositio cōmenti est ista manifestū est per se ꝙ perfectum est prius diminuto: probatur: illud est per se manifestum cui intellectus statim assentit ex solo discursu imperceptibili: sed itellectus ex solo discursu imperceptibili statim assentit huic: perfectum est prius diminuto: igitur ⁊c. patet consequentia cum maiori: quia per hoc dicitur esse per se manifestum ꝙ omne totum est maius sua parte: quia ille intellectus assentit solo discursu ipceptibili: minor vero est euidēs quoniam intellectus sic imperceptibiliter arguit. prius est illud cui nihil deficit ꝙ̄ illud cui aliquid deficit: sed perfectum est illud cui nihil deficit: ⁊ diminutum est illud cui aliquid deficit: igitur perfectum est prius diminuto. ¶ Secunda propositio. perfectum est prius diminuto natura tempore ⁊ ratione probatur illud ē altero pri⁹ natura ꝙ potest esse sine illo ⁊ non econtra: vt habetur quinto metaphisice capitulo de priori: sed perfectū potest esse sine diminuto ⁊ non econtra propter dependentiam essentialem. igitur perfectum est prius diminuto natura. Iteꝫ incorruptibile est prius tempore corruptibili: sed perfectum est incorruptibile ⁊ diminutum est corruptibile: igitur perfectum est prius diminuto tēpore. Item sicut se habet res ad esse ita ad cognosci ꝑ Aristotelem secundo metaphisice: sed perfectum prius habet reꝫ quam diminutum vt est ostensum: igitur prius cognoscitur quam diminutum ⁊ per consequēs est prius illo ratione: patet consequentia quia per rationem Aristotelis intendit diffinitionem. ¶ Tertia ꝓ

positio motus circularis accipitur in diffinitione mot⁹ recti. probatur illud ponitur in diffinitione alterius ꝙ est illo naturaliter prius ⁊ differentia sue diffinitionis ponitur in diffinitione illius: sed motus circularis est naturaliter prior motu recto ⁊ differentia sue diffinitionis ponitur in diffinitione motus recti. igitur ⁊c. patet consequentia cum maiori inductiue dicitur enim binariuz ingredi diffinitionem ternarij: quia est prior ternario: ⁊ differentia sue diffinitionis ingreditur diffinitionem ternarij: scilicet vnitas cum binarius sit numerus adequate duarum vnitatum ⁊ ternarius sit numerus adequatus trium vnitatum. similiter triangulus ingredit diffinitionē q̄drangulli ex quo est naturaliter prior quadrangulo: ⁊ differentia sue diffinitionis igreditur diffinitionem quadranguli ex quo est naturaliter prior quadrangulo ⁊ differentia sue diffinitionis ingreditur diffinitionem quadranguli est enim triangulus figura tribus lineis contenta ⁊ quadrangulus est figura quattuor lineis cōtenta. minor vero est nota ꝙ eniz motus circularis sit naturaliter prior motu recto probatum est ⁊ magis probabitur in secunda parte huius capituli ⁊ ꝙ differentia sue diffinitionis ponatur in diffinitione motus recti patet: quoniam motus circularis est ille qui est circa medium: motus autem rectus est ille qui est a medio vel ad medium. Ecce quomodo mediū ꝙ ē differētia motus circularis ponit in diffinitiōe mot⁹ recti: qn̄ ḡ cōmentator dicit ꝙ mot⁹ circularis ingreditur diffinitionem motus recti illud non est intelligendum formaliter sed tantum virtualiter per suam differentiam eo modo quo binarius ingreditur diffinitionem ternarij ⁊ triangulus ingreditur diffinitionē quadranguli. ¶ Quarta propositio: medium non inuenitur nisi in circulari: ista propositio est sane intelligēda quoniam de virtute sermonis ipsa non est vera cum in quolibet tempore in quolibet motu ⁊ in quolibet spacio inueniatur medium seclusa omni circulatione: dixit enim philosophus supra ꝙ tam in linea q̄ꝫ in motu ē medium in actu ⁊ medium in potentia: ⁊ quinto huius habetur ꝙ medium est illud in quod mutans prius venit q̄ꝫ in extremum: debet igitur illa propositio intelligi ꝙ medium non inuenitur in diffinitione alicui⁹ motus localis: nisi ratione motus circularis: sicut eniz vnitas non inuenitur in diffinitione alicuius numeri nisi ratione binarij: ⁊ linea non inuenitur in diffinitione alicuius figure poligonie nisi ratione trianguli: ita mediū non inuenitur in diffinitione alicuius motus localis nisi ratione motus circularis: in diffinitiōe namqꝫ motus circularis ponitur medium per se primo: sed in diffinitione motus recti ponitur per se nō primo ratione motus circularis siue sit motus sursum siue motus deorsum motus enim sursum est ille qui ē a medio ⁊ motus deorsum est ille qui est ad medium: ponitur etiam medium in diffinitione motus mixti ex recto ⁊ circulari: nam motus mixtus ex recto ⁊ circulari est ille qui est partim circa medium ⁊ partim a medio vel ad mediū.
Tex. c. 75. (Amplius prior.) Secūdo arguit philosophus ad eādem conclusionem sic omne perpetuum ⁊ necessarium est prius non perpetuo: ⁊ contingenti: sed motus circularis est perpetuus ⁊ necessarius omnis autē alius motus est non perpetuus sed continuus siue sit motus localis siue aliquis alius: vtputa ad quātitatem vel qualitatem: aut ad formam substantialem: igitur motus circularis est primus motuum: patet consequētia cū qualibet parte antecedentis ex determinatis tam in sexto huius quam in hoc octauo: in quibus est ostensum solum motum circularem esse perpetuum ⁊ eternum quēlibet autem alium siue sit ad vbi siue ad formam habere statum in inceptione ⁊ desinitione ⁊ consequēter esse corporalem ⁊ contingentem. Lege litteram. (Amplius prior est) motus (quem contingit perpetuum eē nō ꝯtingenti circularē q̄dē igit maxi^m est ꝯtigē ꝑpetuū eē a..o ꝝ autem motuum neqꝫ loci mutationem neqꝫ alium contingit esse perpetuum statum enī oportet fieri) ⁊ quietem in principio ⁊ in fine cuiuslibet illorum (si autem status est) ⁊ quies (corruptus est motus.)

Notandum secundum commentatorem commēto. 75. ꝙ (solus motus circularis est possibile vt sit etern⁹ ceteri autem motus neqꝫ motus cuius cessatio est moti corruptio: neqꝫ alij modorum motuum apud quorum cessationes non corrūpitur motum possunt esse eterni.) duas distinctiones intendit hic commentator quarum prima est ista. motuum quidam est eternus vt motus circularis: ⁊ quidam non eternus vt quilibet alius motus a motu circulari. Secunda distinctio motuum non eternorum quidaꝫ sunt quorū cessatio ē corruptio moti: vt gn̄atio ⁊ corruptio: ⁊ q̄dā sūt q̄ꝝ cessatio nō ē corruptio moti: vt motus ad quantitatem ⁊ ad qualitatem ⁊ ad vbi: in motu locali recto ⁊ mixto ex recto ⁊ circulari: in hꝭ motibus manet idem a principio vsqꝫ ad finem: propterea cessatio istorum motuum non est corruptio moti: in generatione autem ⁊ corruptione non manet idem sub vtroqꝫ termino: ideo cessatio talium est corruptio moti illius: scilicet ꝙ non manet in termino ad quez. (Rationabiliter autem) Ista est secūda Tex. co. 76.
pars huius capituli in qua philosophus probat motum circularem esse primum motuum simpliciter comparando motum motui: ⁊ hoc per rationes dialeticas ⁊ communes postquam probauit absolute idem per rationes proprias ⁊ naturales: comparat igitur philosophus motum circularem alijs motibus ponens tres prius diuisim probatas conclusiones quarum prima est ista motus circularis potest esse semper continuus: ⁊ non motus rectus. secunda conclusio motus circularis est primus motuum ⁊ non motus rectus. ibi (accidit autem) tertia conclusio. motus circularis est primus motuum ⁊ non motus ad formam ibi (quod autem secundum locum.)

Prima conclusio arguitur sic motus rectus necessario habet duas quietes ⁊ motus circularis non necessario habet aliquam quietem: igitur motus circularis potest esse semper continuus ⁊ non motus rectus. patet consequentia ⁊ antecedens declarat quoniam linea recta super quam fit motus rectus habꝫ determinatum principium determinatum finem ⁊ determinatum medium: ⁊ omnia ista habēt determinate in seipsa: ideo habet terminos in quibus mobile ꝙ mouetur necessario quiescit. videlicet in principio ⁊ in fine linea autem circularis non habet determinatum principium neqꝫ determinatum medium neqꝫ determinatū finem: quia non est ratio propter quam vnum signuꝫ punctale in linea circulari est principium ⁊ nō finis vł medium: aut econtra: ideo quodlibet tale signum est principium finis ⁊ medium propterea non oportet ꝙ mobile quiescat super aliquod illorum signorum. linea circularis etiam nō habet hec omnia in seipsa quoniam habet aliquid extra se quod est medium princi-

pium ⁊ finis. videlicet centrum est enim medium circuli circa quod fit motus ⁊ est principium ⁊ finis omnium linearum que protrahuntur a centro ad circumferentiam ⁊ econtra: inquantum enim protrahitur linea a centro ad circumferentiam sic est principium: inquantum vero protrahitur a circumferentia ad centruz sic est finis. Quia igitur motus rectus habet: vbi determinate incipit ⁊ vbi determinante desinit: motus circularis autem nõ habet vbi determinate incipit: neqȝ vbi determinate desinit: ex quo non habet in se actu principium neque finem sed tantuz potentia. idõ non mirum si motus circularis est continuus ⁊ perpetuꝰ non autem motus rectus. Lege literam. (Rationabiliter autem accidit) id est per rationes logicas contingit motum (circularem vnum esse continuum ⁊ non) eum motuz qui est (in rectum eius enim qui in recto determinatum est principium ⁊ finis ⁊ medium ⁊ omnia habet in seipso quare ẽ vnde incipiet ꝙ mouetur ⁊ vbi finiet: apud terminos eniȝ quiescet omne) tale mobile (aut vnde) incepit motus (aut vbi) finiet motꝰ (circularis autem) motus termini (indeterminati sunt: quid enim magis quodcunqȝ) signũ est (terminus eorum que sunt in linea: idest, propter quam causam aliquod signum eorum que sunt in linea circulari est magis terminus quam principium vel medium (similiter enim vnumquodqȝ) illoruȝ signorum (principium ⁊ medium est ⁊ finis) ita (vt et semper) puncta circuli (signa quedaȝ sint in principio ⁊ fine) in potentia (⁊ nunq̃) in actu.

Ex probatione istius

conclusionis philosophus infert quod sphera mundi q̃dãmõ mouetur ⁊ quodammodo quiescit semper mouetur quidem semper: quia continue fertur circa centrum: quiescit autem semper: quia semper est in eodem loco: causa autem istorum est: quia centro cõuenit esse principium finem ⁊ medium in actu: est enim centrum principium inquantum ꝓtractio linearum incipit ab illo ⁊ est finis inquantum terminatur ad illud ⁊ ẽ medium inquantum omnes linee protracte sunt equales vt est in actu quodlibet istorum inquantum est extra circulum ⁊ non continuat partes alicuius linee inuiceȝ dicitur igitur sphera mundi semper quiescere ratione cẽtri quia semper equaliter distat a centro. dicitur autem semper moueri: quia nunq̃ incipit motus eius ex quo nunquam recedit a suo principio actuali: neqȝ desinit motus eius cum nunquam accedat ad suum finem actualem: sed semper vertitur circa medium actuale eius. vnde quia centrum est extra circulum quod quidem dicitur medium principiuȝ ⁊ finis in actu non habetur vbi fiant motus ⁊ quiescat mobile omnino a motu: quia igitur celum continue equaliter distat a centro cõtinue dicitur quiescere: ⁊ quia secundum quelibet punctum eius continue describit aliam ⁊ aliam lineam a circumferentia ad centrum secundum hoc dicitur moueri. Lege literam. (Unde mouetur ⁊ quiescit quodammodo sphera) mũdi (eundem enim optinet locuȝ) cõtinue: ideo continue quiescit (causa autem est) istorum (q: omnia hec accidunt centro: principium eniȝ ⁊ medium magnitudinis ⁊ finis quare propter illud quod extra circulationem est) centrum quod dicitur finis ⁊ principium (non est vbi quod fertur quiescit aut q̃ peruenit) tanquam in terminum actualem (semper enĩ fertur circa medium: sed non ad vltimum) in actu (propter hec autem manet ⁊ semper quiescit quodammodo totum ⁊ mouetur continue.)

Notandum primo se-

cundam commentatorem commento septuagesimo sexto ꝙ (iste cause quas dedit hic) Aristoteles (quodammodo sunt naturales ⁊ quodammodo mathematice accidit enim causis mathematicis: scilicet propinquis in mathematicis vt sint cause prime plurium rerum naturalium: sicut accidit scientiis subalternantibus cum subalternatis sicut arismetica ⁊ musica ⁊ geometria ⁊ aspectiua: quoniam cum diuersitas duorum extremorum longitudinis recte est prima causa in hoc ꝙ contrarietas existit in locis necesse est vt illõ sit prima causa in esse primos motus cõtrarios: quia est in locis cõtrariis: ⁊ quia finitas dimẽsionis recte est prima causa in esse motus rectos ⁊ est finita necesse est vt motus recti sint finiti: ⁊ quia in circulari nõ est extremitas in actu: neqȝ vniuersaliter punctus in actu: neqȝ est vt in eo non sunt loca contraria: neqȝ dimensiones finite ⁊ cum ita sit necesse est vt motus eius sit vnus ⁊ continuus ⁊ perpetuus: cum motum super ipsum non mouet ad loca contraria ⁊ estimatur ꝙ ista causa q̃ dedit aristoteles hic non solum dat ꝙ possibile sit motum circularem esse perpetuum immo ꝙ sit necessariuȝ: hec cõmentator.

Prima propositio cõmenti ẽ ista.

rationes probantes motum circularem esse perpetuuȝ ⁊ nõ motum rectum sunt quodammodo naturales ⁊ quodammodo mathematice. patet quia supra probatur motum circularem posse esse perpetuuȝ: quia non habet ꝯrium ⁊ motum rectuȝ non posse esse perpetuũ: quia habȝ ꝯrium: hic aũt arguit motũ rectũ nõ posse eẽ perpetuum: quia fit super lineam rectam habentem puncta extrema in actu: ⁊ motum circularem posse esse perpetuum: quia fit super lineam circularem non habentem puncta extrema in actu: constat autem quod motuȝ cõtrariari motui ⁊ motum non contrariari motui sũt cause naturales: puncta autem ⁊ linee sũt cause mathematice: cum sint principia geometrie propinqua: remota autem principia sunt omne totum est maius sua parte: ⁊ si ab equalibus equalia demas.

Ex predictis sequitur

quod ratio hic facta est quodammodo logica quodammodo naturalis quodammodo mathematica ⁊ quodam metaphisica est enim logica inquantum procedit per extranea ⁊ exprimit medium principium ⁊ finem que sunt termini logici. est autem naturalis inquãtum facit mentionem de motu recto ⁊ circulari qui sunt de consideratiõe phisici est matematica: quia loquitur de punctis ⁊ lineis tam rectis q̃ circularibus ⁊ est metaphisica quia exprimit actum ⁊ potentiam determinatum ⁊ indeterminatum que pertinent ad considerationem metaphisici.

Secunda propositio sciẽ-

tia naturalis quodammodo subalternatur mathematicis: probatur perspectiua subalternatur geometrie: quia principia geometrie sunt cause eorum que considerantur in perspectiua ⁊ musica subalternatur arismetrice: quia principia arismetrice sunt cause eorum que

considerantur in musica: sed principia mathematica sunt cause quorundam naturalium igitur ⁊c. patet cõsequentia cum maiori: ⁊ minor declaratur: nam pũcta ⁊ linee sunt principia mathematica propinqua ⁊ non remota vt dictum est ⁊ quod ista sint cause quorundã naturalium probatur nam motus rectus ⁊ circularis ⁊ contrarietas motuum ac locorum sunt passiones naturales. constat autem ꝙ linea recta est causa motus recti ⁊ linea circularis est causa motus circularis ⁊ puncta extrema linee recte sunt cause contrarietatis locorũ ⁊ quia motus locales sunt contrarĳ ex cõtrarietate locorum puncta ideo extrema linee recte sunt cause motuum contrariorum ⁊ maxime primorum motuum cõtrariorum: quia contrarietas illorum habet attẽdi penes contrarietatem locorum.

Tertia propositio principia ⁊ passiones mathematice sunt cause propter quas cõtingit motum circularem esse perpetuum ⁊ non motum rectum: patet nam puncta ⁊ linee sunt principia mathematice: longitudo autem ⁊ finitas sunt passiones mathematice constat autem ꝙ linea recta ⁊ circularis sunt cause motus recti ⁊ circularis: puncta autem extrema linee recte sunt cause motuum contrariorum: finitas vero longitudinis est causa quietis: sed motus habens contrarium: aut incipiens a quiete vel terminans in qetem non potest esse perpetuus: igitur motus rectus cuius cause sunt principia mathematica ⁊ passiones mathematice non potest esse continuus ⁊ perpetuus motus autem circularis potest esse perpetuus ⁊ continuus ex quo linea circularis non habet puncta in actu facientia contrarietatem: neqꝫ habet finitatem longitudinis in actu facientem qetez in fine motus.

Quarta propositio ratio arist. non solum ꝓbat possibilem eternitatem motus circularis: sed etiam necessitatem: patet quoniam linea super quam fit motus circularis non habet principium neqꝫ finez in actu vt ꝓbatum est: quia nullus punctus linee circularis est dignior vt sit principium quam medium vel finis: nec econtra: tempus etiam talis motus non habet principium nec finem in actu vt probatum fuit superius: motor etiam non habet principium: nec finem in actu cum non sit generabilis nec corruptibilis non transmutabilis per se vel per accidens vt etiã demonstratum fuit: non etiam sit fatigabilis: nec virtus organica vt ostẽdet: igitur talis motor necessario mouet mobile circulare motu circulari continuo ⁊ perpetuo: patet consequentia: quia agens applicatum passo necessario agit ita ꝙ si applicatur per tempus finitũ necessario agit per tempus finitum ⁊ si per tempus infinitum necessario agit per tempus infinitum.

Secundo notandum ſm commentatorez eodem commento: quod quia sphera mouetur circa gibbositatem centri: ⁊ in cõuexo non est punctus in actu: necesse ẽ quod sphera sit in eodem loco numero: ⁊ in pluribus locis secundum formam: vt declaratuz est in sexto: quia non mutat locum alium numero secundũ subiectum ⁊ materiã ⁊ est mota: quia mutat loca diuersa ſm formam: non quia sphera sicut estimatur mouetur secundũ partes ⁊ quiescit secundum totum. ponere enim corpus motum secundum partes ⁊ quiescere secundum totum est impossibile: immo tota sphera ⁊ omnes partes mouentur secundũ totum mouetur in locis diuersis secunduz formam tantum: ⁊ partes in locis diuersis secundum formam ⁊ subiectuz. hec cõmentator. ¶ Prima propositio cõmenti est hec. celum continue manet in eodẽ loco secundum materiam ⁊ est in diuersis locis secundum formam: prima pars patet quia celum semp manet in eodem situ ⁊ continue equaliter distat a centro: quia non accedit ad centrum: neqꝫ recedit a centro: sed continue equaliter mouetur circa centrum. secunda vero pars est declarata sexto huius. vbi est ostẽsum centrum mundi esse locum materialẽ celi in quo sunt infinita loca formalia. videlicet centrum mundi: vt incipit ab. a. centrum mundi vt incipit a. b. centrum mundi vt incipit a. c. ⁊ sic in infinitum: sed celum aliquando respicit centrum vt incipit ab. a. ⁊ aliquando vt incipit. a. b. ⁊ sic in infinitum: igitur celum est successiue in infinitis locis secundũ formã. ¶ Secunda propositio totum celum mouetur ⁊ totum celum quiescit: patet quia totũ mouetur secundum formam ⁊ totũ quiescit secundum materiam: ideo male dicunt aliqui concedentes celum moueri secundum partes ⁊ non secundum totum cum illud sit impossibile ex quo celum componitur ex suis partibus verum est tamen quod celum aliter mouetur ⁊ aliter partes nam celum mouetur secundum formaz ⁊ non secundum materiã partes autem mouẽtur vtroqꝫ modo mouentur quidem secundum formam: quia describunt eosdem circulos centrales quos dscribit celum mouentur etiam secundũ materiam: quia variant situs suos cum illa pars que est in oriente aliquando erit in occidente ⁊ illa que est in meridie aliquãdo erit in septentrione. variant etiam partes centrales quoniam medietas celi que nunc ambit vnam medietatem centri aliquando ambibit aliam medietatem.

Tertio notandum secundum cõmentatorez eodem commento qḋ Aristoteles. (potest intelligere per centrum mathematicum): scilicet punctum: ⁊ intelligere potest centrum naturale ⁊ ẽ corpus circulare: sphera enim diuiditur naturaliter in duas partes in centrum ⁊ circumferentiaz. Intendit cõmentator istam distinctionem quod duplex est centruz .s. naturale ⁊ mathematicum centrum naturale est corpus sphericum contentum infra orbem: sicut est iam totum elementum terre centrum celi. centrum mathematicum est punctus indiuisibilis equaliter distans a circũferentia circuli ⁊ est differentia inter orbem ⁊ spheram quia orbis non dicit nisi corpus circulare terminatum superficie concaua ⁊ conuexa sphera autem dicit duas partes. videlicet centrum ⁊ circumferentiam: ita ꝙ centrum naturale est pars sphere non autem est pars orbis potest igitur Aristote. intelligere per centruz idifferẽter vtrunqꝫ istorum si per centrum intendit centrũ naturale sic totum celum mouetur secundum formam describendo continue alium ⁊ alium circulum circa centrum mundi: si per centrum intendit centrum mathematicum sic verum potest concedi totum celum moueri secundum formam: quia sicut continue describit aliam ⁊ aliam lineam rectam a circumferentia ad centrum: ita continue alium ⁊ alium circulum circa centrum mundi. (Accidit autem). ¶ Secunda cõclus. o Tex. cõ. 76.

motus circularis est primus motuū ⁊ non motus rectus: istam conclusionē philosophus dupliciter probat: ⁊ primo per locū a cōuertibilitate sic arguendo: motus circularis est mensura omniū motuum: ⁊ non motus rectus: igitur motus circularis ⁊ nō rectus est primus motuū. patet consequentia ab vno conuertibili ad reliquū: quoniam primū ⁊ mensura inuicem conuertuntur cū omne quod est primū in aliquo genere sit mensura omniū que sunt illius generis: ⁊ omne quod est mensura omniū alicuius generis sit primum in illo genere vt habet videri quarto metaphysice. Si igitur motus circularis est primus: oportet ꝙ sit mensura: ⁊ si est mensura oportet ꝙ sit primus. Lege litteram. (Accidit autem conuertiꝫ.) .i. per rationem conuertibilem motū circularē esse primum ⁊ nanq̄: quoniam mensura motuū est circulatio: primā necesse est ipsam esse: omnia enī mensurantur primo sui generis: ideo motus circularis q2 est mensura aliorum est primus: ⁊ quia primus mensura aliorum est. ¶ Secundo sic: motus circularis est regularis ⁊ vniformis: non autem motus rectus: igitur ⁊c. probatur antecedens: nam omnis motus rectus aut est naturalis aut violentus: si naturalis velocior est in fine q̄ in principio: quoniam recedit a quiete violenta: ideo quanto ē remotior quieti violente ⁊ propinquior quieti naturali tanto velocius mouetur. Si autē est motus violentus ille est velocior in principio quā in fine cum continue debilitetur motus ex quo recedit a quiete naturali ⁊ vadit ad quietem violentā. Motus autē circularis est vniformis ⁊ regularis: quoniā non habet actu in seipso principium nec finem: non etiam magnitudo super quā fit habet actu in se principium vel finē: sed extra se: videlicet ipsū centrū ꝙ dicitur mediū principium ⁊ finis in actu: quia igitur motū circulariter non recedit a principio actuali. neq̄ accedit ad principium actuale: ideo cōtinue vniformiter ⁊ equevelociter mouetur ⁊ non velocius in principio q̄ in fine: neq̄ econuerso. Lege literam. (Amplius autē ⁊ regularē contingit circularem esse solum: que enī mouentur in recto a principio irregulariter feruntur: ⁊ ad finē omnia que naturaliter mouentur motu recto: quanto distant quidem plus a quiescente feruntur velocius: circularis autem solius neq̄ finis neq̄ principium actu in ipso aptum natum est: sed extra.

Contra predicta arguit: ⁊ primo quod motus rectus est prior motu circulari: q2 linea recta ē prior linea circulari: ꝙ declarat: nam rectitudo ⁊ curuitas sunt passiones linee per Ari. primo posterio. ⁊ rectitudo se habet per modū habitus: curuitas autē per modū priuationis: igitur prius inest rectitudo linee q̄ curuitas: ⁊ per consequens linea recta prior est linea curua: sed linea circularis est curua: igitur prior est linea recta q̄ linea circularis. ¶ Secundo arguitur ꝙ motus circularis non est mēsura motus recti: quia mensura ⁊ mensuratum debent esse vnigena per Aristotelem decimo metaphysice: sed motus rectus ⁊ circularis non sunt vnigeni: neq̄ eiusdem rationis: vt est ostensū septimo huius: igitur ⁊c. ¶ Tertio arguitur ꝙ motus rectus est mensura motus circularis: q2 experimur p̄ motū horologiī vitrei nos mensurare motū celi diurnū ⁊ horalē. ¶ Quarto arguitur ꝙ motus rectus naturalis non debet esse velocior in fine q̄ in principio: quoniam velocitas in motu habet attendi penes proportionem potentie motiue ad suam resistentiam vt patuit septimo huius: sed in eodem medio vniformi continue manet eadem proportio potentie motiue ad suam resistentiam sicut eadē grauitas aut leuitas mobilis ⁊ eadem raritas vel densitas medii: igitur ⁊c.

Ad primū dicitur quod si cum nō sequitur: quātitas est prior qualitate: igitur prior est augmentatio alteratione: ita non sequitur: linea recta prior est linea circulari: igitur motus prior est motu circulari: potest tamen negari antecedens dicendo ꝙ linea circularis est prior linea recta: ⁊ tunc ad argumentum de curuitate ⁊ rectitudine dicitur ꝙ si curuitas sumitur priuatiue sic est posterior rectitudine: si autem sumitur positiue: sic est prior: quoniam conceditur curuitatem celi precedere omnem rectitudinem. ¶ Ad secundum dicitur ꝙ non intendit philosophus omnem mensurā ⁊ oē suū mensuratum esse vnigena: sed primam mensuram ⁊ suum primum mensuratum esse vnigena: modo licet mensuretur motus rectus a motu circulari: nō tamen motus rectus est primum mensuratum: sed primum mensuratum motus circularis est motus circularis cum totum prius mensuretur a parte sua q̄ aliquid aliud extrinsecum sibi: sed de hoc fuit expressius dictum quarto huius. ¶ Ad tertiū conceditur quod simpliciter motus circularis est mensura motus recti: sed secundum quid motus rectus potest esse mensura motus circularis: vnde quo ad naturam motus circularis semper est mensura motus recti: sed quo ad nos contingit aliquando motum rectum mensurare motum circularem vt argumentum probat. ¶ Ad quartum dicitur quod in motu naturali recto non seruatur continue eadem proportiō potentie motiue ad suam resistentiam: dicitur enim communiter ꝙ graue in descendendo continue acquirit maiorem ⁊ maiorem impetum qui est quedam grauitas accidentalis coniuncta grauitati essentiali: ⁊ ex hoc continue maioratur potentia supra suam resistentiam: ideo continue maioratur velocitas in motu. ¶ Sed alias ostensum est istud non esse verum: quoniam graue antequam moueatur non habet illum impetum: sed acquirit eū per motum: ideo talis impetus non est causa motus deorsum velocioris: sed magis econtra: supposito quod talis impetus acquiratur. Ideo respondetur negando talem impetum ⁊ concedendo motum grauis deorsū in medio vniformi esse continue velociorē: non ratione alicuius grauitatis accidentalis acquisite: sed ratione iuuamenti extrinseci: aer enim cum sit cum grauibus grauis: ⁊ cum leuibus leuis ne fiat vacuum continue mouetur post graue: ⁊ quoniam continue plus ⁊ plus de aere mouet graue deorsum: ⁊ semper manet precise tanta resistentia vel minor: ideo continue velocius mouetur graue deorsum: ⁊ si arguitur ex isto quod motus violentus etiam continue debet esse velocior: quia in motu lapidis sursum continue plus ⁊ plus de aere insequitur ipsum: dicendum quod non est tantum iuuamentum aeris quanta est deperditio virtutis motiue lapidis sursum: quia igitur semper manet eadem resistentia ⁊ potentia motiua continue est minor: propterea ꝯtinue remittit mot⁹. (Q. ō āt ꝫ locū). Tertia ꝯclusio. mot⁹ circularis ⁊ nō mot⁹ ad formā ē prim⁹ motuū Tex. cō. 77.

¶ Ista conclusio arguitur sic: motus localis est primus motuum: ⁊ non motus ad formam: sed motus circularis omni alio motu locali est prior: igitur ⁊c. tenet consequentia cum minori ex prima parte huius capituli: maior vero est probata ratione tractatu tertio: quo non obstante: adhuc illa suadetur testimonio omnium antiquorum ⁊ modernorum qui de motu memoriam fecerunt: omnes enim suis principijs motiuis primo tradunt hunc motum: quorum prima opinio fuit Empedo. dicentis litem ⁊ amicitiam seu concordiam ⁊ discordiam esse principia rerum: hec quidem principia dixit Empedo. producere mundum ⁊ partes mundi per motum localem: videlicet per congregationem ⁊ disgregationem: voluit enim concordiam congregare ⁊ discordiam segregare sic: quod per segregationem elementorum generabatur mundus: ⁊ per congregationem eorundem generabantur partes mundi: videlicet homo ⁊ equus ⁊ huiusmodi: constat autem tam congregationem quam segregationem elementorum esse motum localem. Lege litteram. (Quod autem secundum locum mutatio primus motuum est: testantur omnes quicunque de motu fecerunt memoriam: principia enim tradunt ipsius motus in communi mouentibus secundum hunc motum: disgregatio autem ⁊ congregatio secundum locum sunt motus: sic enim mouent concordia ⁊ discordia: hoc quidem enim disgregat: scilicet discordia: aliud autem congregat: videlicet concordia.

Secunda opinio fuit Anaxago. ponentis intellectum esse principium effectiuum rerum cui primo attribuit motum localem dicens intellectum fecisse mundum ⁊ partes mundi per disgregationem partium etherogenearum ⁊ congregationem partium homogenearum ex illo chaos confuso quod ipse asseruit fuisse per tempus infinitum ante generationem mundi: sed vt dictum est nullus dubitat congregationem ⁊ disgregationem rerum esse motus locales. Lege litteram. (Et intellectum ait Anaxa. disgregare mouentem prius). i. prius esse mouentem per disgregationem.

Tertia fuit opinio democriti ⁊ Leucipi dicentium nullam esse causam motiuam sine vacuo: omnia enim dixerunt moueri naturaliter propter vacuum in quo dicto includebant motum localem: quoniam secundum eos idem erat locus ⁊ vacuum neque differebant nisi ratione moueri: igitur propter vacuum erat moueri ad locum vel in loco: sed omnis motus in loco vel ad locum est motus localis: igitur motum localem voluerunt esse primum motum. Et hoc potest ostendi ex doctrina sue positionis: dixerunt enim athomos indiuisibiles differentes figura ordine ⁊ potentia esse principia rerum quibus nullum motum attribuebant preter localem asserentes talia corpora athomalia nunquam quiescere: sed semper moueri eo modo quo apparent continue moueri parua corpuscula in radijs solaribus hostio aperto aut fenestra: corpora autem generabilia ⁊ corruptibilia dixerunt generari ⁊ corrumpi augeri minui ⁊ alterari congregatis vel disgregatis athomis. Ecce quod isti ponunt expresse motum localem precedere omnem alium motum cum congregatio ⁊ disgregatio motusque paruorum corporum in radijs solaribus non sint nisi motus locales. Lege litteram. (Similiter autem ⁊ quicunque: huius quidem). scilicet motus. (Neque vnam causam dicunt: propter vacuum autem moueri dicunt ⁊ namque hi secundum locum motum: natura). idest naturaliter dicunt. (Motus enim propter vacuum loci mutatio est: aut sicut in loco: aut sicut ad locum. aliorum autem motuum neque vnum inesse primis principijs sed hos que sunt ex hijs primis principijs opinantur inesse alijs motus: augmentari enim ⁊ corrumpi ⁊ alterari congregatis ⁊ disgregatis athomis corporibus dicunt.

Quarta opinio fuit Diogenis ⁊ aliorum naturaliter loquentium ponentium tantum vnum principium rerum: scilicet causam materialem vt aquam aerem vel ignem aut aliquid medium inter illa: ⁊ ex illo dixerunt generationem ⁊ corruptionem fieri per condensationem ⁊ rarefactionem: condensatio autem ⁊ rarefactio sunt motus locales vel non sunt sine motu locali: cum in rarefactione partes continue elongentur: in condensatione autem appropinquent: ⁊ constat quod elongatio ⁊ appropinquatio sunt motus locales. Lege litteram. (Eodem autem modo quicunque propter densitatem aut raritatem instruunt generationem ⁊ corruptionem.

Quinta fuit opinio Platonis dicentis animam esse primam causam motus: posuit enim animam mouere seipsam ⁊ esse principium omnium que mouentur: mouere autem ipsum seipsum conuenit animali ⁊ omni animato secundum eum: constat autem istum esse motum localem cum non videatur animal primo mouere seipsum nisi motu locali neque animal secundum quod huius moueat se alio motu quam motu locali. Lege litteram. (Amplius autem preter hos nominatos animam causam facientes: motus etiam dicunt motum localem esse primum ipsum: seipsum enim mouens principium esse dicunt eorum que mouentur: mouebit autem animal ⁊ omne animatum secundum eum qui est secundum locum anto kinisin). i. qui est secundum transmutationem localem.

Sexta opinio est communiter omnium loquentium cum secundum communem modum loquendi nihil dicamus simpliciter moueri nisi quod mouetur localiter. Si enim aliquid quiescat in loco ⁊ alteretur augeatur vel diminuatur: non propter hoc dicimus simpliciter ipsum moueri sed absolute dicimus ipsum quiescere: ⁊ vbi concedamus illud moueri: hoc erit cum determinatione dicentes illud moueri secundum alterationem augmentationem vel diminutionem. Si ergo motum localiter dicimus absolute moueri ⁊ simpliciter absque determinatione. Motum vero ad formam dicimus moueri secundum quid ⁊ cum determinatione: sequitur quod motum localem intendimus esse primum motum. Lege litteram. (Et proprie autem): secundum communem modum loquendi. (Moueri dicimus solum quod mouetur) secundum locum motum. (Si autem quiescat quidem localiter ⁊ in seipso augmentatur aut detrimentum patiatur: aut alteratur contingit quodammodo moueri: simpliciter autem moueri non dicimus.

Notandum secundum Commentatorem commento septuagesimo septimo: quod ex hoc nomine simpliciter motus non intelligitur nisi localis cum hoc nomen motus dicatur de locali ⁊ de alijs secundum prius ⁊ posterius ⁊ id de quo dicitur prius est causa eius quod dicitur posterius: ideo nomen motus de solo eo quod

mouetur localiter dicitur simpliciter: de alijs autem cum determinatione: sicut hoc nomen ens dicitur de substantia ⁊ de alijs predicamentis: sed de substantia simpliciter: ⁊ de alijs predicamentis cuz determinatione: vnde substantia est prior omnibus predicamentis. ¶ Non intendit Commentator quod iste sint vere: substantia est ens: motus localis est motus: ⁊ iste sint false: accidens est ens: alteratio vel augmentatio est motus cum omne diuisum absolute verificetur de quolibet suorum diuidentium: sed intendit quod illud nomen ens simpliciter non dicitur nisi de substantia ⁊ illud nomen moueri simpliciter non dicitur nisi de motu locali: sed ens secundum quid dicitur de accidente: ⁊ moueri secundum quid dicitur de motu ad formam: quoniam sicut ens dicitur per prius de substantia ⁊ de alijs predicamentis per posterius ex eo: quia substantia est causa aliorum predicamentorum: ita motus dicitur prius de motu locali ⁊ de alijs motibus per posterius propter causalitatem quam habet motus localis ad alios motus. ¶ Item sicut cum dicitur: hoc est ens: ex communi modo loquendi non intelligimus nisi substantiaz: neq intelligimus accidēs nisi cum determinatione dicendo: hoc est ens inherens: ita ex communi modo loquendi cuz dicimus: hoc mouetur: intelligimus de motu locali ⁊ non de alio motu: cum autez addimus determinationez intelligimus de alijs motibus: vt hoc mouetur secundum alterationem: hoc mouetur secundum augmentum. ¶ Ultimo philosophus epilogat circa determinationem trium precedentium tractatuum dicentium. (Quod quidem igitur semper motus erat ⁊ erit omni tempore ⁊ quod principium perpetui motus: adhuc autem quis motus primus: ⁊ quez motum perpetuum contingit esse solum ⁊ primum mouens quod immobile sit dictum est), videlicet in tribus tractatibus precedentibus: in quorum primo ostensum est motuz esse eternum tam a parte ante quam a parte post ac etiam tempus. In secundo vero manifestata est immobilitas primi motoris tam per se quam per accidens. In tertio autem declarata est eternitas primi motus ex eternitate primi motoris ⁊ primi mobilis: ac etiā ex primitate motus localis.

Tex. co. 58.



Quod autē h). Istud est secūdum capitulum huius tractatus octaui physicoruz: in quo Aristoteles ex ppetuitate primi mot° demōstrat infinitatem ⁊ potentiaz primi motoris: nō quidem infinitatez potentie itensiue aut in vigore: quia talem potentiam non credidit philosophus posse inesse alicui motori: sed tantum extensiue in duratione ponens tres conclusiones: quarum prima est ista: impossibile est mouens finituz mouere per tempus infinitū. Secunda conclusio. impossibile est in magnitudine finita esse potentiam infinitam ibi. (Quod autem omnino). Tertia conclusio. impossibile est in magnitudine infinita esse potentiam solum finitam ibi. (Non igitur neq). Pro demonstratione prime conclusionis ⁊ sequentium Aristoteles premittit hanc suppositionem: videlicet quod ad omnem motum requiruntur tria: scilicet mouens mobile ⁊ tēpus que sic inuicem sunt coniuncta quod necessario: aut omnia tria sunt finita aut omnia tria sunt infinita: aut illorum trium vnum est finitum reliquis existentibus infinitis: aut duo sunt finita ⁊ tertiuz infinituz: hec suppositio est ita manifesta quod non indiget vlteriori declaratione. Lege litteram. (Quod autem hoc) scilicet primum mouens necesse est impartibile esse ⁊ nullam habere magnitudinez: nec dicamus opponentes primum de prioribus ipso: scilicet de infinitate ⁊ potentia eiusdem. (Horum autem quod volumus demonstrare). Unum quidem est quod impossibile est nullum finitum mouere secundum infinitum tempus tria enim sunt requisita ad motuz quod mouetur mouens in quo tertiuz tempus: hec autē sunt finita omnia aut infinita sunt oīa: aut quedam vt duo: aut vnū sunt finita vel infinita.

Notandum secunduz

Commentatorem commento septuagesimo octauo: quod Aristoteles ī hoc capitulo vult declarare quod hic motor primus non est in materia: sed subsistens per se: dicit autem nunc volumus declarare hunc motorem esse immobilem: neq per se: neq per accidens: neq esse potentiam in corpore: in predictis enim probatum est ipsum non esse corpus neq mobile per accidens: sed hec probatio est magis propria: in qua probatur ipsum esse extra materiam.

Intentio ergo

Aristotelis est probare primuz motorem per se existere: ⁊ omnino esse extra materiam: ex qua probatione habebitur quod primus motor est omnino immobilis tam per se quam per accidens: ⁊ licet hoc probatum sit in secundo tractatu: adhuc potest probari per rationem magis propriam: probando enim primum motorem non esse corpus neq virtutem in corpore: non etiam esse potentiam in materia sed extra materiam: habebitur demonstratiue primuz motorem nullo modo esse mobilem: quod enim mouetur per se est corpus: ⁊ quod mouetur per accidens est virtus in corpore. ¶ Et si arguitur contra hoc ex eo: quia secundo capitulo philosophus probabit primum motorem esse in circumferentia ⁊ non in centro: igitur non intendit philosophus probare primum motorem omnino esse extra magnitudinem ⁊ mām.

Respondetur

q primus motor ē ī magnitudie ⁊ materia per presentiaz ⁊ indistantiam: ⁊ est extra materiam ⁊ magnitudinem per inherentiam ⁊ informationem cum non inhereat materie neq informet illam: non etiam subīatur magnitudini neq presupponit eam: cum tam materia quam magnitudo dependeat a primo motore in genere cause efficientis: vt probatum est tractatu primo. (Sit igitur. a.). ¶ Ista suppositione premissa arguitur conclusio: quoniam si conclusio non est vera: stet igitur oppositum quod mouens finitum moueat mobile finituz per tempus infinitum: ⁊ sit. a. mouens ⁊. b. mobile ⁊. c. tempus infinitum. d. vero pars. a. mouens. e. partem. b. mobilis in. z. tempore: ⁊ patet quod. z. tempus ē finituz cuz sit pars. c. ⁊ minus illo: non enim in tanto tempore mouet. d. sicut. a. Tunc arguitur sic. d. mouet. e. in. z. tempore finito: igi- Tex. co. 59.

per resecationem equalium ab.a.⁊.b.ad ipsuz.d.⁊.e. consumentur.a.b.sed facta consumptione.d.mouet.e. in tempore finito:igitur ⁊ in principio.a.mouebat.b. in tempore finito: patet consequentia: quia continue seruatur eadem proportio motoruz ad mobilia: alioquin duo essent motores habentes eandem proportionem ad sua mota:quorum vnus moueret tempore finito ⁊ alter tempore infinito:quod est impossibile:quoniam qualis est proportio motorum ad mobilia:talis debet esse proportio temporis ad tempus: vt ostensum est septimo huius. Lege litteram.(Sit igitur.a.mouens quod.a.mouetur.b. tempus infinitum in quo.c.d.igitur moueat aliquam partem ipsius .b. que est in quo.e.secundum aliquam partem ipsius.c. que est in quo.z.). Non igitur pars.b.mobilis mouebitur in tempore equali ipsi.c.(In pluri enim tempore)mouetur mobile maius.(Quare non est infinituz tempus quod est ipsius.z.sit itaq; ipsi .d. apponens). equale per resecationem auferam ipsum.a.(ipsi autem .e.).apponens etiam equale per resecationem ipsi.b. auferam ipsum.b.(Tempus autem non auferam semper remouens equale).in infinitum enim est. (Quare omne.a.)idest totum.a.totum.b.(mouebit in infinito tempore).idest in tempore finito ipsi.c.(Non ergo possibile est a finito).idest a potentia finita. (moueri nihil secundũ ĩfinitũ motũ:quod quidẽ igitur non contingit finitum mouens in finito tẽpore mouere manifestum est ex hac demonstratione).

Notandum primo secundum Commentatorem commento septuagesimo octauo: quod ratio Aristotelis potest sic formari: proportio .z.temporis ad.c.tempus est composita ex proportione.d.ad.a.⁊ ex proportione.e.ad .b. quia tempus vtriusq; motus sequitur proportionem motoris ad mobile quod in illo tempore mouetur:sed proportio .d.ad a.e[st] finita:quia .d. cõsumit.a.⁊ proportio.e.ad .b.est finita:quia.e.consumit.b. sed omnis proportio composita ex duabus proportionibus finitis est finita:igitur proportio.z.temporis ad.c.tempus est finita: ⁊ per consequens.c.tempus non est infinitum: cuius oppositum ponitur in casu:⁊ patet consequentia quia .z.tempus consumit.c.tempus si proportio est finita. ¶ Ista ergo tria:videlicet mouens mobile ⁊ tempus: consimiliter se habent quantum ad finitatem ⁊ infinitatem:ita quod si vnum istorum trium sit finitum: omnia illa tria sint finita:⁊ si vnum sit infinitum: omnia sint infinita. ¶ Dicit enim Commentator commento allegato quod corpus finitum moueat corpus infinitum patet per seipsum esse impossibile:potentia eniz motoris necesse est superare potentiam mobilis inquantum est huius. ¶ Ex ista conclusione inquit Egidius:vult philosophus habere quod primus motor est potentie infinite:ex quo mouet mobile finitum per tempus infinitum:nullus eniz posset portare infinitos lapides equales successiue sigillatiz ⁊ diuisim p[er] aliq[uod] vnum spatium nisi apponeret infinitum tempus: ⁊ esset potentie infinite:sed non minoris potentie est portare vnum successiue per idem spatium quam plures: igitur portare eundem lapidem successiue per tempus infinitum arguit potentiam infinitam:sed primus motor infinities circa eandem terram vertit celum: ⁊ hoc in tempore infinito :igitur primus motor est infinite potentie.

Secundo notandum secundum Commentatorem eodem commento quod Auicenna ⁊ Moderni philosophantes contenti tantum libris Auicenne in sua philosophia obijciunt contra Aristotelem probantes demonstrationem nullaz esse:sed procedere ex suppositione falsa: cum primus motor ⁊ primum mobile:scilicet celum ratione cuius inducta est demonstratio ista non sint diuisibilia.

Respondet Commentator quod libri Auicenne potius faciunt a sapientia recedere quam quod ipsam largiantur:⁊ quod fautores eius nouiter philosophantes sũt similes hijs qui negant conclusionem in syllogismo ducente ad impossibile non considerantes sequelam ex premissis:distinguit ergo Commentator de veritate cathegorice ⁊ conditionalis ad cuius veritatez non oportet aliquam partem esse veram: sed sufficit debita consecutio consequentis ex antecedente: vt patet de illa:si lapis volat habet alas: supponit igitur philosophus conditiones veras:licet antecedentia sint falsa:videlicet si motor ⁊ mobile sunt diuisibilia pars motoris in minori tempore mouebit partem mobilis quam totus motor totum mobile. ¶ Et licet responsio Commentatoris satisfaciat ad rationem Auicenne:potest tamen dici quod tam primus motor quam primum mobile est diuisibile. Primus enim motor est primum mouens:⁊ prima causa in eo quod est primum mouens ipsum est diuisibile.idest illi non repugnat diuisibilitas cum multa prima mouentia sint diuisibilia:in eo autem quod est prima causa:sic iterum est diuisibilis non formaliter sed virtualiter:quoniam contingit signare virtutem in duplo maioris potentie ⁊ virtutez in quadruplo ⁊ in octuplo minoris potentie. ¶ Item celum est diuisibile: ⁊ si non per separationem partis a parte tamen per designationez partis extra partem: ⁊ concesso quod per separationem partis a parte nullum sequitur inconueniens: quoniam dixit Commentator sexto huius:quod motus celi est velocitabilis in infinitum non inquantum motus celi:sed inquantum motus corporis:⁊ tertio ⁊ quarto huius dixit quod linea est diuisibilis in infinitum: non inquantum passio naturalis:sed inquantum magnitudo:ita celum est diuisibile in infinitum:⁊ si non inquantum corpus celeste: tamen inquantum corpus absolute:corpori enim absolute sumpto non repugnat diuisibilitas in infinitum per separationem partis a parte.

Contra dicta philosophi dupliciter instatur: ⁊ primo contra suppositionem antecedentis: vult enim philosophus quod in maiori tempore mouet totus motor totum mobile quam pars partem:cum tamen qualis est proportio totius ad totum:talis est proportio partis ad partem ⁊ consequenter temporis ad tempus vt est demonstratum sexto ⁊ septimo huius. ¶ Secundo instatur contra conclusionem ostendendo quod mouens finitum mouet tempore infinito; quoniam sol per infinitum tempus alterat hec inferiora secundum philosophum: ⁊ tamen est virtutis finite: quoniam vt probabitur in secunda conclusione: non potest esse virtus infinita in magnitudine finita: motores etiam

inferiores corporum celestium videntur esse potentie finite aliter primus motor non esset potentior aliis motoribus: ⁊ tamen mouent orbes celestes per tempus infinitum ab occidente in oriens per Aristotelem secundo celi.

Ad primum dicitur quod motus tripliciter diuiditur secundum philosophum quarto ⁊ sexto huius: videlicet diuisione mobilis diuisione temporis ⁊ diuisione spatii: quando ergo philosophus dicit quod mobile maius in pluri tempore mouetur q̄ pars eius loquitur de motu per comparationē ad spatium prout diuiditur diuisione spatii ad hunc intellectū quod quocūque accepto signo in spatio illud in maiori tempore pertransitur a toto quam a parte ⁊ a mobili maiori quā minori: prius enim pertransit caput hominis vnum pedale celi quam totū celū ⁊ maius tempus apponit celum in pertranseundo vnum punctum terre secundum se totum quā secundum partē.

Ad secundum respondet quod philosophus loquitur de motu locali ⁊ non de motu alterationis: ac etiam de mouente per se: ⁊ non de mouente per accidens: modo si sol mouet hec inferiora per tempus infinitum: hoc est per accidens ratione motoris separati mouentis solem per tempus infinitum: cum vero subiungitur de motoribus inferioribus corporum celestium quod illi sunt potentie finite mouentes per se tēpore infinito.

Respondet Commentator commento allegato dicens quod finitas est ex finitate materie ⁊ quod corpora celestia sunt materie simplices ⁊ forme eorum sunt forme non in materiis: ex quo dicto apparet quod nulle intelligentie separate sunt potentie infinite vel finite: quoniam finitum ⁊ infinitum sunt opposita: ⁊ opposita hn̄t fieri circa idē: si igitur finitas est ex parte materie oportet quod infinitas sit ex parte materie: ideo de nullo motore separato: ex quo est forma non in materia dicitur finitum vel infinitum cum quo stat quod vnus motor separatus est altero potentior: licet non finite nec infinite. ¶ Egidius vero dicit quod nullus motor preter primum est potentie infinite: sed tantum finite: tam in vigore quam in duratione: nec sequitur motor lune mouet per tempus infinitum: igitur est infinite potentie in duratione: quia ipsum esse infinite potentie in ipsa duratione aut vigore est habere illā potentiam ex se ⁊ non ab alio: ⁊ quia nullus motor preter primum habet potentiam durandi per tempus infinitum: ideo tantum primus motor est potentie infinite tam in duratione quam in vigore: ⁊ cum philosophus dicit quod nullum mouens finitum mouet per tempus infinitum. ¶ Respondet Egidius quod philosophus loquitur de motore principali ⁊ non instrumentali: modo quilibet motor celestis preter primum est tanquam organum ⁊ instrumentū respectu primi. ¶ Sed melius dicitur secundum intentionem philosophi quod quilibet motor preter primum est potentie finite ⁊ infinite: est enim potentie finite in vigore: ⁊ potētie infinite in duratione neque semper finitas ⁊ infinitas est ex parte materie cum finitum ⁊ infinitum non sint solum passiones quantitatis: sed etiam entis transcendentis vt colligitur a philosopho quinto methaphysice: ⁊ quoniam quilibet motor celestis preter primum est eternus ⁊ necessarius non obstante quod istam eternitatem ⁊ necessitatem habeat non ex se: sed ab ipso motore primo: per Aristotelem duodecimo metaphysice: ita est potentie infinite in duratione non obstante quod hanc potentiam non habeat ex se: sed a motore primo. neque dicerent philosophus ⁊ Commentator quod aliqui motores celi sint agentia instrumentalia tantum: quoniam si agentia horum inferiorum que sunt agentia particularia sunt agentia principalia ⁊ non tantum instrumentalia a fortiori ⁊ motores celorum mouent suos orbes: non tantum vt agentia instrumentalia sed etiam vt agentia principalia. (Quod autem omnino). ¶ Secunda conclusio. impossibile est magnitudine finita esse potentiam infinitam: probatur ista conclusio dupliciter: ⁊ primo sic: quelibet potentia maior potest mouere equale in minori mensura quam potentia minor: sed quelibet potentia finita existens in magnitudine finita potest mouere in infinitum modico tempore: igitur potentia infinita existens in magnitudine finita potest mouere in non tempore: quod implicat contradictionem cum motus non fiat in instanti: sed in tempore vt probatum est sexto huius: tenet consequentia cū minori: maior autem est nota ex determinatis sexto ⁊ septimo huius. Si enim fuerint due potentie inequales: quarum quelibet sit calefactiua aut dulcefactiua aut depulsiua semper maior in minori tempore equalem effectum poterit agere quam minor: velocitas enim insequitur proportionem potentie motiue supra suam resistentiam vt est ostensum septimo huius: ⁊ velocius est illud quod in minori tempore pertransit equale spatium vt patuit sexto huius. Lege litteram. (Quod autem omnino infinita magnitudine). idest in magnitudine finita nō contingit infinitā esse potentiā ex hiis dicendis manifestū est. (Si eniā plus potentia). idest potentia maior est semper equale in minori faciens tempore vt calefaciens aut dulcefaciens aut proiiciens: ⁊ omnino mouens: necesse ergo ⁊ a finito quidem infinitam habente potentiam pati ad patiens ⁊ plus quam ab alio habente solum potentiam finitā: plus enim est īfinita potentia quam finita. (At vero). idest hiis concessis. (Tempus non contingit esse nullum). idest contingit motum fieri in non tempore. ¶ Secundo arguitur ad conclusionem ponendo quod. a. sit tempus in quo agit potentia infinita calefaciendo: aut dulcefaciendo aut proiiciendo vel impellendo: ⁊ sit. a. b. potentia finita faciens consimilem effectum.

Isto posito quero vtrum potentia finita moueat in. a. tēpore: aut in maiori. si i. a. tempore: igitur a duabus potētiis quarum vna est finita ⁊ alia infinita prouenient equales effectus in eodem tempore quod est impossibile: quoniam vbi est maior proportio potentie motiue ad suam resistentiam prouenit maior velocitas: ⁊ cōsequenter in minori tempore prouenit equalis effectus. Si dicitur quod. a. b. potentia finita mouet in maiori tempore: sit igitur quod in centuplo maiori tempore: ⁊ arguitur sic: po^a finita in centuplo maior q̄ sit. a. b. moueret in centuplo minori tempore magnitudinem quam mouet. a. b. ⁊ in centuplo minori tempore produceret consimilem effectum: sed contingit signare potentiā finitā in centuplo maiorem quā sit. a. b. potentia: ⁊ tempus in cētuplo minus est. a. igitur iterū a duabus potētiis: quarū vna est finita ⁊ alia infinita

potest prouenire equalis effectus in eodem tempore quod erat probandum.

Consimili argumento potest probari ꝙ potentia finita equale effectum minori tempore in quacunque proportione volueris poterit producere quam in potentia infinita: quoniam sit potentia centupla ad .a.b.c. ⁊ sit .d. vna potentia dupla ad .c. ⁊ patet quod in duplo minori tempore poterit mouere ⁊ producere effectũ equalem quam .c. sed .c. in .a. tempore mouet consimilem magnitudinem ⁊ equalem effectum producit vna cum potentia infinita: igitur .d. in duplo minori tempore quam sit .a. poterit equalem magnitudinem mouere ⁊ consimilem effectum producere magnitudini ⁊ effectui potẽtie infinite: ⁊ sicut arguitur de medietate temporis: ita de tertia ⁊ quarta parte: ⁊ sic in infinitum secundum omnem proportionem minoris inequalitatis assignando continue potentiam infinitam secundum omnem proportionem maioris inequalitatis. Lege litteram. (Si enim est in quo .a. tempus in quo infinita vis). idest virtus ⁊ potẽtia calefecit aut depulit: in quo autem .a.b. finita quedam potentia sit ad hanc finitam potentiam maiorem semper accipiens finitam: veniam aliquando ad id quod in .a. tempore motum erat: ad finitum autem semper addens excessum omne determinatum ⁊ auferens etiam contingit deficere facere similiter: in equali ergo tempore mouebit finita potentia ipsi infinite potentie: hoc autem est impossibile nullum itaque finitum contingit infinitam potentiam habere.

Notandum quod Commẽtator cõmento septuagesimo nono mouet duas questiones: quarum prima est super hoc quod dicitur quod cuiuslibet corporis est potentia finita: quia tunc corporis celestis esset potentia finita: ⁊ consequenter corpus celeste esset corruptibile quod est reprobatum primo celi ⁊ patet consequentia: quia omne habens potentiam finitam est corruptibile.

Respondet Commentator quod ista questio est valde difficilis ⁊ est fortior omnibus aliis que possunt accidere cum Aristoteles h expressa dicat ⁊ in secũdo celi ⁊ mũdi ꝙ celi est potentia finita reddens causam quare in celo non sunt stelle maiores quam iste que iam insunt celo: ⁊ dicit quod si in celo essent plres stelle aut maiores quam sint destrueretur aut retardaretur motus celi propter debilitatem motoris: ⁊ hoc dat intelligere tam celum quam motorem celi esse potentie finite. ¶ Ideo pro solutione huius questionis Commentator recitat quattuor opiniones: quarum prima fuit Alexandri dicẽtis corpus celeste ex se non habere eternitatem sed a suo motore qui non est in materia sic qd secluso motore in materiali celum neque semper fuisset neque semper futurum esset.

Contra hanc opinionem arguit Commẽtator dicens: quia tunc sequitur aliquid posse corrumpi: ꝙ tamen non corrumperetur: cuius oppositum probat Aristoteles in fine primi de celo contra platonem ostendens quod impossibile est aliquid esse eternum cui inest potentia ad corruptionem: ⁊ patet consequentia: quia celum non corrumpetur: ex quo est eternum: ⁊ tamen potest corrumpi: ex quo ex se habet potentiam ad corruptionem cum secluso motore in materiali aliquãdo corrumperetur per Alexandrũ.

¶ Secunda fuit opinio Joannis grammatici tenentis contra perypatheticos quod mundus est generabilis ⁊ corruptibilis: ex quo est potentie finite: ⁊ componitur non solum ex materia ⁊ forma: sed etiam ex contrariis. ¶ Hanc opinionem non reprobat Commentator hic: quia eius reprobatio patet ex primo celi: vbi demonstratur celum esse ingenerabile ⁊ incorruptibile: ⁊ in isto octauo probatur non tantum motum in communi esse eternum: sed etiam motum in speciali esse eternum. s. motum celi: ⁊ consequenter tam ipsum celum quam motorem primum esse eternum. ¶ Tertia opinio fuit Auicenne qui audiens verba Aristotelis hic quod celi est potentia finita: opinatus est quod duplex est necessarium: scilicet necessarium ex seipso: ⁊ necessarium ex alio: necessarium ex seipso vt quilibet motor celi: necessarium ex alio vt celum: dixit ergo Auicenna quod necessarium ex seipso est potentie infinite: necessarium vero ex alio est potentie finite: ideo celum non est corruptibile: licet sit potentie finite: quia habet necessitatem ex alio. ¶ Istam opinionem non reprobat Commẽtator in speciali: quia sibi sufficit reprobatio Alexandri: videlicet ꝙ aliquid potest corrumpi: ꝙ tamen nõ corrumpetur in speciali: tamẽ arguitur: quoniam sicut celum habet necessitatem ex alio: ita quilibet motor preter primũ habet necessitatem a primo di. philosopho duodecimo metaphysice ꝙ deus est cã totius celi: si igitur celum est solum potẽtie finite per idem quilibet motor preter primum est tantum potentie finite ꝙ est cõtra Auicennã. ¶ Quarta opinio est Cõmẽtatoris ꝙ celũ est potẽtie finite ⁊ infinite: est enĩ potẽtie finite in vigore: quia nõ agit effectũ infinitum intẽsiue neque recipit motum infinite velocitatis: ⁊ est potẽtie infinite in duratione: quia nõ potest corrũpi cum non cõponatur ex materia ⁊ forma loquẽdo de forma cõstituta per subm: nõ etiam habet cõtrarium extrinsecum a quo pati possit neque causam intrinsecam potentem ipsum corrumpere vt patet. ¶ Ad rationem igitur negatur consequentia illa: celum est potẽtie finite: igitur est corruptibile: quoniam tñ concessum est ꝙ celum est finite ⁊ infinite potẽtie: vnde Cõmentator ponit hic istam distinctionem ꝙ aliquid esse infinite potẽtie intelligit dupliciter: aut quia sua actio nũꝗ cessat: aut quia habet actionẽ qua nõ contingit signare maiorem in aliquo mobili: primo modo celũ ẽ potẽtie infinite ⁊ nõ secũdo. ¶ Secũda questio cõmentatoris est de illa cõditionali phi: si virtus infinita esset in magnitudine finita moueret in instanti: quoniam per idem si virtus infinita esset extra magnitudinem ipsa moueret in non tempore cum non sit minoris potentie extra magnitudinem quam in magnitudine: sed consequens est falsum: quia primus motor est virtus infinita extra magnitudinem: ⁊ tamen non mouet in instanti.

¶ Respondet commentator quod si virtus infinita esset in magnitudine moueret in instanti: sed virtus extra corpus non est finita nec infinita cum finitum ⁊ infinitum soli quantitati congruant: vt patet primo huius: ⁊ consequenter concedit quod nulla intelligentia separata est altera maior vel minor: quia non inuenitur maioritas vel minoritas nisi in corporibus: sicut nec finitas ⁊ infinitas. ¶ Sed ista responsio non sufficit: quia ⁊ si non inuenitur finitum ⁊ infinitum secundum quantitatem extra magnitudinem: tamen finitum ⁊ infinitum secundum qualitatem inuenitur extra magnitudinẽ. Si etiã cõgruunt soli qũtitati finitũ ⁊ infinitum vt sunt differentie qũtitatis cõpetũt tñ aliis a qũtitate vt

sunt differentie entis. ¶ Dicendum igitur q motores celorum non sunt virtutis aut potentie infinite in vigore: quia non possunt celum velocius mouere: neq effectum aliquem producere infinite intensionis: ideo sunt tantum finite potentie q declarat ipse Commentator in de substātia orbis ex ꝓportiōe virtutū mouentium corpora celestia in tempore determinato: scilicet q cuiuslibet motus celestis quātūcunq tardi ad motum diurnum qui est velocissimus est proportio determinata: ideo quilibet motor celestis est vigoris finiti ſm Commentatorem cum quo conceditur q quilibet talis est potētie infinite in duratione: ex quo nō sequitur q moueat aut mouere possit in instanti: sed bene sequeretur si esset virtus in magnitudine: vnde sequitur ſm Commētatorem. virtus infinita ſm durationem est in magnitudine: igitur illa virtus est corporis compositi ex materia et forma non constituta per subiectum et per consequens corruptibilis: tunc arguitur sic: illa virtus est corruptibilis et non potest corrumpi cum sit infinita secundum durationem: igitur illa virtus est infinita in vigore: patet consequentia: quia si esset finita in vigore cum sit corruptibilis aliquando corrumperetur ab intrinseco vel extrinseco ex proportione maioris inequalitatis sui contrarij: vt est probatum a ꝑhilosopho primo celi. Si igitur virtus infinita in duratione esset in magnitudine ipsa esset infinita in vigore: et per consequens moueret in non tempore: hoc autem non sequitur de virtute infinita extra magnitudinem cum ad illam esse infinitam in duratione non sequatur ipsam esse infinitam intensiue aut in vigore: non enim debilitatur virtus extra magnitudinem cum non habeat contrarium: ideo potest esse infinita in duratione absq infinitate vigoris: q non contingit de magnitudine infinita existēte in magnitudine.

Contra predicta arguitur: et p° quod ad virtutem esse infinitam in magnitudine non sequitur motum esse in instanti: quia propositio implicans contradictionem non sequitur ex propositione non implicante contradictionem: sed hec propositio: motus est in instanti implicat contradictionem: et hec: virtus infinita est in magnitudine non implicat contradictionem vt liquet igitur etc. ¶ Secundo arguitur: quod nullus motor celi preter primum est infinite potentie in duratione sic: quod eius actio nunquam cessat vt exponit Commentator: quoniam ipse Commentator duodecimo methaphysice dicit quod motus celi est a duobus motoribus: quorum vnus est finite motiōis et reliquus infinite: si igitur aliquis motor celi est finite motiōis ille non semper mouet.

Ad primum dicitur q° ad istam virtus infinita est in magnitudine non sequitur motum esse in instanti: sed ad illam vnam cum ista virtus infinita in minori mensura potest mouere quam aliqua virtus finita quam Aristoteles supponit tanquam manifestam. Constat autem quod ambe simul implicant contradictionem: non enim inconuenit aliquod antecedens implicare contradictionem: cuius nulla pars implicat contradictionem: sicut non inconuenit aliquam copulatiuā esse impossibilē: cuius quelibet ps est possibilis.

Ad secundum respondetur per id quod dicit ipse Commentator duodecimo methaphysice videlicet: q° possunt semper mouere et non semper mouere motores celi secundum quod mouentur ad primum motorem: nam si mouentur inquit Commentator ad primum motorem intransmutabilem semper mouēt: si autem mouentur ad primum motorem transmutabilem non semper mouent: sicut igitur materia quantum est ex se indifferēs est semper transmutari et nō sp trāsmutari: semper quidem si coniungitur forme corruptibili non semper vero si coniungitur forme incorruptibili: ita qlibet motor celi ꝑter primū ex se indifferēs est semper mouere et non semper mouere: mouet enim semper inquantum vnitur primo motori: non semper autem moueret si non vniretur primo motori: ideo quilibet motor celi preter primum dicitur finite motiōis: non quia motio illius aliquando cesset: sed quia cessaret: si non vniretur primo motori: dicit enim Commētator ibidem: quod sicut celum ex se mouetur: ita potest ex se quiescere. quod autem nunquam quiescat sed semper moueatur hoc est ratione primi motoris: cuius actio non potest deficere.



On igitur neq infinito). Tex. cō. 80. ¶ Tertia conclusio est hec. Impossibile est in magnitudine infinita esse potentiam solum finitam. ¶ Istam conclusionem philosophus tribus rationibus probat: quarum secunda incipit ibi. (Omnem enim finitam). tertia ibi. (Est autem hec). ¶ Quantum ad primam supponit philosophus quod licet in magnitudine minori aliquando sit maior virtus quā in magnitudine maiori: quia sepe in vno pugillo ignis est maior virtus: quam in duplo aere: tamen magnitudini maiori tanta poterit fieri additio virtutis finite quod excedet potentiam magnitudinis minoris: quoniam et si duplus aer ad pugillum ignis nō sit tante potētie: tamen decuplus aut centuplus aer est tante et maioris potentie. Lege litteram. (Non ergo neq infinito). i. in magnitudine infinita contingit esse potentiam tantum finitam: et tamē cōtingit in minori magnitudine ampliorem potentiam esse quam in maiori: sed adhuc magis in maiori plura idest sed adhuc in magis maiori magnitudine potest esse virtus maior.

Notandum ſm Cōmētatorē commento. 80. q Philo° pmisit istam suppositionem ex eo: q aliquis posset dicere cum in maiori corpore inuenimus minorem potentiā quid ꝓhibet in infinito: eo q est maius in minori inesse potētia ea que est infinito eo q est minus: hoc nō pōt stare: q cum cōtinuo duplicauim° mai° corp°: cui° potētia est minor: perueniemus ad corpus: cuius virt° est maior minoris corporis: et quia infinitum potest duplicari: ideo potentia eius oportet esse maior cuiuslibet corporis minoris: ideo non est aliqua compositio inter illas et potentias infinitorum corporum: dubitatio quā tangit Cōmentator ē ista: videm° q aliqñ

in maiori corpore est minor virtus ꝙ in minori: sed ꝗlibet magnitudo infinita maior est ꝙ sit aliqua magnitudo finita: igitur possibile ē ꝗ ī magnitudīe infinita sit minor virtus ꝙ in certa magnitudine finita: sed in qualibet magnitudine finita est virtus tantum finita: vt demonstratum est per secundam cōclusionem: igitur in aliqua magnitudine infinita potest esse virtus finita: ꝗ est contra conclusionē. ¶ Respōdet Cōmentator di. ꝗ si maius corpus finitum habet minorem potentiam vel virtutem ꝙ minus poterit in tantū duplicari ꝗ habebit potentiam maiorē: cum igitur corpus infinitum possit in infinitum duplicari supra omnem magnitudinem finitam: sequitur ꝗ quecunq̄ potentia data finita illam in infinitum excedit potētia corporis infiniti: ꝓpterea non sunt inuicem cōparabiles ꝓprie loquendo de potentia corporis finiti: ⁊ potentia corporis infiniti. Intendit ergo philosophus ꝗ licet fm aliqualē excessum reperiatur plus de potētia in magnitudine minori ꝙ in maiori: tamē potest esse tātus excessus ꝗ plus reperietur de potētia in magnitudine maiori ꝙ minori: ꝓpter qḋ cum incōparabiliter magnitudo infinita excedit finitam: oportet plus reperiri de potentia ⁊ virtute ī magnitudine īfinita ꝙ finita. ¶ Ista suppōsitione premissa Aristo. ponit ꝗ .a.b. sit magnitudo infinita ⁊ .b.c. pars eius finita mouens .d. mobile igitur in .e.z. tempore finito: ⁊ arguitur sic .b.c. pars finita mouet in .e.z. tēpore finito: igitur dupla magnitudo mouebit in medietate illius temporis ⁊ quadrupla in quarta pte temporis: ⁊ sic in infinitū: igitur tota magnitudo infinita mouebit in nō tēpore: ⁊ per cōsequēs hēbit potentiam infinitam. Prima consequentia tenet q2 oīs virtus finita quātūcunq̄ sit magna vel parua requirit in agendo determinatum tempus. ideo si tanta magnitudo mouet in tāto tempore dupla mouebit in medietate temporis: ⁊ quadrupla in quarta parte temporis: ⁊ sic in infinitū. ¶ Secunda consequentia tenet: q2 magnitudo infinita nō requirit determinatum tempus in quo moueat: nunꝙ eñi potest accipi ita modicum tempus quin in magnitudīe infinita inueniatur pars mouens in minori tempore: si igitur partib9 magnitudinis infinite nō potest dari determinatū tēpus multo minus toti poterit dari determinatū tempus: si igitur in infinitū modico tempore poterit mouere ps magnitudinis infinite: ⁊ ipsa in minori mensura potest mouere ꝙ aliqua pars eius: igitur in nō tempore poterit mouere magnitudo infinita. ¶ Tertia cōsequentia est euidēs ex dictis cum demonstratū sit nullā potētiam finitam posse mouere in instāti cum cuiuslibet talis ad suam resistētiam sit proportio finita. Te. ci. (Sit igitur in quo est .a.b. infinitum: sed .b.c. pars eius habet potētiam quādam que in aliquo tempore mouit ipsū .d. mobile: ꝗ quidem motū sit in tempore in quo est .e.z. si igitur ipsi .b.c. duplam accipio magnitudinem in medio mouebit ipsius .e.z. sic enim hꝫ proportio supponatur: videlicet ꝗ dupla virtus mouet in medietate tēporis: quare in .z.c. mouebit quod est medietas temporis .e.z. ergo sic accipiens semper proportionem finitā partium .a.b. quidem nequaquam transibo secundum talem proportionē: tēpore enim dato semp minus accipiam: infinita ergo potentia erit.

Dubitatur quia videtur prima consequentia repugnare suppositioni: dictum est enim ꝗ quandoq̄ in minori magnitudine est maior virtus: ideo illa consequentia nō valet: pars .b.c. mouet in tēpore .e.z. igitur dupla magnitudo mouet in duplo minori tempore: quia stat ꝗ dupla magnitudo nō habeat duplam virtutē: sed minorem. ¶ Respōdetur ꝗ Arist. presupponit .a.b. magnitudinem infinitam esse vniformem per totum: sic quod omnes ptes equales sint equalis virtutis ⁊ potētie ad quē intellectum sequitur duplā magnitudinē mouere in medietate temporis. Intendit igitur phūs istam cōsequētiam .b.c. pars mouet in .e.z. tempore finito: igitur dupla magnitudo duple virtutis pōt mouere ī medietate tpis ⁊ tripla magnitudo triple potētie pōt mouere in tertia parte temporis: ⁊ sic in infinitum. (Omnem enim finitam). Secundo arguit philosophus ad eandem cōclusiōem sic: omnis potētia excellēs omnē potentiam finitam est infinita: sed potētia magnitudinis infinite excellit omnem potētiam finitam: igitur potentia magnitudinis īfinite est infinita: patet consequētia cum maiori ⁊ minor declaratur: nam quecūq̄ potentia finita data illa mouet in tempore finito: sed potētia magnitudinis īfinite mouet in minori tpe vt ostēsum est: igitur excellit illā: patet cōsequētia: quia ex minoritate temporis arguimus maioritatem potentie vt patet ex sexto ⁊ septimo huius: sicut enim magnitudo ⁊ multitudo infinita est excellens omne finitum scdm magnitudinē vel multitudinem: ita virtus magnitudinis vel multitudinis infinite est excellēs omnē potentiam magnitudinis aut multitudinis infinite. Lege litteram. (Omnē .n. finitā potētiā excellit potētia magnitudinis infinite: oīs autē finite potētie necesse est finitum esse ⁊ tempus: si enim in quodam toto tempore tanta virtus mouet: consequenter virtus maior: in minori quidem determinato mouebit tempus fm cōuersionem proportionis: infinita enim omnis potentia sicut multitudo ⁊ magnitudo excellens oē finitū).

Tex. cō.10.

Notandum fm Commentatorem commento .10. ꝗ potētia que est in corpore finito est infinita que crescit per crementum corporis: cuius autem corporis crementum est infinitum ⁊ virtus est infinita. ¶ Sed istud nō videtur verum: quoniam aliquod corpus potest crescere per rarefactionē ⁊ tamen non maiorabitur virtus nec potentia cum illud corpus continue manebit eiusdem virtutis ⁊ potentie sicut continue habebit eādem materiam ⁊ eandem formam numero. ¶ Dicendum ꝗ Aristoteles loquitur de augmentatione que non est per rarefactionem: sed per additionem quantitatis ad quantitatem: modo non additur quantitas absq̄ additione materie: neq̄ additur materia absq̄ additione potentie: cum ex omni additione materie resultet noua forma aut nouum compositum alicuius potentie ⁊ virtutis ⁊c. (Est autem ⁊ hꝫ). Tertio arguit philosophus ad eādem cōclusionem sic: quelibet potentia finita vel equalis potest esse in magnitudine finita: si ergo in magnitudine infinita est solum potētia finita: sequitur ꝗ magnitudo finita habet tantam potētiam quantam magnitudo infinita: quod est impossibile: quoniam sequūtur duo incōueniētia: quorum primum est ꝗ finitum mēsurat infinitū fm ꝗ potētia ptis equaliter potentie totius: accipiatur enim aer infinitus habens potentiam finitam totiens poterit replicari vnum pedale aeris ꝗ habebit potentiam equalem igitur potentia aeris finiti mensurabit potentiam aeris infiniti: sed non mensuratur potentia alicuius quin mensuretur illud cū nullibi inueniatur vnū sine alio

Tex. cō.11.

igit potẽtia finita aeris finiti mensurabit aerem infinitum. ¶ Item pars aeris habet potentiaz finitam : igitur poterit totiẽs replicari ꝙ equabitur potẽtie totius aeris: patet ꝯsequẽtia ex quo in minori magnitudine est tãta virtus quãta in maiori: accipiẽdo magnitudinem eiusdez generis. Lege litterã. (Est autẽ ex hoc demonstrare sic accipiens enĩ quãdã potentiã eandẽ genere) .i. eiusdem rationis (ei que est in infinita magnitudine que) quidem finita potentia (mensurabit eaz que est in infinita magnitudine finitam potentiaz.) deinde philosophus epilogat circa duas vltimas cõclusiões quartaz vna est conuersa alterius di. (quod quidez igitur non cõtingit infinitaz esse potentiaz infinita magnitudine: neqꝫ finitam) potentiaz (in infinita) magnitudine (ex his) dictis (est palaz) .i. manifestum.

Notandum ꝙ ista ratio differt a predictis in hoc: quoniã prima ratio ꝓbat potentiam magnitudinis infinite non esse comparabilem potentijs partiuz: quod non cõtingit nisi illa sit infinita. ¶ Secũda ratio ꝓbat potentiã magnitudinis infinite excellere omnez potentiaz finitã quod esse nõ potest nisi illa sit infinita. ¶ Tertia vero ratio ꝓbat idem: qz aliter finitum mensuraret infinituz ⁊ potentia partis equaretur potentie totius. ¶ Circa dicta queritur primo vtrum ſm intentionẽ Aristotelis ⁊ cõmentatoris possit cõuinci infinitas primi motoris loquẽdo non de infinitate durationis: qz illud est per se notuz: sed de infinitate intensiua aut vigoris. Et arguitur ꝙ sic per rationes Egidij: quarum prima est ista. Nulluz mouens finitũ mouet per tempus infinitum vt demonstratuz est in prima cõclusione huius capituli. sed primus motor mouet per tempus infinitum ex tertio tractatu huius octaui. igitur prim⁹ motor nõ est mouens finituz: quo concesso arguit sic. primus motor non est mouens finitum: igitur non est potentie finite in vigore: neqꝫ in duratione. patet consequẽtia. qz ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis. Si igitur primus motor non est potentie finite in vigore vel in duratione: ⁊ est alicuius potentie: igit est potentie infinite tã in vigore ꝙ̃ in duratione. ¶ Secunda ratio. primus motor mouet celum per tempus infinitum vt est manifestum ex dictis philosophi ⁊ cõmentatoris: igitur est infinite potẽtie intensiue. ꝓbatur cõsequẽtia. quoniã mouere per vnũ diem arguit potentiam aliquãte intensionis ⁊ mouere per duas dies ar⁹ potentiaz duple intensionis: ⁊ sic in infinituz. igit mouere per tẽpus infinituz arguit potentiã infinite intensionis. ꝓbatur antecedẽs a simili: quoniam si sortes posset portare .a. lapidem per vnam horam tantũ ipse esset alicuius potentie intensiue: ⁊ si per duas horas ipse esset in duplo maioris potentie intẽsiue: ⁊ sic in infinitum. ¶ Tertia ratio. mouere corpus infinituz formaliter aut virtualiter arguit potentiam infinitam intensiue vt colligitur a philosopho sexto huius. sed primus motor mouet virtualiter corpus infinitum: igitur primus motor est potentie infinite intensiue. minor arguitur. nam celuz infinities replicatuz ẽ virtualiter aut equiualenter infinituz: sed primus motor infinities replicauit celuz per infinitam replicationez motus diurni: igitur primus motor virtualiter aut equiualenter mouet corpus infinitum. ¶ Quarta ratio est auctoritate cõmentatoris .12. metaphisice. commẽto .40. di. ꝙ motus celestis componitur ex duobus motoribus : quorum vnus est finite motionis : ⁊ est anima existens in co ⁊ alter motor infinite : ⁊ est potentia que non est in materia) Constat autem ꝙ commentator nõ intendit motorẽ animã celi esse finitũ in duratione cum illa sit eterna ⁊ infatigabilis ſm eum: igitur intendit motorẽ illũ esse finitũ in vigore: ⁊ consequẽter motorẽ primũ qui non est in materia intendit esse infinitũ intensiue ⁊ in vigore. ¶ In oppositũ arguitur primo sic: Si i magnitudine esset potentia infinita intensiue illa moueret in nõ tempore p aristotelẽ in secũda conclusione hui⁹ capituli: igitur per idẽ si extra magnitudinẽ esset potentia infinita intẽsiue aut infiniti vigoris illa mouẽt in nõ tempore cum nõ sit potentior virtus in magnitudine ꝙ̃ extra magnitudinẽ: sed impossibile est motuz fieri in non tempore per eum, vt demõstratũ est sexto: igit impossibile est primũ motorẽ ſm philosophũ esse infiniti vigoris aut infinite potentie intensiue. dicit enĩ cõmẽtator secundo celi cõmẽto tricesimooctauo ꝙ si potentia motoris esset infinita motus inueniretur in instãti. Secundo. Si primus motor esset infiniti vigoris aut infinite potentie intensiue ip̄e posset mouere celum velocius ⁊ tardius ꝙ̃ iam moueat. immo posset ip̄m nõ mouere quod est contra determinationem aristotelis primo celi volentis primũ motorẽ mouere celum necessario regulariter ⁊ ex necessitate nature : non autez libere contingenter. Vult enim cõmentator secundo celi ꝙ sicut ambulare ⁊ cytarizare requirit determinatum tempus ita ⁊ motus celi sic ꝙ nec in maiori nec in minori potest fieri. ¶ Tertio celum est potentie finite in vigore cum sit magnitudo finita per aristotelem hic. Si igitur primus motor esset infiniti vigoris nulla esset proportio inter ipsum ⁊ celum quia finiti ad infinitum nulla est proportio secundum ipsum tertio hui⁹ et sic aliqua esset velocitas motus non proueniens ex proportione motoris ad mobile vel ad suam resistentiam: cuius oppositũ determinat septimo huius. propterea dicit commentator secundo celi commento tricesimonono (cum dicimus ꝙ potẽtia motoris celi est infinita non intendimus per infinitã nisi infinitatem motionis idest ꝙ motio eorum non cessat: infinitas autez intensionis vtilli non sit proportio inter potentiam motoris ⁊ moti: impossibile est in formis inq̃tum sũt forme. ¶ Quarto. quelibet potẽtia est reducibilis ad actum per philosophum nono metaphisice: ⁊ causa in actu ⁊ effectus in actu simul sunt ⁊ non sunt per eundẽ secundo huius: igitur si primus motor est infiniti vigoris ⁊ infinite potentie intensiue ab ip̄o prouenire potest motio ĩfinite velocitatis ⁊ effectus infinite intensionis vel extensionis aut multitudinis: quod non concedit philosophus nec commentator. vnde cõmentator primo celi cõmento quadragesimotertio (Jam declarauimus ꝙ additio potentie motoris super potentiaz moti non est infinita nisi in tempore scilicet in eternitate motiõis neqꝫ in velocitate neqꝫ in multitudine motuum neqꝫ in magnitudine corporum quoniam si esset in magnitudine corporum ⁊ motuum multitudine ⁊ velocitate motuum esset possibile inuenire motũ in non tempore ⁊ corpus motum infinitum ; quod ẽ impossibile. ⁊ secundo celi cõmento trigesimooctauo sic inquit cõmentator. (necesse est vt omnis motus naturalis ⁊ voluntarius habeat velocitatem terminatam quia omnis motus habet motorem terminatum ⁊ si esset possibile inuenire velocitatẽ non terminatam tunc motor non haberet potentiaz terminatam neqꝫ naturam terminatam) ⁊ subdit (Si potentie motoruz


celestium essent infinite in vigore mouendi non esset proportio inter motorem ⁊ rem motam) ⁊ postq̄ intulit ꝙ daretur motus in instāti finaliter concludit (⁊ ideo credendum est ꝙ potentie mouentium sunt terminate proportionis ad corpora mota: ⁊ ꝙ infinitas non inuenitur in eis nisi propter eternitatē.) ¶ Dicendum igitur ꝙ omnino intentio Aristotelis ⁊ cōmentatoris fuit primū motorē non esse infiniti vigoris neq̄ potentie infinite intensiue: sed tantum in duratione ⁊ in eternitate: quoniam ex intentione eorum non cognoscim⁹ primum motorem nisi per motum: ⁊ a posteriori per effectū. si nullum motum cognoscimus esse infinitum in velocitate: neq̄ effectum aliquem esse infinitum intēsiue vel extensiue aut naturaliter: igitur per viam nature non possumus cognoscere ipsum esse infinitum in vigore vel intensiue. Sicut ergo philosophus ⁊ commentator non concedunt aliquā esse magnitudinem vel multitudinem actu infinitam: non etiam aliquam esse qualitatem gradualem vel non gradualem actu infinitam: videlicet infinitum calorem aut infinitū circulum vt liquet ex determinatione eorum primo celi. ⁊ tertio huius: ita non concederent aliquē motorem aut motum habere infinitatem vigoris aut intensionis.

¶ Item sit. a. primus motor ⁊. b. perfectissima intelligentia post. a. ⁊ arguitur sic. si. a. est infiniti vigoris: ⁊. b. tantum finite potentie intensiue: igitur. a. in infinitū excedit. b. sic ꝙ datur infinita latitudo imaginatiua perfectionis inter. a. ⁊. b. igitur possibiles sunt infinite intelligentie inter. a. ⁊. b. ⁊ per consequens iam sunt ille infinite intelligentie: cuius oppositum ipsi determinant duodecimo metaphysice concludentes multitudinem intelligentiarum: ex multitudine motuum celestium ⁊ patet consequentia. quia in perpetuis non differt esse ⁊ posse vt patuit tertio huius.

Ad primam ergo rationem Egidij dicitur ꝙ philosophus non eo modo loquitur de mouente in prima conclusione quomodo loquitur in secunda ⁊ tertia cōclusionibus sed in secunda ⁊ tertia loquitur tantum de mouente in magnitudine: igitur etiam prima conclusio facit mentionem tantum de mouente in magnitudine: quapropter illa prima conclusio est sic intelligenda. impossibile est mouens finitum existens in magnitudine finita mouere per tempus infinitum: ⁊ ꝙ illa conclusio sit illo modo intelligenda. patet ex diuisione quā facit motoris ⁊ magnitudinis. propterea nō oportuit ꝙ cōmentator responderet ad rationē Auicene ex quo Aristoteles ibi non facit expressam mentionem de primo motore: neq̄ de primo mobili: sed tantum de motore existente in magnitudine. debet igitur ratio Egidij sic formari. nullum mouens finitum existens in magnitudine finita mouet per tempus infinitum: sed primus motor mouet per tempus infinitum: igitur primus motor non est mouens finitum existens in magnitudine finita: ⁊ hoc conceditur sicut antecedens. ¶ Ad secundam negatur consequentia. ⁊ ad probationem dicitur ꝙ mouere per duas dies non arguit maiorem potentiam intensiue quam mouere per vnam diem: ⁊ hoc in potentijs infatigabilibus abstractis a materia in potentijs autem fatigabilibus coniunctis materie illud est verum. propterea similitudo assignata de sorte non est ad propositum: cum sortes sit potentia fatigabilis: ⁊ quilibet motor celi sit potētia infatigabilis. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ nec formaliter nec virtualiter nec equalenter primus motor mouet corpus infinitū: ⁊ licet celum infinities replicatum constitueret corpus infinitum: non tamen celum infinities reuolutum constituit corpus infinitum virtualiter vel equiualenter: sed tantum constituit motum infinitum: non quidem intensiue: neq̄ velocitate infinita: sed tantum secundum durationem. ¶ Ad quartam est superius responsum ex intentione cōmentatoris duodecimo metaphysice. ꝙ primus motor est per se motionis infinite: ⁊ quilibet alius motor celi est per se motionis tantum finite: cum hoc stat ꝙ moueat per tempus infinitū non per se sed per accidens ex vnione ⁊ conuersione ad primū motorem tanquā ad finem amatum ⁊ desideratum. verum est tamen ꝙ tale per accidens nō est per accidens rarum: sed necessarium iuxta modum loquendi cōmentatoris de priuatione primo huius: ꝙ est principiū per accidens non rarū sed necessarium. ⁊ quarto huius ꝙ materia ⁊ forma mouentur per accidens ad motum compositi non raro sed de necessitate. ¶ Secundo queritur vtrum ex dictis philosophi ⁊ cōmentatoris possit probari infinitas intensiua primi motoris: ⁊ arguitur ꝙ non: quia ex quo de intentione eorum fuit ꝙ primus motor sit infinitus tantum in duratione ⁊ non in vigore sequitur ꝙ ex dictis eorum non possit conuinci oppositū aliter contradicerent sibijpsis: quod non est dicendum.

In oppositum arguitur multipliciter: ⁊ primo sic. primus motor est actus purissimus sic ꝙ contradictionem includit ipsum continere in se aliquā rationem potentialitatis vel materie vt demonstrat aristoteles ⁊ commētator duodecimo metaphysice: igitur prim⁹ motor est infinite perfectionis simpliciter: ⁊ consequenter infiniti vigoris ⁊ infinite potentie intensiue. probatur consequentia intelligendo per primum motorem deum qui est prima causa omnium: quia si non: stet igitur oppositum consequentis cum antecedente: ⁊ arguitur sic. primus motor est tantum finite perfectionis: igitur contingit assignare ex parte rei vel per intellectū aliquid quod eo perfectius sit. ergo illud. a. ⁊ arguitur sic. quandocunq̄ aliqua duo inuicē comparantur: quorum vnum est altero perfectius: illud quod perfectius est tenet locum actus ⁊ forme: ⁊ quod est imperfectius tenet locum potentialitatis ⁊ materie per cōmentatorem secundo de anima. sed. a. est perfectius primo motore: igitur. a. tenet locū forme ⁊ actus: primus vero motor tenet locum potentialitatis ⁊ materie. ista consequentia est bona. antecedens non implicat contradictionem si primus motor est tantū finite perfectionis: igitur nec consequēs implicat contradictionem: ⁊ per consequens primum motorē qui est actus purissimus continere aliquā rationem potentialitatis aut materie non implicat contradictionē: quod est oppositum antecedentis principalis. ¶ Secundo: omni motu dato contingit dare velociorem per Aristotelem sexto huius. vbi dicit cōmentator ꝙ motus celi est velocitabilis in infinitum: nō in eo ꝙ motus celi: sed in eo ꝙ motus corporis: tunc arguitur sic. motus celi est velocitabilis in infinitum: igitur resistentia est diminuibilis in infinitum: aut potentia motiua est augmentabilis in infinitum: aut iam est aliqua potentia infinita in vigore: sed resistētia nō est diminuibilis in infinitū: quia celū nō pōt diminui per aristo. primo celi. neq̄ aliquod corpus naturale ē diminuibile in infinitū: quia dant minima naturalia iuxta determinationē phi ⁊ cōme. 1. 6. ⁊. 7. phycorum. nō

etiā potētia motiua celi est augmētabilis in īfinitū cuz
intelligētie nō sint subaliter variabiles: vt colligit ab
eis in hoc.8°.igit necesse est dare potētiā que iam est i-
finiti vigoris a qua motus celi est velocitabilis in īfi-
nitū.cōstat aūt potētiā hāc eē primū motorē. ¶ Ter
tio.mā prima est pura potentia sic q nullū actū inclu-
dit fm phm ⁊ cōmētatorē primo huius. igit mā pria
est infinite potētie passiue:nō solū passibilitate duratio
nis:sed etiā passibilitate itēsiua : qm sicut nō repugnat
prime materie recepisse infinitos effectus successiue: ita
nō repugnat illi recipe effectū infinitū intēsiuū. vz.ali-
quā qualitatē primā vel scdām infinite intētionis.mā
eniz prima indifferēs est ad vtrūqꝫ oppositoꝝ: vtpu-
ta ad calidū:frigidū:albū:nigrū ⁊ huiusᵗ. sed finitū ⁊
īfinitū sūt opposita:igit mā pria q̄tuz est ex se idēens
ē ad effectū īfinitū sic ad effeᵐ fiᵐ: tc arguit sic.mā pria
est infinite potētie passiue passibilitate intēsiua : igitur
primus motor est infinite potētie actiue fm vigorem.
pz ɔ̄ña per cōmētatorē.12.meta. q ois forma reperta
passiue in prima mā repitur actiue in primo motore. si
igit māe prime nō repugnat recipe effectū infinitū intē
siue etiā nō repugnat primo motori pducere effectū i-
finituz intēsiue q nō cōtingit nisi sit poᵗ īfinite itensiue.
¶ Quarto.primus motor.s.deus intelligit oīa p̄sen-
tia:p̄terita:⁊ futura per Aristo.in lib.de bona fortūa.
igit actuali intellectiōe itelligit īfinita distincte. pz ɔ̄ña.
qr primus motor cū sit actus purissimᵘ nihil pōt itelli
gere itellectione cōfusa ⁊ potētiali.tūc sic.primus mo-
tor intelligit infinita distincte actuali intellectiōe : igitur
est infinite potētie in vigore.pbat ɔ̄ña per phm ⁊ cō-
mentatorē pbātes.2.meta.q nō sunt infinite cause for
males eiusdē rei:qr tunc illa res nō posset sciri neqꝫ dif
finiri ab intellectu nostro:qr cū intellectus noster sit vir
tus finita nō potest actu intelligere infinita:sed tm̄ po-
tentia:igit ex opposito si aliqua virtus itelligit ⁊ com-
prehēdit infinita actualr ⁊ distincte:illa est infinita.s.i-
tensiue ⁊ in vigore. ¶ Et cōfirmat.si eēt vna itellectio
in intellectu nostro qua ipe itellectus itelligeret aliqd
vnū in actu ⁊ distincte:illa itellectio eēt alicuiᵘ perfectio
nis:igit si eēt alia itellectio q̄ intellectᵘ ita actualr ⁊ di-
stincte itelligeret īfinita eq̄lia.primo illa itellectio scda
esset infinite pfectionis intēsiue.pz ɔ̄ña.qr in īfinitū ma
gis posset in ppriā opationē que est facere in itellectū
esse cognoscētē q̄ prima itellectio.dicit.n.phs prio po
steriorꝝ.q demōstratio vlis est pfectior demōstratiōe
particulari pp̄ter hoc q magis facit scire:cū scire sit fi
nis demōstratiōis.vbi dicit Linco.q illud est pfectius
in aliquo gñe q melius pōt etiā opationē ppriā illiᵘ
generis:igit a multo fortiori cū diuina substātia sit il-
lud per qd primᵘ motor actualr ⁊ distincte intelligit i-
finita oz motorē primū esse infinite pfectiōis ⁊ potē-
tie intēsiue q̄ in duratiōe.Dicēdū igit q cū primᵘ mo
tor sit sūmū bonū:⁊ sit illud quo meliᵘ cogitari nō pt
necesse est ipsuz eē īfinite pfectiōis intēsiue:⁊ infinite po
tentie in vigore.⁊ ɔ̄ñter cōcedat q pōt celū velocius ⁊
tardius mouere ⁊ facere eū quiescere oīno:ac etiā q pt
pducere effectū infinitū tā intēsiue q̄ extēsiue.s.multi-
tudinē ⁊ magnitudinē actu infinitā:ac etiā qualitatem
primā ⁊ scdām infinite intētionis in actu.q autē ista
non pduxerit hoc est aut ex pte sui:qr non agit nāliter
tm̄ vt credit Aristo.⁊ cōmētator:sed libere libertate cō
tradictionis alioquin bō ex parte volūtatis eēt deo p-
fectior:aut ex pte creature:qr illud nō est ad decorē vl
ad vtilitatē mūdi vel repugnat determinationi natu-
re create.non.n.potest deus facere circulū infinituz:ne-
qꝫ numerū biariū maiorē q̄ sit:neqꝫ aialia augere i īfi
nituz:⁊ hoc pp̄ter repugnātiā reptā in nā finita. ¶ Et
ad rōnē Aristo.nego illā ɔ̄sequētiā.primus motor est
potētie infinite in vigore:igit pōt mouere in nō tpe lo-
quēdo de motu pprie qui est trāsmutatio ɔ̄tīnua tēpo
ris:qr ⁊ si deus nō pōt facere id qd fieri implicat ɔ̄tra-
dictionē:nō pp̄ter hoc tollit potētia īfinita eius : ⁊ tūc
ad argumētū.primᵘ motor est potētie īfinite intēsiue:
igit pōt mouere in minori mēsura q̄ aliqua potētia fi-
nita.ɔ̄cedo ɔ̄ñaz ⁊ ɔ̄ñs.⁊ nego q in quolibet tpe q̄tū-
cunqꝫ paruo possit aliqua potētia finita mouere.s.cer-
taz magnitudinē sup determinatū spaciū: qm oīuz na-
tura cōstātiū terminata est rō magnitudinis ⁊ augmē
ti:nō soluz quo ad esse:sed etiā quo ad modū operādi
⁊ motū ⁊ tēpus:ideo est dare aliqd tēpus ita paruuz
in quo nul.a potētia finita po[illegible] determinatā magni
tudinē mouere sup determinatū spaciū:⁊ hoc ex natu-
ra sua.Si aūt moueret hoc esset in virtute primi moto-
ris:cuiᵘ natura nō est terminata iuxta doctrinā Auer-
roys superius recitatā.vz.q primus motor est infinite
motionis:⁊ quilibet aliᵘ est tm̄ motiōis finite.Neqꝫ i-
cōuenit q Aristo.⁊ cōmētator fuerint huiᵘ credulita-
tis q primus motor sit tm̄ potētie īfinite in vigore:⁊
tm̄ multa dixerint antecedētia ad oppositū illius:sicut
etiā crediderūt eternitatē mūdi motus ⁊ tpis:⁊ tm̄ alia
scripserūt inferētia cōtrariū vt euidenter demōstraui in
primo tractatu huius octaui.quare ⁊c.



Ebis au- tem que ferunt.) Istd est tertiuz capitulū hu- tractatus in quo phs pbat indiuisibilitatē primi motoris post- quā pbauit infinitatē eiusdē: vel saltē pba- uit aliqua ex quibᵘ se- quitur primū moto- rem esse infinituz: ⁊ si non in vigore:tamē in duratione. Et diuiditur in duas partes in quarū prima determinat vnuz dubiū : cuius determinatio est necessaria ad sequentia. In scda vero exequit de intento ibi.(Quonia autē in his.) Prima pars diuiditur in duas particulas in quarū prima fa- cit qd dicuz est. in secūda autē soluit obiectionē possibi lem fieri contra suaz determinationē ibi.(Pausat au- tem.) ¶ Quātuz ad primū querit phus a quo mouen tur piecta quiescente piciente.cuz eni omne quod mo uetur mouetur ab alio ⁊ ipsa piecta nō moueāt seipsa vt patet de lapide ⁊ baculo. videtur q statiz piciente cessante a motu talia piecta quiescāt:quonia talia nō mouent nisi tangant:sed quiescente piciente nō appa ret quid est tangens.illa igitur quiescente piciente illa statim debēt quiescere. Te.li.(De his autē que ferūtur bene se habet dubitare quādaz dubitationē primū) p- tinentē ad ppositū.(Si eni omne quod mouet mo- uetur ab aliquo quocūqꝫ nō ipa se mouent) vt in aīa- ta (quomodo mouent aliqua) talia (cōtinue nō tāgē te eo q mouit vt piecta.. ¶ Sed forte diceret ad hoc q cuz piciens picit:nō soluz mouet baculū lapidem aut sagittaz:sed cū eodē simul mouet aerē qui quidem aer separatᵘ a manu vel a corda mouet illud piectuz. ¶ Cōtra istud arguitur faciendo [illegible] de aere que

Te- cō.82.

sit de lapide: quoniã post separationem aeris a manu queritur a quo mouetur: vtrũ a se vel a ꝓijciẽte: nõ a se: quia est de numero corporum que non mouent a se sicut lapis: ⁊ maxime quãdo ꝓiectum mouetur cõtra inclinationem aeris: non etiã a ꝓijciente: quia ꝓijciens quiescit: quia igitur ꝓijciens est causa prima totius motus sequentis apparet ꝙ eo moto tam aer ꝙ lapis moueatur: ⁊ eo quiescente oĩa alia quiescãt habẽtia motum ex ipso ꝓijciente primo. Si enim sor. moueret vnum lapidẽ mediãte aliquo alio lapide statim quiescerent ambo lapides sorte quiescente: igitur per idem quiescit tam aer ꝙ lapis ꝓijciente quiescente si mouet lapidẽ mediante aere. l.e.li. (Si autem) ipsum ꝓijciens (simul mouet ⁊ aliud aliquid quod mouit vt aerẽ: qui motus) a ꝓijciẽte (mouit) lapidem vel sagittam. (Similiter impossibile) videtur de aere sicut de lapide (primo nõ tangẽte neque mouẽte) ipsum aerem (moueri sed) oportet (simul oĩa moueri ⁊ quiescere cum primũ mouẽs quieuerit ⁊ si facit) aer cũ suo ꝓiecto (sicut lapis) cũ lapide (vt mouet quod mouit) .i. vt quãdo ꝓijciens mouet lapidẽ mouẽtem alium lapidẽ. ¶ Ad istã questionẽ respõdet phs ꝙ ꝓiectum cessante primo mouente a motu mouetur ab aere simul moto cum ꝓiecto. cum enim ꝓijcitur in medio faciliter cõdẽsabili ⁊ rarescibili lapis baculus aut sagitta: vtputa in aere vel in aqua habet medium illud naturã passiuã ad omnẽ motũ secundum inclinationẽ primi mouẽtis. ideo ipsum primũ ꝓijciens in motu lapidis tribuit aeri virtutem secundum quã põt mouere ⁊ moueri: que quidẽ virtus quia non subito desinit esse cessante ꝓijciẽte a motu: ideo post quietẽ primi mouẽtis adhuc mouet aerem tanquã principium intrinsecũ ⁊ lapidẽ tanꝙ principium extrinsecum: nõ tamẽ mouet lapidem per totum motũ ꝓiectiõis quoniã talis aer primus per rarefactionẽ sui cõdensat alium aerem imediatum sibi cui etiam tribuit virtutem ita mouere ⁊ moueri quã cõtulit primũ ꝓijciẽs primo aeri: per quã virtutem secũdus aer mouet lapidem sicut primus vsquequo aliũ aerẽ cõdensat tribuẽs illi cõsimilem virtutẽ per quã mouet ꝯsequenter lapidem: ⁊ sic continue fit huiusmodi dispositio in aere vel in aqua vsque ad finem motus. Ecce ꝙ nõ statim quiescit aer vel aqua quiescente primo ꝓijciente: quoniã adhuc remanet virtus in eo per quã mouetur de loco ad locum ⁊ per quã mouet lapidẽ seu aliud ꝓiectum: ac etiam aerem imediatũ sibi. l.e.li. (Necesse est hoc quidẽ dicere) ad questionem propositã ꝙ primũ mouens facit moueri aliquid (quod possibile) est (⁊ mouere aut aerem: aut huiusmodi aquã aut aliud aliquid tale quod aptũ natum est mouere ⁊ moueri: sed nõ simul pausat mouẽs) primo ꝓijciens (⁊ quod mouet) imediate ab illo .s. aer. (sed quod mouetur quidem). vz. aer (simul cum mouẽs) principale (quieuerit mouẽs adhuc ẽ. vnde mouetur) primum medium .s. aqua vel aer (cum alio) medio quod est (habitũ) .i. imediatum primo medio: ⁊ in (hoc eadẽ ratio est) .i. sicut primũ mouẽs mouet primum aerẽ: ita primus aer mouet secundum imediatum sibi: ⁊ sic ꝯsequenter: quoniam eadẽ rõ est de quolibet succedẽte remanẽte illa virtute.

Notandum primo secundum cõmẽtatorem ex cõmẽto ... ꝙ manus nõ mouet ꝓiectum nisi mouẽdo prius aerẽ: vt dicamus ꝙ lapis magnetis attrahit ferrũ quod ponitur vltra primũ ferrum mediãte attractione eius ad primũ ferrũ. Intẽdit cõmentator ꝙ si distãter a magnete ponerentur .a. ⁊ .b. ferra .a. ꝓpinquum ⁊ .b. remotum sicut prius attraheret .a. quã .b. ⁊ non posset attrahere .b. sine .a. ita ꝓijciens lapidem prius mouet aerem ꝙ lapidem: ⁊ nõ põt mouere lapidem sine aere. Intelligendũ tamẽ ꝙ hoc non est prioritas tẽporis: sed tantum causalitatis vel nature: quoniã magnes subito multiplicat virtutẽ suam ad ambo ferra sicut luminosum suum lumẽ ad singula pũcta dyaphani: ⁊ color suã speciẽ ad oĩa puncta medij inter potentiam ⁊ obiectum. igitur .a. ⁊ .b. ferra equeprimo incipiunt recedere a locis suis: ita ꝓijciens equeprimo expellit aerem ⁊ lapidẽ: sed quia nõ potest expellere lapidem sine aere tanꝙ medio ad hoc necessario exigito: ideo dicitur prius mouere aerẽ ꝙ lapidẽ: sicut etiã magnes dicitur prius alterare aerem ꝙ lapidem: ⁊ prius .a. ferrum primũ ꝙ .b. ferrũ secũdum.

Secundo notandum secundum cõmẽtatorẽ eodem cõmẽto ꝙ nisi mediũ esset nunꝙ lapis neque aliquod simpliciũ corporum mouerentur: neque naturaliter: neque secundum violẽtiã: hoc autẽ perfecte declarabitur in .3. de celo ⁊ mun. vnde si deus anihilaret oĩa que sunt infra cõcauũ lune in quo poneret vnum lapidẽ: aut aliquod elemẽtorum tante quãtitatis nullum illorum moueretur per recessum a cõcauo: ⁊ hoc propter abominationẽ vacui vbi tamẽ natura nõ abhorreret vacuum elemẽta nõ mouerentur: sed subito mutarẽtur ad loca sua. lapis autẽ cum sit corpus mixtũ: ⁊ habeat resistẽtiã intrinsecã moueretur successiue vt est ostensum .4. huius. ¶ Ex isto intẽdit cõmẽtator ꝙ in vacuo nulla posset fieri ꝓiectio: quia nõ apparet a quo moueretur ꝓiectũ post separationẽ a ꝓijciẽte ex quo nõ moueretur ꝓiectũ a seipso neque ab aliquo medio expellente vel deferẽte ipsum.

Tertio notandũ secundum cõmẽtatorẽ eodẽ cõmẽto ꝙ de motu horum simpliciũ partiũ econuerso est eius ꝙ de rebus mobilibus terminabilibus figurã habẽtibus. in partibus enim simpliciũ corporum passibiliũ nõ simul oportet vt cesset idẽ a mouere ⁊ moueri: sicut accidit hoc in partibus corporum terminabiliũ figurã habẽtiũ: ⁊ hoc videtur sensu in motu aque aut lapide ꝓiecto in illam. videmus enim partes que sequitur lapidem moueri vndique. deinde transfertur motus ab illa parte ad partẽ ꝯsequentẽ. deinde de illa ad aliã quousque cesset. partes tamẽ aque nõ simul mouentur sicut simul mouentur partes figurati corporis. ⁊ hoc patet in circulis qui in aqua fiunt quãdo lapides cadunt in ea. Si igitur huius motus esset similis motui in rebus mobilibus terminabilibus oporteret oẽs partes aeris ⁊ aque simul moueri de prima vsque ad vltimam ⁊ expelli in omnibus partibus mundi in tantum ꝙ in totum fieret vndatio: aut corpus intraret corpus ꝙ ẽ impossibile. ¶ Distinctio quam intendit cõmentator est ista ꝙ duplicia sunt corpora .s. terminabilia ⁊ interminabilia. corpora terminabilia sunt illa que ex se habẽt figuram ⁊ non tantum ratione continentis: vt lignum ⁊ lapis. ⁊ generaliter omnia animata corpora. interminabilia sunt illa que ex se non habent figurã sed tantum ratione continentis vt aqua ⁊ aer: ⁊ generaliter omnia habenda fluxibilia vt vinum oleũ ⁊ huiusmodi. licet igitur in corporibus terminabilibus ad motum primi mouẽtis moueantur simul omnes partes corporis terminati: ⁊ ad quietem illius quiescant omnes partes eiusdẽ: nõ tamen ita cõtingit in corporibus non terminatis seu figuram nõ habentibus. verbi gratia. cum aliquod mouens mouet vnam partem lapidis aut ligni: ꝯsequenter mouet omnes alias: ⁊ cum cessat a motu per quietem omnes partes illius statim quiescunt: non tamẽ si mo-

netur aliqua pars alicuius aque vel aeris oēs partes si᷑ mouen᷑: neqꝫ cū cessat a motu primū mouēs aut aliqua pars eius oēs alie partes quiescunt. videmus .n. quādo lapis cadit in aquā ꝙ non simul mouet oēs partes aque a principio vsqꝫ ad finem: sed prius facit vnā circulationē. deinde prima circulatio facit secūdā ⁊ secunda tertiā vsqꝫ ad finē: ⁊ prius quiescit lapis ꝙ deficiat prima circulatio: ⁊ prius deficit prima ꝙ secūda vt liquet. ¶ Si eni in corporibus non terminatis cuiusmodi sunt aqua ⁊ aer statī vna parte mota mouerent omnes alie partes necessario in toto hoc mundo inferiori si fieret expulsio vel inundatio alicui⁹ partis statim fieret expulsio ⁊ inūdatio oīū aliarū: aut esset penetratio corporū quorū quodlibet est ipossibile patet ꝓsequētia. quia idē ꝯtingit in corporibus terminatis. non est ergo mirū si in ꝓiectione lapidis aut ligni cessante primo ꝓijciēte: nō ꝓpter hoc cessat a motu aer cū sit corpus nō terminatū: neqꝫ eni terminat visum neqꝫ termina᷑ per figurā cū ex seipso figurā habeat sed tm̄ rōne cōtinētis.

Quarto notādū ẜm cōmentatorē eodē cōmento ꝙ hec corpora .s. aqua ⁊ aer ab extrinsecis recipiūt densitatē ⁊ raritatē: ⁊ recipiēdo dēsitatē quasi recipiūt aliquā penetrationē in suis partibus. nā si nō reciperent penetrationē oporteret etiā ꝙ motus eorū oīū simul eēt ita ꝙ vltimus termin⁹ mundi expelleretur: ⁊ si iste partes perfecte penetrarent seinuicē: tunc nō moueret de aqua nisi quātū possidet corpus qḋ cecidit in illa ⁊c. Distinguit cōmētator de penetratione di. ꝙ duplex est penetratio. vz. ꝑfecta ⁊ iperfecta. penetratio ꝑfecta ē illa qua vnū qḋ īgreditur reliquū nō differt a loco ⁊ subiecto vt materia ⁊ forma in cōposito: ac etiā albedo ⁊ dulcedo in lacte. penetratio imꝑfecta est illa qua vnū alteri appropinquat occupās minorem locū ꝙ ante. non debem⁹ igitur aque ⁊ aeri attribuere penetrationē ꝑfectā: qm̄ aliter quādo ponere᷑ in aqua lapis tm̄ moueret precise ꝗtū occupat lapis cadens in aq̄. vnde si lapis sit pedalis quātitatis non oporteret plus moueri de aqua ꝙ pedale: quoniā ꝑ subintroitū partiū inuicē pedale tm̄ aque aut minus recederet ab extremitatib⁹ aeris. Nos etiā ab aere ⁊ aqua debemus remouere omnē penetrationē oīno: qm̄ tūc cū lapis caderet in aqua vel ī aere vna pars aliam moueret cōtinue absqꝫ rarefactione ⁊ cōdensatione vsqꝫ ad vltimā superficiē mundi: ⁊ sic non posset expelli vna pars aque vel aeris quin expelleretur vltima superficies mundi ꝙ est absurdū. Nō igitur inuenitur in aere ⁊ in aqua penetratio perfecta partiū inuicē: sed tm̄ imperfecta per cōdensationē. ⁊ dicit cōmentator ꝙ talia corpora non recipiunt a se cōdensationē ⁊ rarefactionē: sed a corporibus extrinsecis: quoniā secluso omni extrinseco corpore nō rarefieret neqꝫ condēsaretur aqua vel aer. ꝓpterea in proiectione lapidis nō ꝯdensatur aer neqꝫ rarefit a seipso intrinsece tm̄: sed ab extrinseco. vz. a ꝓijciente. primo .n. cōdensatur aer a ꝓijciēte: deinde per naturā suam rarefit cōdensando aerē īmediatū sibi aliter non fieret ꝓiectio per magnum spacium.

Quinto notandū ẜm cōmētatorē eodē cōmento ꝙ esse aeris ⁊ aque est eē ꝗsi me^m^ inter eē corꝑale ⁊ spūale. ẜm igit eē spūs accidit in ptibus aliqua penetratio. vñ videm⁹ diuersos motus non ipediri a se inuicem in aqua. ẜm vero corporeitatē expellunt seinuicē. Est igitur triplex esse ẜm cōmentatorē. vz. corporale tm̄ spirituale tm̄ ⁊ mediū inter corporale ⁊ spirituale. esse corporale tm̄ est illud cui non accidit aliqua penetratio sicut est esse ligni aut lapidis. non enim partes ingrediun᷑ inuicem neqꝫ inuicem appropinquāt: intelligendo per solū motū localem. esse spirituale tm̄ est illud cui non repugnat ꝑfecta penetratio: ita ꝙ habet totū suū esse simul: vel si haberet partes ille nō essent extra se inuicē: sicut cōtingit de substantiis abstractis a materia: ⁊ de formis intentionalibus. species enim sensibiles habent partē ⁊ partes: sed non partem extra partē: ideo in eis est perfecta penetratio. substātie aut abstracte nullam partem habent: sed si haberent etiā ille se perfecte penetrarent ideo habēt esse pure spirituale. esse autem mediū inter corporale ⁊ spirituale est illud cui accidit penetratio imperfecta: cuiusmodi est esse aque ⁊ aeris. inquātū enim participat naturā corporis sic diuersi motus locales seinuicem īpediunt: quia non possunt esse in eadē parte adequate diuersi motus locales ad contrarias differentias positionū. inquātū vero participat naturā spūs sic in diuersis partibus eius possunt eē diuersi motus ad contrarias differentias positionum. videlꝫ cōdensatio ⁊ rarefactio aut plures rarefactiones recipientes terminos contrarios.

Sexto notandum ẜz cōmētatorē eodē commento ꝙ motus in eis. vz. in aqua ⁊ in aere est qui transfertur per se: ⁊ lapis ꝓiectus de necessitate transfertur per translationē illius partis que defert motum ⁊ cessat illa cessante illa quidem pars non est eadem: nec ille motus etiam fit simul in partib⁹ pluribus: sed fit quasi successiue ⁊ ẜm translationē de vna parte in aliam vt accidit eis in quibus calor transfertur de vna parte in aliam: ⁊ vniuersaliter motus sagitte in aerem similis est multū motui nauis in vnda que portat eam qui estimatur esse vnus cum sit motus successiuus per inundationem que fit in aqua: ⁊ talis vndatio fit in aere. Ecce differentia quā assignat cōmentator inter motū aeris ⁊ motū lapidis proiecti: quia post separationē a manu motus aeris est naturalis: quia fit per virtutē receptam a ꝓijciente: ⁊ moue᷑ aer per se ratione illius virtutis: motus autē lapidis est violentus: quia non fit ab intrinseco: neqꝫ a virtute recepta ab alio: sed mouetur tm̄ ab aere: non quidē motu vno ⁊ continuo: sed diuersis motibus sicut ⁊ diuerse partes sunt aeris deferētes ipsū lapidem. prima igitur pars aeris illa .s. que recipit virtutem a ꝓijciēte defert per tempus illum lapidem qua cessante a motu ⁊ lapis cessat a motu: non quidē per tempus sed per instans: quoniā statim secunda pars recipiens virtutem a prima mouet eundē lapidē motu discōtinuo a motu prime partis: ⁊ sic cōsequēter vsqꝫ ad vltimam. Sicut enī calor in animali transfertur de vna parte in aliam partem: ita lapis de vna parte aeris transfertur in aliam partem: ⁊ sicut vnda maris portat per tempus nauim deinde transfert illam ad aliā vndā sic ꝙ estimatur ꝙ motus sit vnus ⁊ continuus: lꝫ sit successiuus ⁊ non continuus: ita in aere mouetur sagitta per diuersas inundationes aeris sic ꝙ prima inūdatio per tempus defert sagittā: deīde cāns scḋā inūdationē pellit sagittam ad illam: que quidē et per tēpus defert sagittam ⁊ faciens tertiā inundationē iterū pellit sagittam: ⁊ sic continue vsqꝫ ad finē. Intelligendū ꝙ cōmētator per calorem non intendit caliditatem in abstracto que est accidens: quia talis calor cum non transe

at de subiecto in subiectum non transfertur de vna parte in aliam partem: sed intendit per calorem spiritum calidum quem vna pars virtute anime transfert ad aliam partem: sicut igitur vna pars animalis per tempus detinet calorem: deinde transfert ad aliam partem: sic prima pars aeris per tempus detinet lapidem et portat illum secum: deinde transfert et pellit eum ad aliam partem et illa ad aliam et sic consequenter.

Septimo notandum secundum commentatorem eodem commento quod causa huius quod iste partes non omnes simul mouentur est penetratio que accidit eis inuicem. secundum enim hunc modum assimilantur eidem qui mouetur ab initio spacij vsque ad finem qui. s. mouetur per se. aqua enim et aer talem habent naturam quod cum accipiunt principium mouendi ab alio mouentur per se. secundum vero quod illa penetratio non est vera cum sit illic expulsio accidit quod motus expellentis et expulsi sint simul. causa autem huius omnino est quia hec corpora carent figura et multum vicinantur in natura nature materie. Hic commentator soluit aliquas questiones: quarum prima est ista. Propter quid in motu proiectionis non simul mouentur omnes partes aeris. Respondet commentator quod illud accidit eis propter penetrationem imperfectam ex parte condensationis: quia enim aer est corpus rarefactibile et condensibile: non oportet vna parte mota omnes alias moueri sicut contingit in corporibus terminatis quod vna parte mota omnes mouentur. ¶ Secunda questio. propter quid in motu proiectionis mouetur aer per se et non lapis. Respondet commentator: quia aer recipit principium mouendi actiue et passiue a primo mouente et non lapis. ¶ Tertia questio. propter quid aer et non lapis recipit principium mouendi a primo mouente. Respondet commentator quod hoc est ratione propinquitatis ad naturam prime materie: aer enim et aqua et huiusmodi corpora humida fluxibilia non sicca: neque terminabilia termino proprio sue figurationis sunt magne passibilitatis. corpora autem terminata termino proprio non sic appropinquant ad naturam prime materie cum enim sint ita passibilia.

¶ Quarta questio. propter quid totus aer in motu proiectionis dicitur moueri per se: cum nunquam moueatur secundum omnes suas partes. Respondet commentator quod sicut homo dicitur per se moueri a principio spacij vsque ad finem: licet nunquam moueatur quelibet pars eius: quia quando vnus pes mouetur alius quiescit: ita mouetur totus aer per se licet nunquam moueatur quelibet pars eius. aliquando ergo expellens et expulsum simul mouentur. s. pars aeris cum lapide. aliquando vero non simul mouentur: scilicet partes aeris successiue se impellentes: et hoc ideo: quia non habent veram penetrationem: neque sunt ex se terminata figura.

Sed dubitatur quoniam sequitur quod proiecta eque velociter mouentur in aqua sicut in aere quod est contra experientiam. et patet consequentia. ex quo proiectum mouetur tam ab aqua quam ab aere per virtutem receptam a primo proiiciente. tanto enim impetu potest moueri aqua quanto potest moueri aer: ideo tanta velocitate mouetur proiectum in aqua sicut proiectum in aere.

¶ Respondetur negando consequentiam. corpora enim terminabilia tale principium mouendi non recipiunt cum non sint condensibilia neque rarefactibilia per solum motum localem. aer autem et aqua recipiunt huiusmodi principium: cum sint bene passibilia rarefactibilia et condensibilia ex propinquitate ad naturam prime materie: sed non equaliter recipiunt illud principium: sicut non equaliter appropinquant ad naturam prime materie. aer enim cum sit magis passibilis et facilius condensibilis et rarefactibilis quam aqua: ideo magis recipit principium mouendi quam aqua: et consequenter proiecta in aere ceteris paribus velocius mouentur quam proiecta in aqua: cum actiuitas sit maior et resistentia minor. quod autem aer magis participet naturam prime materie quam aqua testatur philosophus primo huius quod ponentes aerem esse materiale principium rerum minus male dixerunt quam ponentes aliquod aliud elementorum: et ratio est assignata: quoniam aer minus sensibilis est quam aliquod aliud elementum: et est minoris actiuitatis et minoris resistentie: et consequenter maioris passibilitatis. constat autem has conditiones maxime competere prime materie cum ipsa sit per naturam suam maxime passibilitatis et nullius sensibilitatis actiuitatis vel resistentie vt est determinatum primo huius. et primo de generatione. (Pausat autem.) Postquam philosophus soluit dubium de motibus proiectorum a quo ipsa mouentur separata a proiiciente. primo consequenter declarat a quo recipiunt quietem post motum. Nam posset aliquis dicere ex quo talia proiecta mouentur ab aere secundum diuersas partes se inuicem impellentes: et cum non sit maior ratio quare vna portio aeris moueat aliam quin per idem illa aliam: et sic consequenter vsque ad finem totius elementi aeris: sequitur quod in omni motu proiectionis facto in aere mouebitur proiectum vsque ad concauum lune aut ignis. Respondet philosophus quod argumentum procederet si virtus motiua recepta a priori mouente continue maneret eque fortis: sed continue debilitatur sic quod in prima parte aeris est fortior et in secunda debilior: et in tertia adhuc magis debilis: et in tantum debilitatur virtus ista quod penultima pars in qua est huiusmodi virtus non potest dare vltime parti virtutem consimilem motiuam et expulsiuam: sed tantum tribuit illi moueri absque mouere. non enim ex omni expulsione imprimitur talis virtus in aqua vel in aere: sed requiritur fortis expulsio: et quanto expulsio est maior virtus impressa est fortior. Ideo in prima parte aeris virtus est fortior: quia expulsio est maior facta a primo expellente. In secunda parte aeris virtus est debilior: quia expulsio est minor: et sic consequenter remittitur et debilitatur virtus sicut minoratur expulsio. tandem autem fit expulsio ita debilis: quod per illam non aggregatur virtus motiua: ideo propter paruitatem et diminutionem expulsionis facte a penultima parte in vltimam partem non causatur virtus illa in vltima parte: et consequenter quiescit proiectum in parte illa: et ad quietem illius partis vltime quiescit totus aer a principio vsque ad finem. Lege litteram. (Pausat autem aliquid scilicet ipsum proiectum cum minor fiet virtus mouendi in habito) i. in aere consequente quam in precedente (tandem autem quiescit cum mouere amplius non faciat quod prius mouens) faciebat. (Sed motum solum hic autem necesse simul pausare. hoc quidem mouens) scilicet penultima pars aeris (hoc autem motum) vz. proiectum (et totum motum) aerem necesse est quiescere. s. ad quietem vltime partis. Tex. com. 82.

Notandum secundum commentatorem commento. 82. quod motus harum partium: ideo quiescit: quia virtus motiua non cessat diminui et deprimi in illis partibus que mouent se inuicem successiue adeo quod in vltima parte non rema-

net mouere sed solūmodo moueri. Ecce q̄ fm philosophū ⁊ cōmentatorez expulsio fit ab aere per virtutez ipressaz a ꝓiciēte de nouo. Si enīz fieret a forma substantiali aeris vel a sua leuitate motus esset cōtinuus sicut continua est forma aeris a principio vsq̧ ad finē non etiā diminueret virtus sicut non diminuit forma aeris ⁊ in vltima pte esset mouere sicut mouet: ex quo in illa eque bene manet forma aeris tam substantialis q̄ accidentalis sicut in aliqua partium precedētiuz. nō etiaz est talis virtus cōdensatio nec rarefactio vt dicit Egidius: qm̄ talis virtus aliqñ continue fieret fortior sicut condensatio fit maior q̄ est contra philosophuz ⁊ in vltima parte esset talis v̄tꝰ sicut ēt in eadez est cōdensatio ⁊ rarefactio q̄ est contra cōmentatorez: sꝫ hec virtus est quedam naturalis potentia de secunda specie qualitatis sicut virtus magnetis.

Sed dubitatur de generatiōe talis virtutis vtrum subito aut successiue generetur. si subito virtuz āte ꝓiectiōez vel post: non ante proiectionem: quoniaz per tempus staret huiusmodi virtus absq̧ motu q̄ nō concederet philosophus vel cōmentator: non etiaz post: quia aut daretur vltimuz non esse rei permanentis: aut expulsio per tempus fieret absq̧ tali virtute cuius oppositum est determinatuz. Si autē successiue inducitur virtus illa sequitur q̄ motus violentus erit velocior in fine q̄ in principio cuius oppositū ponit philosophus tam in isto octauo q̄. 2. ce. ¶ Item sequitur q̄ aliqua qualitas sit motiua ad omnez differentiā positionis. videlicet sursuz deorsuz ante ⁊ retro: a dextris ⁊ a sinistris: quoniam ꝓiectuz potest moueri ab impellente secūdū omnē talem differentiaz: ⁊ cōsequēter sequit̄ q̄ rei permanentis datur vltimuz instans esse: quoniaz in ꝓiectione lapidis ad parietez in instanti contactu videtur desinere illa virtꝰ secūdū se ⁊ quodlibet sui. ¶ Ad primuz dicitur q̄ talis virtus cuꝫ sit qualitatis spiritualis de secunda specie qualitatis generatur subito ⁊ in istāti: sicut virtus magnetis impressa ferro ⁊ non per tempus ante ꝓiectionez generatur talis virtus: sed in istanti in quo incipit ꝓiectio ⁊ expulsio in quo instanti illa virtus non mouet: sed imediate post: neq̧ huiusmodi generatio fit absq̧ dispositione precedente: quoniā fit per penetrationez imperfectaz que est condensatio per cōmentatorez. sicut enīz leuitas inducitur in vaporem per rarefactionez precedentez: ⁊ deperditur per cōdensationem: ita econtra talis virtus iducitur in aere: ⁊ in aqua per condensationez non tamen quācunq̧ indifferenter sed determinataz: ⁊ deperditur per rarefactionem. sicut igitur cōdensatio ꝓcedit successiue: nō tamen successiue acquiritur virtus data: sed subito ⁊ indiuisibiliter sicut sanitas ⁊ figura: ita rarefactio ꝓcedit successiue: non tamen successiue deperditur virtus illa: sed subito ad moduz sanitatis ⁊ figure seu qualitatis itroducte a magnete in ferro. ¶ Ad secunduz dicitur q̄ illud non est incōueniens de qualitate spirituali: virtus enim magnetis mouet ferruz ad omnez differentiaz positionis: sic ⁊ virtus impellētis generata in aere vel in aqua: ⁊ sicut virtus magnetis incipit tota simul ꝑ positionem de presenti: ⁊ desinit tota simul per remotionē de presentia: ita ⁊ virtus ꝓiciētis: neq̧ in contactu lapidis aut pile ad parietez ꝓiecte desinit illa virtꝰ: sed post illud instans: ⁊ quoniā inter tales duos motus rectos cadit quies temporalis media in aliquo instanti illius temporis desinit illa virtus per remotionez de presentia ⁊c. (Hoc quidem igitur.) Ex predictis philosophus concludit duo correlaria quorum primum est: Tex. q̄ motus proiectoruꝫ non est vnus ⁊ cōtinuus. probatur. ille nō est motus vnus ⁊ cōtinuus qui fit a pluribus motoribus successiue: sed motus ꝓiectoruꝫ ē huiusmodi: igitur ⁊c. patet cōsequētia cuꝫ maiori. q2 sicut ad vnitatem ⁊ continuitatem motus requiritur vnitas mobilis: ita etiaz vnitas motoris: vt ostēsuz est supra. minor vero est nota ex determinatis hic: quoniaz talis motus fit a pluribus partibus aeris: quaruz vna alteram tangit: vel est illi imediata. sicut enī motus nauis ex inūdatione procellarum videtur esse continuus ⁊ non est continuus: quia fit a diuersis procellis inuicez succedentibus: ita ⁊ motus ꝓiectoruꝫ apparet ꝯtinuus ⁊ non est continuus. hec enim est conditio corporū indeterminatorum ad motuz ⁊ quietem. s. rarefactibiliuz ⁊ condensibiliuz non habentiuz ex se figuraz q̄ de facili se expellunt ⁊ de facili mouētur: ideo motus factus in eis ꝓpter expulsionem partuz inuicem non est continuus. apparet autez esse continuus: quia non percipitur quies meꝰ. Lege litteraz. (Hoc quidem igitur) est necessarium (in contingentibus aliquādo quidē moueri: aliquando quidem quiescere) cuiusmodi sunt aqua ⁊ aer q̄ in eis (fit motus eternꝰ continuus sed videtur: aut enīz cōsequēter entiuz) est talis motus (aut tangētiuz. non enim vnuz mouens) tm̄ est (sed habita). i. cōsequenter se habentia plura (ad inuicē sunt.)

Notandum primo fm cōmentatorē cōmento ⁊. q̄ talis motus nunquā potest fieri in corpore celesti. hoc enim corpus semper moueri innatuz est: hic vero. s. aqua ⁊ aer aliquādo mouētur aliquādo quiescunt. Cōmentator assignat causam ꝓpter quā motus proiectionis fit in aqua ⁊ in aere: non autem fieri potest in celo: quoniam talis motus nō potest fieri nisi in corpore īdeterminato ad motuz ⁊ ad quietem: ita q̄ ex se indifferēs sit moueri ⁊ quiescere. celum autez necessario mouetur: iō nō potest fieri in eo: bene autez fit in aq̄ ⁊ in aere ⁊ in alijs corporibus humidis fluxibilibus: quia talia sunt indifferentia ad motuz ⁊ ad quietem.

Secūdo notanduz fm cōmentatorez eodem cōmento q̄ motus cōtinuꝰ non potest esse nisi vnius motoris ⁊ vnius moti. hic autem motor non est vnus sed plura que succedunt. sibi inuicez tali modo q̄ vnus mouet post aliuz successiue vnaz rem motaz: ⁊ talis successio est ꝓpria eis q̄ mouentur in corporibus humidis simplicibus. Et si cōmentator dixit quinto huius q̄ ad continuitatez motus sufficiunt tria: videlꝫ mobile: tempus: ⁊ terminꝰ ad quez non faciens mentionez de motore: neq̧ de termino a quo non intendebat excludere illa: sed intēdebat illa tria oino distincta concurrere. motor autē nō semper distinguitur a mobili cum idem sit motor ⁊ mobile aliquādo: neq̧ terminus a quo est semper distinctꝰ a termino ad quez: vt patet in motu circulari vbi idem est terminus a quo ⁊ ad quem. ¶ Intelligenduz q̄ cōmentator loquitur de vnitate motoris formaliter aut virtualiter vel equiualenter: quoniā pluralitas motorum simul mouentiuz idem mobile non impedit continuitatez motus vt patet de motu nauis tracte a pluribus trahētibꝰ sit de cōtinuꝰ: q2 motores sunt illi virtualiter aut equalēter vnꝰ motor. vbi aūt trahētes nō sil mouerēt sꝫ successiue sic motꝰ nō eēt ꝯtinuꝰ. Sꝫ difficultas est vtruz motꝰ nauis sit cōtinuꝰ: dato q̄ vnus mo

totuz maneat continue a principio vsq ad finez: ⁊ alij successiue occurrant in mouendo cum eodez motore. ¶ Respondet ꝙ si ille vnus motor sufficiat ad mouē duz iste motus est continuus: non obstante ꝙ plures motores successiue occurrant ⁊ velocior sit cuz illis ꝙ̄ sine illis: q2 pro q̄libet istanti tp̄is mensurantis motū potest ille motus inesse. Si eniz ꝓijceretur lapis deorsuz ille motus est vnus ⁊ continuus: lz plures motores successiue occurrant: videlz plures partes aeris impellentes illuz: quia idez motor manet per totuz: videlicet forma substātialis aut grauitas: est etiaz idez motus velocior si ꝓijciatur lapis deorsuz per expulsionem ꝙ̄ si moueretur tm̄ ab intrinseco: neq hoc tollit

Tex. cō.22 continuitatem motus. (Unde ⁊ in aere.) Secundum correlariuz. motus ꝓiectoruz non est motus antiperistasis. istud correlariuz procedit contra platonicos dicentes motuz proiectionis factuz in aere ⁊ in aqua esse motuz per antiperistasiz: idest per successionez: ⁊ contra resistentiam partiuz aeris ⁊ aque: sed istud nō est possibile: neq per viaz antiperistasis potest bene solui dubiū tactuz: sed soluz eo modo quo dictuz est: quoniam tres sunt effectus antiperistasis: quoruz primus ē oīa simul mouere ⁊ omnia simul moueri: sic ꝙ vno mouēte omnia mouent: ⁊ vno moto omnia mouentur. Secundus effectus est omnia simul quiescere: sic ꝙ vno quiescente omnia alia quiescunt: vt contingit in corporibus terminatis. Tertius effectus est continuitas motus: quoniaz motus factus per antiperistasim tot⁹ est continuus a principio vsq ad finem. Sed in motibus proiectoruz deficiunt iste conditiones cuz non moueat secūda pars aeris mouente prima: neq moueatur tertia pars mota secunda parte. nō eniz quiescente vna parte alie quiescunt: cuz non quiescant partes posteriores q̄escentib⁹ ptib⁹ prioribus: nō etiā est ibi continuitas motus cuz motus ꝓiectoruz in aere ⁊ in aqua fiat a pluribus motoribus successiue non simul cōcurrentibus. Lege litteram. (Unde ⁊ in aere ⁊ in aqua fit huiusmodi motus) ꝓiectoruz (quā quidaz dicunt antiperistasim esse. Impossibile autez aliter opposita soluere) dicte durationis (nisi hoc modo: antiperistasis autē simul omnia moueri facit ⁊ mouere: quare ⁊ quiescunt) omnia simul (nunc autez) ipsuz proiectuz (videt vnuz aliquid quod mouetur continue a quocunq) ꝓijciente moueatur (nō enī ab eodē) mo⁹ sz a diuersis.

Notandum ꝑm cōmentatorem cōmento. 82. ꝙ iste motus videlicet ꝓiectionis a quibusdaz hominibus attribuitur successioni: idest dicunt successionez esse causam illius: scilicet successionez partiuz aeris expulsi in loco cuz prima pars aeris que expellit partē aeris subsequētē: ⁊ succedit ei ī illo loco: ⁊ sic scd̄a tertiā ⁊. 3ª q̄rtā: ⁊ vnaqueq precedenti cedit: ⁊ ꝓ hoc appellant huius⁹ motum motuz successiuuz opinantes successionez esse causam motus illius q̄d ꝓijcitur in aere aut in aqua. Istō cōmentuz exponitur per id quod dicit cōmentator q̄rto huius. cōmento. 68. ꝙ proiecta mouent ab aere aut ꝑm successionez ꝑm ꝙ dicit plato. vel ꝑm translationē vt dicit Aristoteles vbi distinguit inter opinionez platonis ⁊ Aristotelis. cōuenerunt eniz Aristoteles ⁊ plato in hoc ꝙ quilibet eoruz asseruit ꝓiecta post separationez a primo ꝓijciente moueri ab aere. disconuenerunt autez: quia plato dixit solaz successionez partium aeris esse causaz motus proiectoruz. Aristoteles autez dixit translationez proiecti vltra successionez esse causam motuum illorum. Opinatus est enim plato ꝙ ex eo tantuz proiecta mouentur in aere: quia vna pars alteram expellendo eidem succedit in eodem loco: vt patet in motu aque in quez cadit lapis a quo fit prima circulatio: que quidem expellit secundaz intrans locuz eius: ⁊ secunda expellit tertiam replens locuz quē euacuauit: ⁊ sic consequenter vsq ad finem. ¶ Ista opinio non potest stare: quia si essent quattuor lapides se inuicem tangentes. a. b. c. d. pellens. a. ad locum. b. pelleret. b. ad locum. c. ⁊. c. ad locum. d. ⁊ sic indubie esset successio pulsionis non tamen esset proiectio: igitur sola successio in partibus aeris non est causa motus ꝓiectorum. Preterea bene dicit philosophus ꝙ in tali motu quē platonici antiperistasim vocauerunt: idest successionem pulsionis vno mouente omnia mouentur: ⁊ vno moto omnia mouēntur: ⁊ vno quiescente oīa quiescunt vt patet. nam moto. a. mouēntur. b. c. d. ⁊ ecōtra: ⁊ quiescente. a. quiescunt. b. c. d. ⁊ econtra. talis etiā motus potest esse continuus si continuentur inuicem. a. b. c. d. sicut inuicem continuantur partes aeris inuicem ⁊ partes aque. ¶ Aristoteles autem imaginabatur ꝙ preter successionem pulsionis requiritur motus translationis per condensationez ⁊ rarefactionem factam in aere vel in aqua: aut in altero corpore fluxibili humido non terminato: qui motus translationis diuiditur in duas partes: quarum vna est delatio. i. vectio vl̄ portatio: ⁊ alia ē expulsio: ita ꝙ sicut in vndatione maris vna procella defert per tempus nauim in quo causat aliam procellam ad quaz expellit nauim. ita in aere prima pars condensata stante condensatione secum portat lapidem. cum autem incipit rarefieri aliam partem aeris condensat ad quaz proijcit lapidē vna cum virtute motiua: ita ꝙ non est portatio tantuz neq expulsio tantuz: sed ambo motus simul concurrunt ad omnem partem recipientem virtutem motiuaz ⁊ cetera. ¶ Ex predictis sequitur primo ꝙ non cōsimiliter accipitur hic antiperistasis. ⁊ in libro metheororum. quoniam hic accipitur tantuz pro successione pulsionum: ibi autem pro motu contrariorum se fortificantium per actionem ⁊ passionem: neq negat hic Aristoteles antiperistasim in motibus proiectoruz cū sit necessarium talem antiperistasim esse: sed negat solam antiperistasim esse causam talium motuum.

¶ Secūdo sequitur ꝙ non intendit cōmentator quarto huius. proiectum portari per totum motum ab aere quē primus mouens proijcit cuz lapide vel cum sagitta vt multis sibi imponat: quia tunc motus totus esset continuus ꝙ est contra eum hic: sed solum intendit ꝓiectionez fieri non tantū per expulsionem partium aeris vel aque: sed etiam per delationem proiecti ⁊ expulsionez eiusdem ab vna parte ad aliam partem per motum rarefactionis ⁊ condensationis: ⁊ ꝑ virtutem receptam a primo ꝓijciente.

Secundo notandum ꝙ preter has duas opiniones recitatas scilicet Aristotelis ⁊ cōmentatoris. fuerunt due alie famose asserentes non tenendum esse aristotelem neq platonem in opinione de motibus proiectorum: quarum vna est antiqua. di. ꝙ proiectio fit per hunc moduz: cū enim proiectū separatur a primo mouente diuidit violenter aerem anteriorem quo diuiso clauditur aer posterior magno impetu vehementer in loco in quo primo erat proiectum ⁊ pellit proiectum vltra. dicit ergo hec opinio ꝙ motus proiectorum causatur: non per


succeſſionem pulſionum vt dixit plato. neqꝫ per tranſ-
lationem vt dixit ariſtoteles ſed per fugaꝫ vacui. quo-
niam ne fiat vacuuꝫ aer poſterior inſequitur ⁊ iterum
aer diuiſus derelictus a proiecto magno ſpatio reclau-
ditur: ex quorum motibus inuicem contrapellitur p-
iectum. ¶ Sed iſta opinio non poteſt ſtare: quoni-
niam non apparet quin quodlibet proiectum moue-
retur vſqꝫ ad concauum celi: quoniam cuꝫ ſemper ma-
neat equalis fuga vacui ⁊ equalis ſequela aeris po-
ſterioris: ⁊ equalis interclusio aeris collateralis p-
iecto ſemper debet proiectum moueri vſquequo inue-
nit obſtaculum. ¶ Item natura non intendit expelle-
re corpus ſed tantum ſibi vniri: igitur poſtquam re-
pletum eſt vacuum non vltra debet proijci lapis aut
ſagitta: et ſi proijcitur non per tantam diſtantiam de-
bet pelli: neqꝫ tanta velocitate. videmꝰ eniꝫ aerem ſe-
qui aquam ne fiat vacuum abſqꝫ expulſione aque: ⁊
cum ſcinditur pãnus partes aeris velociter interclu-
duntur: non tamen expellunt pannum. ¶ Deinde nõ
poſſet hec opinio aſſignare cauſam propter quam ad
maiorem diſtantiam proijcitur ſagitta quam lapis: ⁊
lapis quam pluma tante quantitatis: non etiam pro-
pter quid fortius penetrat lancea longior quam bre-
uior eiuſdem latitudinis ⁊ profunditatis: neqꝫ bene
aſſignabitur cauſa propter quam rota vel ſphera aut
trocus circulariter mouetur tanta velocitate ⁊ per tẽ-
pus tante durationis in abſentia primi mouentis.
¶ Alia opinio eſt moderna que iam communiter te-
netur dicens ꝙ motus proiectorum quieſcente primo
proijciente fit a virtute impreſſa in lapide vel in altero
proiecto ſic ꝙ primum proijciens dat virtutem lapi-
di baculo ⁊ ſagitte mouendi ad illam differentiam po-
ſitionis quam reſpicit: ſicut magnes tribuit ferro vir-
tutem attractiuam per quam ferreuꝫ mouetur ad ma-
gnetem ſecundum omnem differentiam poſitionis: ⁊
quoniam hec virtus continue debilitatur vſqꝫ ad nõ
eſſe: ideo lapis velocius mouetur circa principiuꝫ quã
circa medium: ⁊ circa finem ⁊ in fine quieſcit: ⁊ quia ſa-
gitta plus recipit de hac virtute quam lapis: ⁊ lapis
quam pluma: ideo ad maiorem diſtantiam maiori
velocitate mouetur ſagitta quam lapis ⁊ lapis quam
pluma: ⁊ hac eadem cauſa fortius penetrat lancea
longior quam breuior. circulus autem mouetur poſt
ſeparationem proijcientis a virtute ſibi data ab ipſo
proijciente. ¶ Iſta opinio poteſt roborari proban-
do motum proiectorum non poſſe fieri ab aere ſe-
quente proiectum: neque circundante eum in toto vel
in parte: ⁊ primo quia videre in aere moto ſpheram
aut trocum moueri circulariter ſagittam etiam pelli
contra ventum: quorum nullum eſſet verum ſi ſphe-
ra aut ſagitta moueretur ab aere moto ab ipſo proij-
ciente: quoniam cum talis aer deficiat per ſubintroi-
tum ſucceſſiuum alterius aeris aut venti flantis non
habentis illam virtutem: ſequitur ꝙ ſtatim in abſen-
tia primi mouentis deberet ceſſare motus circuli ⁊ ſa-
gitte. ¶ Secundo quia aliter ſequitur ꝙ tanta veloci-
tate ⁊ ad tantam diſtantiam poſſes tu mouere lapideꝫ
non tactum a te ſicut lapidem tactum a te quod eſt con-
tra experientiam. ⁊ probatur conſequentia. quoniam
lapis tactus mouetur ad magnam diſtantiaꝫ propter
virtutem receptam in aere: ſed tantã virtutem poteſt
recipere aer a proijciente non tangente lapidem: ſicut
tangente: igitur ⁊ cetera. patet conſequẽtia cum maio-
ri. minor vero eſt nota. quia tanto impetu potes tu ex-
pellere aerem ſine lapide immediato ibi ſicut cum la-
pide exiſtente in manu tua. ¶ Tertio ſequitur. data
opinione Ariſtotelis quod ſaltans mouetur ab aere
inſequente vel circundante quod eſt abſurdum: quia
mouetur ab anima. ⁊ patet conſequentia. quia expel-
lit ſeipſum de loco ad locum. Si etiam proijceretur
terra pura deorſum: aut ignis purus ſurſum deberet
dici ꝙ ille motus non eſſet ab intrinſeco: ſed ab extrin-
ſeco: videlicet ab aere ⁊ non naturalis ſed violentus:
que omnia ſunt falſa. ¶ Quarto ſequitur ꝙ tu ſem-
per ad tantam diſtantiam deberes mouere pilam la-
neam vel lineam ad quantam lapideam vel ferream
eiuſdem quantitatis ⁊ figure: ꝙ eſt contra experientiaꝫ
⁊ patet conſequentia: quia quodlibet illorum potes
proijcere equali conatu ⁊ aere ſemper conſimilis di-
ſpoſitionis recipientis continue virtutem equalis for-
titudinis. Et non ſolum hec inſtantia premit. veruꝫ eti-
am omnes alie inducte contra opinionem ſaluantem
motum proiectorum per fugam vacui. ¶ Et licet hec
opinio communiter teneatur: nõ tamen vera eſt: quo-
niam data illa ſequitur ꝙ motus lapidis ſurſum non
eſt violentus ſed naturalis contra determinationem
omniuꝫ philoſophoruꝫ. ⁊ probatur conſequentia.
nam motus naturalis eſt ille qui eſt a pricipio intrin-
ſeco vel extrinſeco pferente vim paſſo: vt probatur ter-
tio ethicorum: quoniam motus vaporum ⁊ exalatio-
num eſt naturalis: non obſtante ꝙ fiat a principio ex-
trinſeco: quia fit per virtutem receptaꝫ ab illo extrinſe-
co. motus etiam ferri ad magnetem eſt naturalis: quia
fit a principio extrinſeco conferente vim ipſi paſſo per
quaꝫ mouetur. Si quidẽ igitur lapis quando proijci-
tur ſurſum recipit virtutem a proijciente per quaꝫ mo-
uetur illo motu in abſentia proijcientis neceſſe eſt mo-
tum illum eſſe naturalem. ſic etiam loquitur cõmenta-
tor tam hic quã quarto huius de motu aeris proie-
cti cum lapide ꝙ ille motus aeris eſt naturalis: quia fit
per principium receptum ab extrinſeco. motus autem
lapidis eſt tantuꝫ violentus: quia non recipit huiuſmo-
di principium. ¶ Item ſequeretur ꝙ motus lapidis
proiecti eſſet continuus a principio vſqꝫ ad finem: ex
quo continuatur virtus illa: cuius oppoſitum declara-
tur a cõmentatore per ſimilitudineꝫ inundationum cir-
cularium aque ⁊ procellarum maris. non igitur recipi-
tur talis virtus in corporibus terminatis: ſed ſoluꝫ in
corporibus ex ſe figuram non habentibus: neqꝫ per
illam poſitioneꝫ ſaluantur experientie: quoniam ſicut
velocius aliquando proijcitur pila ferrea quã lignea
eiuſdeꝫ quãtitatis ⁊ figure: quia plus recipitur de illa
virtute in pila ferrea quaꝫ lignea: ita arcus vel baliſta
ad maiorem diſtantiam deberet proijcere ſagittaꝫ fer-
ream quaꝫ ligneaꝫ: cuius oppoſituꝫ experimur. ⁊ pa-
tet conſequentia. quia plus de illa virtute recipit ſagit-
ta ferrea quaꝫ lignea.

Ad primum dicitur ꝙ ſi eſſet tan-
tus flatꝰ aeris aut vẽ-
ti ſuperuenientis ꝙ aereꝫ habenteꝫ virtuteꝫ motiuam
omnino ſubtraheret tam a ſphera quaꝫ a ſagitta ſta-
tiꝫ deficeret motus in eis. vbi autẽ maneat aer cuꝫ to-
ta virtute equevelociter fit motꝰ cuꝫ vẽto ſicut ſine vento. Si
aũt in pte remouetur ⁊ nõ introducitur virtus in ali-
quo alio ſuperueniẽte motus fit debilior cuꝫ vento ꝗ̃
ſine illo: ⁊ vbi tolleretur aer primus omnino ⁊ ſuper-

ueniret alius recipiens ab illo virtutem motiuam adhuc flante vento moueretur tam circulus quam sagitta. ¶ Ad secundum negatur consequentia: quia vt dictum est motus expulsionis presupponit motum delationis: ⁊ quoniam lapis distans a proiiciente aerem versus illum non portatur ab aere in recipiendo illam virtutem: ideo consequenter illum non expellit.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ saltans non est proprie proiiciens: quia philosophus loquitur hic de proiiciente proprie dicto cessante a motu post cuius quietem mouetur proiectum. elementa autem proiecta ad loca naturalia naturaliter mouentur: quia motus ille non tantum fit ab extrinseco: sed etiam ab intrinseco. neqꝫ loquitur philosophus de talibus proiectis habentibus in se principium sui motus: sed de proiectis violenter carentibus huiusmodi principio. ¶ Ad quartum dicitur ꝙ sicut eadem grauitas numero velocius mouet cum vna figura quam cum alia: ⁊ idem artifex melius operatur cum vno instrumento quam cum alio eiusdem rationis: quia melius applicatur ad vnum instrumentum quam ad aliud: ita eadem virtus numero aliquando velocius mouebit vnum graue quam aliud eiusdem quantitatis ⁊ figure propter meliorem applicationem virtutis ad vnum eorum quam ad aliud: ⁊ ista est causa propter quam velocius mouetur lapis quam pluma ⁊ velocius vna sagitta quam alia consimilis quantitatis ⁊ figure: ⁊ magis penetrat vna lancea quam alia. sphera autem ⁊ trocus in absentia primi mouentis mouentur ab aere circundante recipiente virtutem per quam vna pars aliam pellit non solum aeris: sed etiam sphere aut troci: sic ꝙ non solum .a. pars aeris circularis mouet .b. partem aeris immediatam sibi: sed etiam mouet partem sphere ⁊ troci tam deferendo quam expellendo eo modo quo dictum est de motu recto iuxta doctrinam Aristotelis ⁊ commentatoris hic expressam ⁊ quarto celi.

Tex. co. 83.



Quoniam autem in his.) Ista est secunda pars huius capituli in qua determinata questione faciente ad sequentia. exequitur de intento per quattuor conclusiones: quarum prima est ista. Primus motor est tantum vnus. Secunda conclusio. primus motor est infatigabilis ibi. (Mouens igitur.) Tertia conclusio. primus motor est in circunferentia primi mobilis ibi. (Necesse autem est.) ¶ Quarta conclusio. primus motor est impartibilis nullam habens magnitudinem ibi. (Determinatis autem his.) ¶ Prima conclusio arguitur sic. motus vnus ⁊ continuus est tantum vnius mobilis ⁊ vnius motoris: sed primus motus est vnus ⁊ continuus: igitur primus motus est vnius primi mobilis ⁊ vnius primi motoris ⁊ per consequens primus motor est tantum vnus. tenet consequentia cum minori ex determinatis in isto octauo tractatu tertio. maior autem est probata tam in hoc capitulo quam in quinto huius. probatum enim quinto huius ꝙ ad vnitatem ⁊ continuitatem motus requiritur vnitas mobilis non quidem indiuisibilis sed diuisibilis: quia indiuisibile non mouetur nisi per accidens vt est probatum sexto huius. In prima autem parte huius capituli probatum est motum proiecti ideo non esse vnum: quia fit a pluribus motoribus successiue. omnis igitur motus vnus ⁊ continuus debet esse vnius mobilis ⁊ vnius motoris. Lege litteram. (Quoniam autem in his que sunt necesse est semper motum esse continuum) .s. motum celi (hic autem vnus est. necesse autem vnum) motum vnius mobilis (magnitudinis alicuius esse. non enim mouetur impartibile) nisi per accidens: necesse etiam est ꝙ (⁊ vnus) motus (ab vno) motore fiat (non enim erit continuus, motus si a pluribus motoribus fiat (sed habitus) .i. consequenter se habens (alter aliquando ⁊ diuisus) per discontinuationem.

Notandum

secundum commentatorem in commento .83. ꝙ motus non est nisi corporis: quoniam ꝙ non est corpus non mouetur vt in sexto declaratum est. ⁊ huius corporis si est motus continuus necesse est ipsum esse vnum sicut oportuit hec in motore: ex quo sequitur ꝙ motus continuus sit vnius moti ⁊ vnius motoris. nam si hoc non esset non esset motus continuus sed successiuus ⁊ multus. Sed huic commento vna cum textu videtur obuiare id quod dicit ipse commentator .12. metaphisice. videlicet ꝙ motus celi est a motore coniuncto ⁊ separato: igitur motus vnius ⁊ continui est multiplex motor. ¶ Respondetur ꝙ vnius motus continui esse plures motores intelligitur dupliciter aut simul aut successiue. ꝙ plures sint successiue illud est impossibile: sed ꝙ sint plures simul concurrentes hoc est necessarium: quia aut illi sunt partiales ⁊ sic sunt vnus motor equiualenter: vt plures homines simul trahentes vnam nauem aut sunt totales: ⁊ sic sunt vnus motor virtualiter cum semper vnus moueat in virtute alterius: ⁊ sic non inconuenit motum celi esse a duobus motoribus: quorum vnus est separatus: videlicet primus motor: ⁊ alter coniunctus: scilicet quelibet intelligentia applicata ⁊ appropriata alicui orbium celi. ¶ Sed est dubium quomodo primus motor est separatus: ⁊ quilibet aliud est coniunctus: cum primus motor sit eque appropriatus sicut alii motores orbium. primus enim motor appropriatur toti celo: ⁊ motores orbium appropriantur partibus celi. motores etiam particulares sunt eque indiuisibiles ⁊ immateriales nullam transmutationem habentes per se vel per accidens: sicut primus motor: igitur sunt eque motores separati sicut primus motor. ¶ Dicendum ꝙ aliquis motor potest dici coniunctus quadrupliciter. primo quidem per inherentiam tantum: ⁊ sic forma elementi existens in mixto est motor coniunctus per inherentiam tantum: quia non informat ex quo non fit vnum per se ex illo ⁊ materia. bene autem dicitur inherere: quia educitur de potentia materie. ¶ Secundo. aliquis motor dicitur coniunctus tantum per informationem sicut intellectus humanus qui informat ⁊ non inheret: informat quidem in quantum ex eo ⁊ materia fit vnum per se non autem inheret quia non educitur de potentia materie. ¶ 3° aliquis motor dicitur coniunctus vtroqꝫ modo .s. per informationem ⁊ per inherentiam: ⁊ sic est motor coniunctus quelibet forma substantialis elementi ac etiam mixti animati educta de potentia materie faciens vnum per se cum materia. ¶ Quarto dicitur aliquis motor coniunctus per dependentiam, videlicet in quantum non potest agere neqꝫ mouere nisi coniungatur cum alio priori motore virtute cuius moueat ⁊ agat ⁊ isto modo quilibet motor celi preter primum dicitur motor coniunctus: quia non potest agere nec mouere: nisi coniungatur priori motori: ipse autem primus motor est simpliciter separatus cum non moueat neqꝫ agat per conuersionem aut per coniunctio-

onem ad alium motorem si agit propria virtute ⁊ mouet: ceteri autem motores agunt ⁊ mouent virtute illi9: vt testatur ipse cōmentator duodecimo metaphisice. tō dicit ibidem ꝙ primus motor est infinite motionis ⁊ **Tex. cō. 83.** quilibet alius finite motionis tantū. (Mouēs igitur) ¶ Secunda conclusio. Primus motor est infatigabilis. Probat istam conclusionem philosophus dupliciter ⁊ primo sic: Primus motor est tm̄ vnus p primam conclusionē: aut igitur in mouendo mouetur aut in mouendo non mouetur. si in mouendo non mouetur igitur est infatigabilis: patet consequentia: quia fatigatio non prouenit aliunde nisi quia mouens in mouendo mouetur vt inductiue patet. Si autem primus motor in mouendo mouetur ⁊ cum non contingat procedere in infinitum in mouentibus ⁊ motis per se vel p accidens vt est ostensum septimo ⁊ octauo huius: igit est deuenire ad motorem immobilē tam per se ꝙ p accidens: ⁊ per consequens cum iste sit primus motor sequitur ꝙ primus motor in mouendo nullo mō mouetur: igitur est infatigabilis. Le. li. Mouens igitur vnū) quod est primus motor (aut motum mouet aut) mouet (immobile existens: siquidem igitur consequi oportebit ipsum mobile ⁊ mutari ipsum primum mouēs. (simul autem) cum hoc quod mutabitur oportebit ipsum moueri ab aliquo alio (quare stabit aliquando ex quo non proceditur in infinitum (⁊ veniet in ipsum moueri ab immobili: hoc autem non necesse est simul mutare) se ipsum ⁊ rem motā per ipsum (sed semper poterit moueri) absq3 eo ꝙ moueatur (infatigabile enim est sic mouere. ¶ Secundo arguit sic philosophus: Primus motus est vniformis ⁊ maxime regularis: igitur primus motor est infatigabilis. patet consequentia: quia ex opposito sequitur oppositum. Si enim primus motor fatigaretur ipse debilitaretur: sed velocitas in motu sequitur proportionem potētie motiue ad suam resistētiam: igitur primus motus esset aliquando tardior ꝙ iam est ⁊ consequenter difformis ⁊ irregularis: antecedens probatur scilic3 ꝙ prim9 motus est vniformis ⁊ maxime regularis. neq3 est cura vtrum sit ipse tantum vniformis vel alius ab eo sit etiam vniformis: quoniam primus motor nullam mutationem habet omnino: igitur primum mobile nullā mutationem habet preter mutationem localem quam recipit a primo motore: patet consequentia: quia si aliam reciperet illa esset mutatio ad formam per quam celum transmutaretur: quod quidem esse non posset absq3 mutatione primi motoris per se vel per accidēs. ¶ Tunc arguitur sic: Primum mobile nullam mutationem recipit preter localem: igitur primus motus qui est motus eius est vniformis ⁊ maxime regularis: patet consequentia: quia difformitas ⁊ irregularitas motus non inuenitur nisi in mobilibus aliam mutationem habentibus ꝙ localem vt patet inductiue. Le. li. Et regularis hic etiam motus est) scilic3 primus motus (aut solus) ipse regularis est (aut maxime) regularis (non enim habet mutationem neq3 vnam mouens) primū: (oportet autem neq3 quod mouetur iuxta illud) idest ab illo immediate (habere mutationem) aliam preter localem quatenus similis sit motus, idest vniformis ⁊ regularis.

Notādu3 primo ſm cōmentatorē cōmento octuagesimotertio ꝙ (iste motor non mouetur cu3 mouet: ideo non accidit ei fatigatio in sua motione qd non accidit motoribus qui cum mouent mouentur. causa autē fatigationis nihil aliud est ꝙ ꝙ motor moueatur quando mouet: hoc quidē prouenit quia est in materia.) ¶ Fatigatio igitur ſm cōmentatorē prouenit ex eo quia mouens in mouendo mouetur: ⁊ mouens ideo in mouendo mouetur quia est in materia: cū igit primus motor non sit in materia vt probabitur in quarta conclusione: igit in mouēdo nō mouetur ⁊ consequenter non fatigatur.

Sed dubitatur primo: Quia motores orbium non sunt in materia per commentatorem in de substantia orbis neq3 in mouendo mouentur: vt patuit in hoc octauo: ⁊ tamē sunt fatigabiles: quia dicit philosoph9 duodecimo metaph. ꝙ si alicui orbi adderetur maior stella motor moueret cū fatigatione ⁊ pena. Secundo quia forme elementorū sunt in materia ⁊ in mouendo mouentur non tm̄ fatigantur: qm̄ fatigatio est causa tarditatis motus vt patet in aīalibus. elemēta autē cum mouentur naturaliter continue velocius mouentur vt patet per aristotelem secundo celi. Respondetur ꝙ fatigatio dupliciter sumitur videlic3 cōiter ⁊ proprie. Fatigatio cōiter sumpta est debilitatio virtutis actiue propter eius longā actionē: ⁊ sic fatigantur elementa ⁊ mixta inanimata: sic etiā fatigarentur motores orbiū si illis adderent stelle maiores qm̄ debilitarent ex maioritate mobilis ⁊ tardius mouerēt suos orbes. Fatigatio ꝓprie dicta est debilitatio virtutis actiue ex ꝯrietate mobilis ad motorē ita ꝙ l3 esse in materia ⁊ in mouēdo moueri sit cā necessaria fatigationis ꝓprie dicte nō tm̄ est cā sufficiēs ⁊ hoc ꝓpter elementa q̄ non fatigant ꝓprie in quib9 inueniunt ille ꝯditiones sed sufficiēs cā fatigationis ꝓprie dicte ē: qr mobile habet ex se motū ꝯriū motui sui primi motoris vt patet in motu ꝓgressiuo aīaliū. aīal eīn fatigat in mouēdo qr corp9 aīalis habet ex se motū ꝯriū motui aīe vt dicit cōmēta. 2° celi. Et notāter dico ex ꝯrietate mobilis ad motorē: qr senes fiunt ipotentes ⁊ debilitant in suis virtutib9 actiuis: nō tm̄ ꝓprie fatigāt qn̄ quiescūt a motu ꝓgressiuo qr talis debilitatio nō ꝓuenit ex ꝯrietate mobilis ad motorē. s. totius corpis ad aīa3: sed ex ꝯrietate elementorū inuicē se alterantiū p actionē ⁊ passionē.

Notandū secundo ſm cōmentatorē eodē cōmēto ꝙ (qr iste motus ē ꝯtinu9 ⁊ equalis oportet etiā vt illud qd mouet hoc motu nullo mō trāsmutet vt motus ei9 sit equalis ⁊ ꝯtinuus. cū eīn illud qd mouet trāsmutat aliquo modo trāsmutatiōis ab illo a quo mouetur accidit ei inequalitas motus. Unde videm9 aristotelem opinari quoniam corpus celeste ſm sua3 naturam recipere transmutationem: ⁊ ꝙ causa huius est quia non componitur ex materia ⁊ forma ⁊ ꝙ est necessarium ex se non ex alio vt Auicenna dicit: verum tamen necessitas eius est in ipso modo recipiendi: in motore vero modo agendi.) ¶ Intendit cōmentator ꝙ ex equalitate motus celi demonstratur celū esse intransmutabile ⁊ econtra: sed non eodem modo quoniam ex equalitate motus celi demonstratur a posteriori celum esse intransmutabile: ⁊ ex intransmutabilitate celi demonstratur a priori per causam equalitas motus celi. ⁊ ꝙ celum sit intransmutabile demonstratur a priori per ipsum non esse compositum ex mate-

ria ⁊ forma. ⁊ iterum celum non esse compositum ex materia ⁊ forma: demonstratur per ipsum esse ex se necessarium ⁊ hoc a priori per causam: necessitas tamen celi non est eiusdem rationis cum necessitate primi motoris: quia necessitas celi est necessitas passiua in modo recipiendi. necessitas autem primi motoris est necessitas actiua in modo agendi. Celum igitur esse necessarium esse causa imediata propter quā non componitur ex materia ⁊ forma: ⁊ celum non componi ex materia ⁊ forma est causa immediata propter quam est intransmutabile: ⁊ celum esse intransmutabile est causa immediata propter quam celum semper vniformiter ⁊ equaliter mouetur.

Dubitatur quoniam motus dicitur inequalis seu difformis dupliciter: aut ex parte subiecti quando non omnes partes mobilis equeuelociter mouentur: aut ex parte temporis quando mobile velocius mouetur in vna parte temporis q̄ in alia sibi equali. Sed vtroq̄ istorum motorum apparet motum celi esse inequalem difformem ⁊ irregularem: primo quidem ex parte subiecti cum velocius moueantur partes circa conuexum q̄ circa concauum: et velocius partes que sunt proprie equeueloces q̄ que sunt prope polos. Secundo ex parte temporis: cum celum s̄m aliquas partes eius velocius moueatur in vna parte temporis q̄ in alia sibi equali. Luna enim ⁊ alij planete habentes epiciclum aliquando velocius ⁊ aliquando tardius mouentur aliter non dicerent astronomi planetas aliquando esse directos aliquando retrogrados ⁊ aliquando stationarios. Respondetur quemlibet motum celi esse difformem ⁊ irregularem ex parte subiecti non autem ex parte temporis. de cuius difformitate ⁊ irregularitate intendit hic philosophus. Unde q̄ aliquis motus sit difformis ⁊ irregularis quo ad tempus intelligitur dupliciter: aut denominatione intrinseca vel extrinseca. Denominatione intrinseca nullus motus celi est irregularis quoniam tam celum totum q̄ eius quelibet pars in temporibus equalibus describit equales lineas ⁊ equales angulos circa centrum. Denominatione autem extrinseca aliqui motus celi sunt irregulares quo ad temp⁹ propter diuersitatem zodiaci ecentrici vel epicicli. Orbes enim ecentrici deferētes planetas difformiter mouentur respectu zodiaci: quia in temporibus equalibus abscindunt arcus inequales vt habet videri in almagestis. Planete etiam habentes epiciclos propter aggregationem plurium motuum respectu ecentrici dicuntur aliquando velocius ⁊ aliquando tardius moueri cum respectu illius aliquando sint directi aliquando retrogradi aliquando processiui ⁊ aliquando stationarij. Sed motus primi mobilis scilicet totius celi qui est motus diurnus nullo modo est irregularis quo ad tempus neq̄ denominatiōe intrinseca neq̄ extrinseca. Propterea solus ipse est simpliciter ⁊ maxime regularis: ⁊ consequenter solus ipse est mensura certissima omnium aliorum motuum cum q̄to aliquid est magis vniforme ⁊ regulare tanto magis est mensura: vt colligitur a philosopho decimo metaphisice. (Necesse autem est.) ¶ Tertia conclusio. Primus
Tex. motor est in circumferentia primi mobilis: probatur:
cō. 54. omnis motor vniformiter ⁊ regulariter mouens aliquod corpus sphericum est in centro vel in circumferētia illius: sed primus motor vniformiter ⁊ regulariter mouet primū mobile cum sit infatigabilis: igitur primus motor est in centro vel in circumferentia primi mobilis: patet consequentia cum minori per secundā conclusionem: ⁊ maior est nota ex eo quia centrum et circumferentia sunt principia circuli ⁊ consequenter cuiuslibet corporis spherici. Illa enim dicuntur principia alicuius que ingrediuntur diffinitionem illius ꝑ modum generis vel differentie. Constat autem centrum ⁊ circumferentias esse differentias essentiales circuli cum diffiniatur circulus isto modo: Circulus est figura a cuius centro ad circumferētiam omnes linee ducte sūt equales. Tunc arguitur sic: Primus motor est in centro vel in circumferentia primi mobilis sed non est in centro: igitur est in circumferentia primi mobilis: patet consequentia cum prima parte antecedentis: ⁊ secūda declaratur: quoniam cum omne agens agat fortius in propinquum q̄ in remotum illud est remotius a mouente quod tardius mouetur ⁊ illud est propinquius quod velocius mouetur: sed ea que sunt circa centrum celi tardius mouentur ⁊ illa que sunt circa circumferentiam velocius mouentur: ipsa autem circumferentia velocissime mouetur: igitur primus motor non est in centro sed in circumferentia primi mobilis. Lec. li. Necesse autem est) primum motorem (aut in medio aut in circulo esse) primi mobilis (hec enim principia sunt) circuli videlicet centrum ⁊ circumferentia: sed citius mouētur proxima mouenti (huius autem est) circumferētia (totius motus) celi (ibi ergo est mouēs) primū quod scilicet infatigabiliter vniformiter ⁊ regulariter mouet.

Notandum primo s̄m cōmentatorem cōmēto octuagesimoquarto q̄ (actio a⁹ magis apparet in circumferentia ⁊ etiam motio eius ē magis illic equalis q̄ motio eius in alio circulo ideo attribuitur illi loco vnde omnes leges conueniunt in hoc: quoniam deus habitat in celo.) ¶ Tripliciter ꝓbat cōmentator primum motorem esse in circumferentia primi mobilis ⁊ non in centro primo: quia ibi maxīe apparet operatio sua ⁊ magis ibi q̄ in centro vel in alio circulo scilicet motus circularis. Secundo quia in circūferētia primi mobilis magis est eq̄lis opatio sua q̄ in alio circulo cum in omni alio circulo possit apparere aliqua difformitas intrinsece vel extrinsece: nō autem in circumferentia primi mobilis. Tertio quia omnes leges concordant cum dicto philosophi concedētes deum esse potius in celo q̄ in terra ⁊ in circumferētia q̄ in centro.

Sed dubitatur. quia si primus motor est in circumferentia primi mobilis igitur est in magnitudine: cuius oppositum est probatum in primo capitulo huius tractatus ⁊ probabitur in quarta conclusione. Dicendum q̄ primus motor est in magnitudine non per inherentiā nec informationē non etiam per constitutionem sic q̄ componatur ex partibus quantitatiuis sed est in magnitudine per presentiam ⁊ indistantiā cū sit presens ⁊ indistans magnitudini: ⁊ q̄m primus motor est indiuisibilis simpliciter ideo potius esse debet in superficie indiuisibili in qua est motus velocissimus celi q̄ in alia magnitudine: ita etiam sunt alij motores in circumferentijs suorum orbiū sed non ex

eadem parte cum primo motore quoniam cũ motus proprius primi mobilis sit ab oriente in occidens. primus motor est in parte orientali alij autem motores sunt in parte occidentali ex quo orbes illorum mouentur ab occidente in oriens: ubi enim videtur esse motor vbi incipit operatio eius. Propterea primus motor est in parte dextra celi ⁊ omnes alij in parte sinistra. Ex quibus sequitur primo ꝙ cum eadem sit circumferentia totius celi ⁊ orbis signorum: quia vltra orbem signorum non est aliquod mobile vt colligitur a philosopho ⁊ cõmentatore duodecimo metaphisice in circumferentia orbis signorum sunt duo motores quorum vnus est in parte dextra mouens totum celũ motu diurno: ⁊ alius est in parte sinistra mouens orbeꝫ signorum ab occidente in oriens ⁊ hoc in centum annis vno gradu vt testãtur astronomi. Secundo sequitur ꝙ primum mobile simpliciter sumptum non est aliquis orbis celestis sed ipsum totum celum aggregãs in se omnes orbes celestes tanq̄ partes eius vt colligitur a pilosopho primo celi. Primum enim mobile est illud quod recipit primum motum a primo motore: huius autem est totum celuꝫ. nam motus diurnus nõ est motus proprius alicuius orbis celestis cum quilibet illoruꝫ habeat motũ proprium sed est motus proprius totius celi. aliqui tamen fingunt supra orbem signorum alium orbem cui attribuunt motum diurnuꝫ quod esse non potest: quoniã tunc totum celum nõ haberet motum proprium ꝙ est contra determinationeꝫ philosophi ⁊ cõmentatoris primo ⁊ secundo celi. ⁊ si aliquando conceditur supra orbem signorum esse altum orbem dictũ primũ mobile: hoc est ex cõmuni vsu loquentium: si etiã cõceditur orbẽ signorum esse primũ mobile hoc non est simpliciter sed ƒm quid in ordine ad orbes planetarum.

Notandum secundo

